D

JUSTIS

Dispensatio

Ma[illegible]oni

UNIVERSIDAD DE MURCIA
BIBLIOTECA
S-I
2060

Coñ fatorū necessi
tatem & fortune

monibus mortuisq; colloquia cum tamen ex grecis no
nulli fatorū & fortune necessitatem tollere pro uiribꝫ
sint aduixi ostendentes quod & uerissimū est ea stante
omnem euerti tolli q; philosophiam iacere pietatem
iustitiamq; interire nullam fore uirtutis laudem aut
uiciorū uituperationem nullum q; expectandū esse
laborum & benegestorū fructum nullam malefactorū
punitionem extimescendam beatus aut Aurelius Au
gustinus dum ciuitatem dei edificat sic habet prorsus
Augustinus
Diffinicio fati
diuina prouidencia regna constituuntur humana q
si propterea fato quisq; tribuit quia ipam dei uolun
tatem fati nomine appellat sententiam teneat lingua
corrigat ut ei uideatur adhesisse sentencie seneca:
Seneca in
tragedis
Duc me summe pater altiq; dominator poli nulla pre
di mora est adsum impiger fac nolle comitabor gemes
malusq; pariar facere quod licuit bono ducunt uolen
tem fata nolentem trahunt. Et tullius in libris de fa
Cucro
Homerus
to ex hoc
iupiter
de unico
chus in p
illis omn
tus fuer
q; regine
sint hoim mentes quales ipe pater
strauit numine terras. Et tame
e cateribus Tullio rege qd plutar
us habeat ostendemus q scribit
fortune assripsisse aqua subla
matre ad regnū prouectus hinc
nogenie & masculę tępla erexisse
Templa fortune

nid omoi etiam tep illuc dep.mumbaiq; nmba
excluisse nonnulla religionis & theologie
rudimenta partim ab ipsis gentilibus pau
simo xpiane religionis theologo Eusebio pha
lata alciusmodi repetemus. Ex quibus pa
faciendum apparebit nullas fuisse barba
gentes nullos uel moribus & uita efferatissi
qui non de deo bene senserint & quod sint co
ām̄ortalitatem non crediderint animas. Ci
Cicero in legibus concordat. Animū esse ingc
a deo asserens. exquo uel a genio nobis im
uel genus uel stirps appellari potest. nullam
esse dicit. neq; tam enim immansuetā. neq; t
que etiam si ignoret quahter habere dm de
habendum non sciat. unde idem de Arispicu
sis oratione habet. Scio quos & uisse ante
erit in celum deos esse non sentiat & ea que tā
fiunt. ut uice quisq; arte ulla ordinem reru
tudinem psequi possit casu fieri putet. Tribu
uita cicero in legibus huic opinioni. ut dica
dictum a pithagora doctissimo uiro. qa ma
pietas & religio uersentur in animis ideo nos
mis operam dare. Augustinus autem in dei ci
tonicos dicit affirmare animas hoīm de mon
ex hominibus fieri putare lares. si meriti bon
mines si mali seu laruas. Manes autem inte

Librería del Seminario
UNIVERSIDAD DE MURCIA BIBLIOTECA S-B 2060
9 7.58

Alij coronam fuisse dixerunt: quod ornamentū mri iohan
ni baptiste in ymno attribuit uespertino. Strophiū videres
S ed iam instrumenta & uasa religionis a festo incipiamꝰ
ostendere: perferitulū uas eneum sine anxa patens ad
sūmum uelut peluis quo ad sacrificia utebant: pathene
uasculā sacrificiis faciendis apta. Infule sunt fultimen
ta lanea qbus sacerdotes & ostia templaq; uelantur. In ar
culum urna erat ex malopunico inaurata quā regina
sacrificans in capite gestabat. Acerra arcula thuraria in
sacrificiis. Achanium poculi fictilis genus quo in sacrificiis
utebant. Nonius Marcellus. Andabris mensa ministeriis
aptata diuinis. uasa quoq; ea quibus sacerdotes utunt.
Andabria appellabantur. festus. Secospica cultrū ferreū
oblongum manubio eburneo rotundo sollido. Vimeto ad
capulum argento & auro fixum clauis eneis ere cyprio
quo flamines flaminice uirgines pontificesq; ad sacra
utebantur. Dictum autem est secospica a secando. Cicero
in uerrem actione tertia. Credo tum cum Sicilia flore
bat opibus & copiis magna artificia fuisse in ea insula.
Nam domus erat ante istum ptorem nulla paulo locuple
tior qua in domo hec non essent etiam si preterea nihil
esset argenti. patella grandis cum sigillis simulachri deo
rum. patera qua mulieres ad res diuinas uterent. thu
ribulum. hec autem omnia antiquo opere & summo

Instrumenta & uasa religionis

cuius uerbi nim originem habuisse uult aulus gellius
ab hoc qui filios supstites esse nimis importune ab dis
efflagitarent. cum tamen omnis importuna inepta q;
religio possit supstitio appellari. liuius in quarto in ea
rerum afflictione multiplex religio & pleraq; externa
inuasit. nouos ritus sacrificando uaticinando inferen
tibus in domos quibus quesitum fierent capti religione animi
donec publicus iam pudor ad pmores ciuitatis puenit
cernentes in omnibus uicis sacellisq; peregrina atq; in
solita piacula patris deum exposcendo. Datum tamen
negocium edilibus ut animaduerterent ne qui noui Romani
dii neu quo alio more q; patrio colerentur. Idem liuius
xxviiii. pirrhus locros classe preteruectus thesauros pro
serpine intactos ad eam diem spoliauit. classis postera
die fedissima tempestate lacerata ommesq; naues que
sacram pecuniam habuerant in littora nra eiecte
sunt. pecuniam omnem congsitam in thesauros pro
serpine referri iussit. nec tamen ei postea aliquid pros
pere euenit. pulsusq; ita regno lidie atq; inhoneste mor
te argos ingressus occubuit. Dedicatio qd fuerit Cice
ro pro domo sua ad pontifices sic ostendit. postem te
neri in dedicatione templi oportere uideor audisse.
ibi enim postis est ubi aditus est. liuius iiii. G. flauio
scriba libertino pre genitus edilis. edem concordie in

De dedicacione

etiam Varro deos abarunq; [illegible]
simulachris fuisse cultos eos q; uiginti selectos
pellauit plebeios. Sunt q; selecti duodecim mas
ne. ianus iupiter saturnus. genius. mercurius.
uulcanus neptunus. sol. orcus. liber pater. tellus.
luna. diana minerua. uenus. uesta. Et pter hos
us deos. Alia fiut deos deasq; tamq; matrimoni
tio quā compcationē appellauerūt. ut q scilicet
uni fecisset. alteri quoq; supplicasse uideret. & la
nus salaciam. nepturus. oram. grinus. Maiam
Miticem quiritius. Nerinen. Mars compcatio
Attulit tū aliam diuisionem deos Varro. alios
qui asseruit deos ptem esse bona. partem malā
sitate internoscant. cum mali cedibus hoīm &
plicationibus. boni obsequiis letis atq; iocundis
lectisternia atq; ludi. & conuiuia placarent. E
diximus selectos aiano cōmendare incepisse. q
frontem. tum quadrifrontem tamq; geminū
De aliis minoribus tractauit. quos seriem a co
ad deceptibi hominis sepulturā pduxit. in hunc
modum uiris hominibus periculū. cum mas &
coniungunt adhibetur deus iugatinus. cum do
ducenda que nupsit officiū id exhibet domiduc
neat tum uiro dei mantuma pstat. perductaq;
domū uirgo super papum uimiū masculū ima

VINCENTII

DE JUSTIS

TRACTATUS

DE DISPENSATIONIBUS MATRIMONIALIBUS

IN TRES LIBROS DIGESTUS.

VINCENTII

DE IUSTIS

TRACTATUS

DE DISPENSATIONIBUS

MATRIMONIALIBUS

IN TRES LIBROS DIGESTUS.

VINCENTII

DE JUSTIS

NOBILIS LUCENSIS

TRACTATUS

DE DISPENSATIONIBUS MATRIMONIALIBUS

IN TRES LIBROS DIGESTUS,

IN QUIBUS QUID, QUOMODO, AC QUANDO, TUM IN JURE DIVINO, tum in Ecclesiastico, ex receptissimis Doctorum Sententiis, & Curiæ Romanæ Stylo, quoad Matrimonium Dispensari possit, accuratissime declaratur;

OPUS EPISCOPIS, VICARIIS, CURATIS, CÆTERISQUE IN UTROQUE FORO VERSANTIBUS PERUTILE, AC NECESSARIUM,

Cui accesserunt in calce Operis nonnullæ Annotationes, & quamplures recentissimi Casus à SACRA CONGREGATIONE CONCILII resoluti:

CUM INDICE LOCUPLETISSIMO.



BIBLIOTECA PROVINCIAL MURCIA

VENETIIS, MDCCXXXIX.

APUD JOSEPHUM BORTOLI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

DE IUSTIS

VINCENTII

NOBILIS LUCENSIS

IURISCONSULTI

DE DISPENSATIONIBUS

MATRIMONIALIBUS

IN TRES LIBROS DIGESTUS

VINCENTII DE JUSTIS
NOBILIS LUCENSIS
IN TRES LIBROS
DE DISPENSATIONIBUS
MATRIMONIALIBUS
PRÆFATIO.

SUMMARIUM.

1 *HUmanus Principatus imitari debet Deum, tanquam suæ gubernationis exemplar.*
2 *Deus ita dispositum Orbem pondere, & mensura libravit, ut etiam Naturæ legibus aliquando derogetur.*
3 *Ignis ingenitam oblitus elationem, didicit quandoque deprimi.*
4 *Aqua, naturali relicta propensione, voluntarie coacta ad altiora prolabitur.*
5 *Disciplinæ rigor nisi pro rei, temporis, Personarumque qualitate, ex misericordia, & Dispensatione relaxetur, facile in nervum erumpi potest.*
6 *Benigni Principis vera virtus est ad clementiæ commodum Justitiæ terminos transilire.*
7 *Tunc vera virtus dici potest, quando nec Pietas sine Justitia, nec Justitia sine Pietate servatur.*
8 *Princeps licet Justitiæ semitis coarctetur, ipsius tamen Justitiæ rigor est misericordia temperandus.*
9 *Sol dum per septa Zodiaci spatiatur, æstus æque, ac brumales algores temperat, & tamen semper alter, & idem, ne latum quidem unguem exorbitat ab Eclyptica.*
10 *Pietas, & Aequitas à Justitiæ consortio divelli non possunt.*
11 *Canones, ac Leges Juris rigorem ut periculosum damnant, clementiæ semper, tanquam sub securitate ignoscenti, adhærendo.*
12 *Clementia est adeo necessaria, ut sine illa legem Christi quis non adimpleat.*
13 *Clementia ipsa est pars Justitiæ; Justitia sine Clementia Injustitia est.*
14 *Quod Juris severitas negat, Dispensationis benignitas indulget.*
15 *Rigor Canonum relaxari potest, si justa causa postulet.*
16 *Ecclesia potestate sibi in alios tradita non utitur ad destructionem, sed ad ædificationem.*
17 *Ecclesia nimiam Justitiam semper est aversata.*
18 *Nimia Justitia incurrit peccatum.*
19 *Ecclesia omnia novit, non tamen omnia prosequitur; nec pœna semper, sed sæpius pœnitentia est contenta.*
20 *Ecclesia Oves suæ vigilantiæ commissas tunc potissimum pascit, cum ex causa rationabili misericorditer dispensat.*
21 *Dispensatio exordium sumpsit ab ipso Deo.*
22 *Deus specialibus favoribus est Hominem prosequutus.*
23 *Homo solus, ex Animantium generibus, est rationis particeps.*
24 *Dispensavit Deus cum Ada, & Eva.*
25 *Ex Dispensatione salvavit Noe, & Filios.*
26 *Sic Abraham à Chaldæis.*
27 *Sic Loth de Sodoma.*
28 *Sic cum toto genere humano dispensavit.*
29 *Omnis Dei actio est nostra instructio.*
30 *Si Dominus est largus Dispensator, non debet Servus esse avarus.*
31 *Melius est de misericordia, quam de severitate reddere rationem.*
32 *Opportunum fuit Juris rigorem per Dispensationem moderari.*
33 *Summum Jus, summa injuria.*

HUmani Principatus auctoritas, cognata 1
Potentia Cœlo, quo ampliori majestate vicariam in terris Dei substinet manum, eo propinquiori moderamine summum Orbis Opificem suæ gubernationis imitari debet exemplar. Ille etenim rerum Artifex adeo pondere, & 2
mensura, dispositum Orbem numerorum æqualitate libravit, ut etiam naturæ legibus, quibus incomposita rerum primordia coercentur, aliquando derogetur, ac dispensetur. Sic Ignis ingenitam oblitus ela- 3
tionem, didicit quandoque deprimi: sic Aqua, naturali relicta propensione, voluntarie coacta, ad al- 4
tiora prolabitur, ne naturæ præceptis firmiter inhærendo, graviora suboleſcant absurda. Ea quoque est rerum humanarum conditio, ut nisi disciplinæ rigor, pro rei, temporis, Personarumque qualitate 5
ex Misericordia, & Dispensatione relaxetur, facile in nervum erumpi possit; & Sanctitas Juris ex ostinata sui observantia in injuriam evadat. Salubri igitur consilio ad moderationem legum Cassiodorus hortatur, dum inquit *lib. 11. var. Epist. 9. Benigni Principis vera virtus est, ad clementiæ commodum Justi-* 6
tiæ terminos transilire: Tunc etenim (ut Glossa docet in verbis Chrisologi) vera virtus dici potest, quando nec Pietas sine Justitia, nec Justitia sine Pie- 7
tate servatur, & quæ ab invicem separatæ dilabuntur, in una sede sine invidia Principantes mirabiliter gubernant. Quid ille crudelissimi Imperatoris monitor, morumque optimorum formator Seneca suo libro de Clementia, præ cæteris decere summo- 8
pere Principem docet, qui licet Justitiæ semitis coerceatur, *l. Justitia, & Jure*. Ipsius tamen Justitiæ rigor ex misericordia temperandus 45. *Dist. cap. Disciplina 9. & dist. 50. cap. Vera Justitia* 15. Ita luminum Princeps vigilantissimus cum per septa Zodia- 9
ci liberiori curriculo spatiatur, æstus æque, ac brumales algores temperat, distinguit temporum vices, telluris aut excoquit vitium, aut uberrimas ex ejus visceribus elicit opes, tamen semper alter, & idem, ne latum quidem unguem exorbitat ad Eclyptica.

Hoc nimirum (si Lactantium *lib. 5. de divina Justitia* audiamus) est fovere Justitiam, cujus con- 10
sortio divelli nequaquam possunt duæ speciosissimæ (Filias appellem, aut Collegas?) Pietas, & Æquitas; quæ simul aureo fœdere conspirantes, Gratiarum consortium in aulis exercent. Afferrem Canonum, Legumque testimonia, sed omnium Juris rigorem, ut periculosum damnant, clementiæ semper, 11
tanquam sub securitate ignoscenti, adhærendo. Cas- 12
siod. *loc. cit. cap.* 40. adeo enim est necessaria Cle- 13
mentia, ut sine ea Legem Christi quis non adimpleat. *can. Qui Clementiam* 86. *dist.* cum ipsa Clemen-

15 mentia pars sit Justitiæ, immo Justitia sine Clementia injustitia sit, Paulus Rub. *in suis Discurs. n.* 284. Unde merito factum est, ut si, ubi, & quan-
16 do justa causa postulet, quod juris severitas neget, Dispensationis benignitas indulgeat; ita maxime disponente Sacrosancto Trident. Conc. *sess.* 25. *cap.*
17 18. *de Reform.* ubi expresse decernit rigorem Canonum relaxari posse, si urgens, justaque ratio, & ma-
18 jor quandoque utilitas postulet; & Ecclesia ipsa, quæ sibi tradita in alios potestate, ut Div. Paulus inquit, *Non ad destructionem, sed ad ædificationem utitur,*
19 himiam Justiciam, quæ ex D. Ambrosio ad Honorium, *peccatum incurrit*, semper est aversata; ac Divinæ in terris repræsentans imaginem, eam parcen-
20 do maxime, ac miserando manifestat, dum omnia novit, non omnia prosequitur, nec pœna semper, sed sæpius pœnitentia contenta, Oves suæ vigilantiæ commissas tum potissimum pascit, cum ex causa rationabili misericorditer dispensat: *Argum. in cap.* 1. *de Sent. Excomm. & cap. Verum* 15. *de Jure*
21 *Jur. cap. Quod Christus* 26. *causa* 23. *q.* 4. Quæ Dispensatio exordium sumpsit ab ipso Deo omnium bonorum Dispensatore, qui ex sola misericordia universa creavit, eaque ex speciali Gratia, & Dispensatione Homini subjecit; *Omnia subjecisti sub pedibus ejus*; *David Psalm.* 8. illumque specialibus favo-
22 ribus, & gratiis est prosequutus; *Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum*; David loc. cit. *Faciamus Hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, ut præsit Piscibus Maris, & Bestiis Terræ, &c. Genes. cap.* 1. unde Lactant. Firmian. *lib. de Opificio Hominis cap.* exclamat: *Cum igitur statuisset Deus ex omnibus Animalibus solum Hominem facere cœlestem, cætera universa terrena, hunc ad Cœli contemplationem rigidum erexit, ibi pedem constituit, scilicet, ut eadem spectaret, unde illius origo est.* Cicero *de Leg. lib.* 1. *Hoc Animal providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilii, quod Hominem vocamus, præclara quadam cognitione generatum est à Summo Deo;*
23 *solum est enim ex Animantium generibus, & naturis, particeps rationis, cum cætera omnia sint expertia.* Et alibi idem Cicero *dicto lib.* 1. *Natura cæteros Animantes ad pastum adjecit, solum Hominem erexit, ad Cœlique cognitionem, ac domicilii pristini conspectum excitavit;* simili modo Ovidius 1. Metamorph.

Pronaque cum spectent Animalia cætera Terram,
Os Homini sublime dedit Cœlumque videre
Jussit, & erectos ad sydera tollere Vultus.

Dispensavit Deus cum Ada, & Eva, divini Præ- 24
cepti transgressoribus, nam post pœnitentiam eis peccatum dimisit, 33. *q.* 3. *dist.* 1. *de Pœnit. cap. Sicut primi* 83. Ex Dispensatione etiam salvavit Noe, 25
& Filios ejus cum unus eorum, scilicet Cham, esset reprobus 24. *q.* 1. *cap. Quia ex sola* 22. *in fine*, Abraham à Chaldæis 35. *q.* 1. *Unico*, Loth de So- 26
doma, 2. *q.* 1. *cap. Deus Omnipotens* 20. Dispensavit tandem cum toto genere humano, quando pro no- 27
stra redemptione Filium suum Unigenitum misit; 28
8. *q.* 1. *cap. in Scripturis* 9. unde non est mirum, si Homines cum Hominibus dispensent, cum omnis 29
Dei actio sit nostra instructio; *d. cap. Deus Omnipotens*, §. *Cujus exemplo monemur*, 2. *q.* 1. Et si Dominus est largus Dispensator, non debet Servus es- 30
se avarus; cum melius sit de misericordia, quam de 31
severitate reddere rationem, 26 *q.* 7. *cap. Allegat.* 12. Paccin. *de Visitat. part.* 1. *q.* 10. *num.* 113. Et si Deus Jus suum rigide exequeretur, quis Hominum sustineret?

Opportunum itaque fuit Juris rigorem per Dispen- 32
sationem moderari, & sic pro recta, & suavi universalis Reipublicæ Christianæ gubernatione effici oportuit, ut si quando casus evenerit, quo generalis, & communis Lex, omnes obligans, servari non possit, in illo particulari casu, ea per Dispensationem relaxetur, Dian. *tract. unic. part.* 8. *tract.* 3. *resp.* 1.

Terreat igitur stricti Juris excessus, & Legem verenda Majestas è suo Tribunali minitetur, non ad internecionem, non ad excidium, sed ad licentiam comprimendam composita, ut aperte loquuntur exempla 2. *q.* 3. *cap. Si quis Episcopum* 4. *& Dist.* 88. *cap. Neque apud Altare* 14. satis enim est notum, & vulgo receptum Axioma illud, *Summum Jus, summa injuria*; *cap. Serpens* 47. *de Pœnit. Dist.* 1. *Causa* 33. *q.* 3. 33

NOI RIFFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del Padre Fr. Paolo Tommaſo Manuelli Inquiſitore nel Libro intitolato *Vincentii De Juſtis Nobilis Lucenſis Tractatus de Diſpenſationibus Matrimonialibus in tres Libros digeſtus*, non v' eſſer cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Secretario Noſtro; niente contro Princepi, e buoni coſtumi, concedemo Licenza à *Giuſeppe Bortoli Stampatore*, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl' ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. 14. Agoſto 1738.

(*Gio: Franceſco Moroſini Cav. Riff.*
(*Daniel Bragadin Cav. Proc. Riff.*
(

Agoſtino Gadaldini Secr.

1738. 23. Agoſto.
Regiſtrato nel Magiſtrato Eccell. contro la Beſtemmia;

Vettor Gradenigo Secr.

INDEX

INDEX CAPITUM,

QUÆ IN HOC TRACTATU CONTINENTUR.

LIBER I.

CAP. I. *Quid, & quotuplex sit Dispensatio;* pag. 1

CAP. II. *An Dispensatio sit late, vel stricte interpretanda, & quid de potestate Dispensandi.* 6

CAP. III. *Praxis Impetrandi Dispensationes in Romana Curia.* 14

CAP. IV. *De his, quæ exprimi debent Pontifici, ne Dispensatio reddatur subreptitia.* 21

CAP. V. *De his, quibus, de stylo Romanæ Curiæ Dispensationes Matrimoniales dirigantur.* 51

CAP. VI. *De his, quæ animadvertere debet Delegatus, ne Dispensatio invalida sit.* 57

CAP. VII. *De Dispensationibus in forma Pauperum.* 98

CAP. VIII. *De Dispensationibus, quæ super occultis à Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ emanant.* 121

LIBER II.

CAP. I. *Quot, & quæ sint Impedimenta matrimonii, & à quibus constitui possint.* 139

CAP. II. *An alius à Papa super Impedimentis Matrimonium dirimentibus Dispensare possit.* 145

CAP. III. *De Impedimento Cognationis Carnalis, & an, ac quando super eo Dispensari possit.* 157

CAP. IV. *In Jure Divino an Dispensari possit explicatur.* 164

CAP. V. *De Cognatione Spirituali, & an super ea Dispensetur.* 167

CAP. VI. *De Cognatione Legali, & an, & quando super ea Dispensetur.* 173

CAP. VII. *De Impedimento Affinitatis, & ejus Dispensatione.* 177

CAP. VIII. *De Impedimento publicæ Honestatis, & an Dispensabile sit.* 186

CAP. IX. *De Impedimento Ligaminis, & ejus Dispensatione.* 191

CAP. X. *An, & quando Matrimonium legitime contractum possit Dispensatione dissolvi.* 194

CAP. XI. *Qualis probatio mortis requiratur, ut Conjux superstes possit aliud matrimonium contrahere.* 200

CAP. XII. *De Impedimento vis, & metus, & an super eo Dispensari possit.* 204

CAP. XIII. *An super Impedimento Erroris, & Conditionis cadat Dispensatio.* 210

CAP. XIV. *De Impedimentis Ordinis, & Voti, & eorum Dispensatione.* 212

CAP. XV. *De Impedimento disparitatis Cultus, & an Dispensabile sit.* 221

CAP. XVI. *De Impedimento Criminis, & qualis Dispensatio super eo necessaria sit.* 225

CAP. XVII. *An Dispensari possit super Impedimento Impotentiæ perpetuæ.* 230

CAP. XVIII. *De Impedimento Raptus, & an super eo Dispensetur.* 237

CAP. XIX. *De matrimonio Clandestino.* 243

LIBER III.

CAP. I. *De causis Dispensationum, & an sine causa valide, ac licite Dispensatio concedatur.* 261

CAP. II. *De causa ob Angustiam loci.* 270

CAP. III. *De causa defectus Dotis.* 279

CAP. IV. *De causa ob Lites extinguendas.* 285

CAP. V. *De causa ob Inimicitias sedandas.* 286

CAP. VI. *De causa ob Pacis confirmationem.* 288

CAP. VII. *De causa ob Oratricem Filiis gravatam.* ibid.

CAP. VIII. *De causa ob ætatem.* ibid.

CAP. IX. *De causa, quia Locus est ad Litus Maris.* 293

CAP. X. *De causa, quæ vulgo dicitur, pro Belgis.* ibid.

CAP. XI. *De causa, vulgo dicta, pro Germania.* ibid.

CAP. XII. *De causa ob excellentiam meritorum.* 294

CAP. XIII. *De causa in genere allegata, nempe ex certis rationabilibus causis.* ibid.

CAP. XIV. *De causa, ut Bona conserventur in Familia.* 295

CAP. XV. *De causa ob illustris Familiæ conservationem.* 296

Votum Illustriss. & Reverendiss. D. D. Prosperi Bottini Archiepiscopi Myrensis. 297

CAP. XVI. *De causa ob Matrimonium ignoranter contractum,* 301

CAP. XVII. *De causa ob scandala vitanda.* 307

Index Casuum in S. Congregatione Concilii resolutorum erit in fine hujus Operis.

DE DI-

DE DISPENSATIONIBUS MATRIMONIALIBUS

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Quid, & quotuplex sit Dispensatio.

SUMMARIUM.

1 *Dispensare ex prima vocis impositione idem est, quod distribuere.*
2 *Administrator, seu Oeconomus alicujus rei familiaris Dispensator vocatur.*
3 *Dispensare est apud Theologos aliquem à lege solvere.*
4 *Dispensatio est vocabulum à Jure Canonico introductum, & Juri Civili omnino incognitum.*
5 *Apud Legistas loco istius vocabuli est Indulgentia, vel Remissio pœnæ.*
6 *Dispensatio dicitur quasi bis pensatio; eo quod consulte, ac mature, justaque causa suadente, fieri debeat.*
7 *Dispensatio est juris communis relaxatio, facta cum causæ cognitione ab eo, qui dispensandi potestatem habet: nec ulla verba sunt ad Dispensandum necessaria.*
8 *Dispensatio non debet fieri absque causa.*
9 *Eximere aliquem absque causa ab obligatione legis est illicitum, & contra Justitiam distributivam.*
10 *Dispensatio quare dicatur relaxatio juris.*
11 *Dispensationis effectus quinam sint.*
12 *Dispensatus restituitur in integrum, & redditur aptus ad ea, super quibus fuit dispensatus, sicut erat ante incursum impedimentum, & habetur pro habili de jure.*
13 *Fictio tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero, & factum civiliter eundem effectum habet, quem factum naturaliter.*
14 *Dispensatio habet vim præservativam ab incursu pœnæ.*
15 *Dispensatio non sufficit, nisi dispensatio sit ab habente potestatem.*
16 *Dispensatio vocatur vulnus, eo quod jus vulneret.*
17 *Dispensatio non est lex, sed remissio legis.*
18 *Dispensatio, secundum quod est in dispensante, non est jus, sed potestas à jure concessa, & est quædam actio; At secundum quod est in eo, cum quo dispensatur, est jus privatum, & non commune, & est quædam passio.*
19 *Terminus, Dispensatio, diversimode in jure recipitur; Primò ut est juris relaxatio; Secundò prout est interpretatio, seu declaratio juris; Tertiò, pro distributione juris; Quartò prout est in uno relaxatio, & in alio commutatio.*

Dispensatio differt.
20 *A' privilegio.*
21 *Ab irritatione.*
22 *Ab interpretatione.*
23 *Ab abrogatione.*
24 *A' legitimatione.*
25 *Ab absolutione.*
26 *A' licentia.*
27 *Ab epicheja.*
28 *A' permissione.*
29 *A' commutatione.*
30 *A' declaratione.*

31 *Aliud est in jure rigor, aliud jus, aliud æquitas, & aliud dispensatio.*
32 *Rigor quid sit.*
33 *Rigor an attendi debeat.*
34 *Rigor aliquando interpretatur subtilitas juris.*
35 *Jus quid sit.*
36 *Aequitas quid sit.*
37 *Aequitatem debet Judex præ oculis habere.*
38 *Dispensatio duplex est; Alia proprie, & alia improprie dicta.*
39 *Dispensatio proprie dicta est juris relaxatio, & fit per actum jurisdictionis.*
40 *Dispensatio improprie, est licentia quædam, quam Superiores concedere possunt.*
41 *Dispensatio rursus est duplex, totalis, & partialis.*
42 *Dispensatio totalis quæ sit.*
43 *Dispensatio partialis quæ sit.*
44 *Dispensatio insuper est triplex; alia hominis, alia legis, alia mixta.*
45 *Lex ipsa adversus rigorem alterius legis dispensat.*
46 *Dispensatio hominis triplex est; debita, permissa, & prohibita.*
47 *Dispensatio debita quæ sit.*
48 *Dispensatio debita si denegetur ab Inferiore Papæ, poterit ad Superiorem recurri.*
49 *Dispensatio quando dicatur debita.*
50 *Quæ sint causæ dispensationis debitæ.*
51 *Ubicumque, & quotiescumque ipsa pietas, Ecclesiæ utilitas, causæ justitia, meritorum prærogativa, vel rei eventus exigunt, debita est Dispensatio.*
52 *Quando jus præcipit dispensationem, potest appellari quoad effectum devolutivum, & suspensivum.*
53 *Si jus non præcipiat, sed solum permittat dispensationem, eamque conscientiæ Ordinarii remittat, potest appellari ad effectum tantum devolutivum.*

54 *Superior, ad quem devoluta fuit dispensatio, poterit vel dispensare, vel inferiorem cogere ad dispensandum.*
55 *Si dispensatio non sit in specie permissa, non potest appellari; si tamen justa causa adsit, potest implorari officium superioris, ut ex misericordia dispenset, vel faciat, ut inferior dispenset.*
56 *Dispensatio permissa, vel arbitraria quæ sit.*
57 *Papa potest tolerare ea, quæ sunt de jure positivo, non tamen ea, quæ de jure Divino.*
58 *Inferior non potest tolerare etiam ea, quæ sunt de jure positivo.*
59 *Dispensatio prohibita quæ sit.*
60 *Ubicumque causa justa non adest, dispensatio semper est prohibita.*
61 *Dispensatio Legis comprehenditur in dispensatione hominis.*
62 *Dispensatio cur inventa fuerit.*
63 *Dispensatio omnis reducitur ad causam juris.*
64 *Dispensandi facultas concessa Legato, vel alii inferiori à Papa semper intelligi debet cum causa, & secundum terminos juris.*
65 *Dispensatio alia est voluntaria, alia rationabilis non necessaria, & alia rationabilis necessaria.*
66 *Voluntaria dispensatio quæ sit.*
67 *Rationabilis non necessaria quæ sit.*
68 *Rationabilis necessaria quæ sit.*
69 *Dispensatio adhuc triplex est; Justitiæ, Gratiæ, & mixta.*
70 *Dispensatio Justitiæ quæ sit.*
71 *Dispensatio Gratiæ quæ sit.*
72 *Dispensatio mixta quæ?*
73 *Dispensatio duplex est; nempe præcedens, seu collativa, & subsequens, seu restitutiva.*
74 *Qui sit effectus dispensationis præcedentis.*
75 *Effectus dispensationis subsequentis.*
76 *Dispensatio alia dicitur excusabilis, alia laudabilis, & alia fidelis.*
77 *Excusabilis quæ sit.*
78 *Quæ laudabilis.*
79 *Quæ fidelis.*
80 *Dispensatio alia est præventiva, alia præservativa.*
81 *Præventiva quæ sit.*
82 *Præservativa quæ dicatur.*
83 *Dispensatio alia dicitur generalis, alia particularis, alia tacita, alia expressa.*
84 *Dispensatio generalis quæ sit.*
85 *Qua sit particularis.*
86 *Quæ sit tacita.*
87 *Et quæ expressa.*
88 *Tandem dispensatio alia magna, alia major, & alia maxima.*

1 Dispensatio ex prima vocis impositione, & significatione, idem est, ac distributio; Salas *de leg. disp.* 20. *sect. prima.* Sylvest. *verbo dispens. nu.* 1. Pirrhus Corrad. *in Praxi dispens. apost. lib. prim. cap.* 2 *prim. num.* 3. Unde Administrator, vel Oeconomus alicujus rei familiaris, dispensator vocari solet: *l. dispensatores ff. de solutio. & l. urbana ff. de verb. signific.* 3 & propterea D. Bernardus 1. de consid. vocat Pontificem Christi dispensatorem. At apud Theologos, dispensare, est aliquem à legis obligatione solvere, ut dicemus infra n. 20.

4 Dispensatio est vocabulum à Jure Canonico introductum, & Juri Civili omnino incognitum, ita ut 5 in nullo Codicis, vel Pandectarum Textu reperiatur, sed loco hujus termini apud Legistas est Indulgentia, vel remissio pœnæ, ut bene animadvertunt Paris. *cons.* 68. *num.* 194. *part.* 4. Alex. Sperell. *in decis. fori Eccles. decis.* 110. *numer.* 56. Decius *in cap. At si Clerici* §. *de* 6 *adult. num.* 3. Et dicitur dispensatio, quasi bis pensatio; eo quod consultè, & mature, justaque causa suadente, ac ipsius circumstantiis diligenter examinatis, & pluries pensatis, fieri debet; unde verbum dispensare, significare potest, diversa in mente pensare, & in animo versare, an juris, ejusque rigoris relaxatio fieri expediat, Gloss. *in capit. Requiritis Causa prima quæst.* 7. Hostiensis *in summa* sub *rubr. de dispens. vers. debita est dispens.* Speculator *part. pr. lib. pr. de dispensat.* §. 3. Paris. *d. cons.* 68. *numer.* 195. Jacobus Grassius, *decis. Aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 2. Alex. Sperell. *decis.* 109. *n.* 1. Marcus Paulus Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ par. sec. Rub. Quid sit dispens. pag. mihi* 193. Nec ulla verba sunt jure præscripta ad dispensandum, sed sufficit sive verbis, sive factis animus dispensandi in dispensare potente deducatur; Thomas Sanchez *de Matr. libr.* 8. *disp.* 4. *in princ.* Joannes Valerius *Diff. utr. fori, differentia* 2. *num.* 3. *verbo dispensatio.* Lezan. *qq. regul. tomo* 4. *verbo Litteræ Apost. nu.* 35. Unde si Papa committeret Monacho causam cognoscendam, nominando eum Monachum, & eidem causam delegando, videtur secum dispensare, ut possit esse Judex, Tusch. *conclus.* 467. *num.* 1. si scienter conferat Beneficium Minori, censetur secum dispensare, ut possit illud habere. Calder. *cons.* 32. *numer.* 31. *de rescriptis*, Oldrad. *cons.* 330. *nu.* 6. Tusch. *d. conclus.* 467. *numer.* 22. Si Papa sciat conjunctos in gradu prohibito contraxisse, & mandet illos in hujusmodi Matrimonio perseverare, censetur in impedimento dispensare, Boerius *decis.* 264. *numer.* 25. Tusch. *d. conclus.* 467. *numer.* 28. Ad hoc tamen, ut Papa censeatur tacitè dispensare, oportet, ut aliquo modo exprimat se sciviss factum, Oldrad. *cons.* 328. *num.* 12. Tusch. *l. c. num.* 2 quia si non exprimat sciviss vitium, non censetur dispensare, Roman. *cons.* 216. *n.* 7. 8.

Sic autem dispensatio definitur, nempè Juris communis relaxatio, facta cum causæ cognitione ab eo, 7 qui potestatem habet; Gloss. *d. cap. Requiritis*, Grassius *loco citat. nu.* 1. Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *nu.* 2. Augustinus Barbosa *de offic. & potest. Episc. alleg.* 33. *num.* 3. Vincentius Filliuccius *quæst. mor. to. prim. tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 293. Alex. Sperell. *decis.* 109. *num.* 35. Steph. à S. Greg. *universales tract. de vinc. Div. Piet. cap.* 112. *n.* 2. Pater Baptista Fragosus *Regim. Reip. Christianæ par. pr. lib.* 3. *disp.* 6. *nu.* 7. quia absque causa fieri non debet, Sanch. *de* 8 *Matr. lib.* 8. *disp. pr. nu.* 2. Comininck *de Sacramentis disp.* 33. *dub. pr. n.* 4. Raphael Aversa, *de Matr. q.* 19. *sect.* 4. *vers. deinde ad Justitiam*; Vinc. Filliucc. *dicto tr.* 10. *par.* 2. *cap.* 5. *n.* 314. *vers. secundum verò*; Cum etenim facultas dispensandi concessa sit ad ædificationem, & non ad destructionem, teste D. 9 Paulo ad Corinth. 10. si quis ab obligatione justæ legis absque justa causa eximeretur, illicita esset, & contra justitiam distributivam, & legalem dispensatio, & potius dissipatio dici posset, Antoninus Diana *par.* 8. *tr.* 3. *resol.* 6. Ancharanus *cons.* 261. *nu.* 4. Menoch. *cons.* 15. *n.* 15. *vol. pr.*

Dicitur juris communis relaxatio, quia quamvis 10 legem, ejusque obedientiam non tollat, cum non dicatur jura dissolvere, seu destruere, sed eis deservire, Tusch. *concluf.* 457. *numer.* 12. *lit. D.* Anchar. *cons.* 373. *numer.* 2. in casu tamen dispensato efficit, ut quod de jure est illicitum, fiat per dispensationem licitum; Gloss. *in capit. dudum* 54. *de Electione circa finem*; Geminian. *cons.* 38. *numer.* 9. Tusch. *concluf.* 457. *num.* 10. *litt. D.* Melchior Lotherius *de re benef. libr. prim. quæst.* 40. *numer.* 18. Et hic proprie est effec- 11 tus dispensationis, ut faciat de impossibili possibile, Gloss. *in cap. Gratia* 7. *verbo Non potes, de rescr. in sexto*; Paris. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 33. *& de Consid. quæst.* 58. *num.* 53. dispensatus enim restituitur in integrum, & aptus, ac legitimus per dispensationem redditur ad ea, super quibus fuit dispensatus, sicut erat ante incursum impedimentum, & habetur perinde, ac si esset habilis de jure communi; cum per dispensationem removeantur effectus, defectum juris producentes: *capit. ex diligenti* 17. *de Simonia, & capit. si quem pœnituerit* 8. *causa* 2. *quæst.* 3. Lother. *de re benef. libr. prim. quæst.* 40. *num.* 179. Sperell. *decis.* 111. *num.* 27. Marc. Paulus Leo *in Praxi Pœnit. part.* 2. *Rubr. Quisnam sit effectus dispensationis, pagin. mihi* 198. & habetur, ut diximus, sic dispensatus tanquam habilis, & legitimus de jure, ac idoneus, Paris *de Consid. quæst.* 58. *n.* 52. fictio etenim tantum operatur in casu ficto quantum veritas in casu vero *leg. filio ff. de Lib. & Posthum.* Paris. *de Resignat. libr.* 12. *quæst.* 9. *num.* 10. Molfet. *tomo prim.*

par. 2.

par. 2. ubi de personis quæst. 8. num. 7. tom. pr. Mantic. *de Conject. lib. 11. titulo 18. num. 42.* & factum civiliter eundem habet effectum, quem factum naturaliter; *l. fin. in fin. ff. mand. leg. si mater C. de Justi.* Petri Rebuff. *in Praxi benefic. titulo de dispens. ad plura benef. num. 61.* Unde quoad habilitatem personæ nulla admittitur distinctio inter habilem naturaliter, seu de jure communi, & habilem ex dispensatione; cum habilitas procedat ab eodem fonte scilicet à Pontifice, seu Principe, qui potest Lege sua inducere habilitatem, & inhabilitatem; sive condendo Legem generalem, sive inducendo Jus singulare; Rota *penes* Vivian. *Post praxim Juris Patronatus decis. 96. num.* 8. Lother. *d. quæst. 40. n. 167.* Anchar. *penes ipsum.*

13 Ex quo fit, ut legitime dispensatus, dispensatione utendo, nullam pœnam incurrat; quia dispensatio vim habet præservativam ab incursu pœnæ Legis, cujus rigorem relaxat; Lother. *libr. pr. quæst. 37. num. 21. & quæst. 40. n. 164.* nec solum per dispensationem fit remissio culpæ, sed etiam infamiæ, adeo ut Episcopi, & Legati in casibus, in quibus possunt dispensare, possint etiam dispensatum famæ restituere, Tusch *conclus. 497. num. 12.*

14 Dixi cum causæ cognitione, quia examinari, & cognosci debet, an ipsa causa dispensationis sit justa, nec ne, ut colligitur ex Concil. Trident. sess. 6. cap. 2, Oldrad. *cons. 325. n. 2.* Abb. *cap. Quæ in Ecclesiarum de constit.* Et adeo verum est, ut si dispensatio daretur cum causa non justa, nec rationabili, eadem Dispensatio nulla redderetur, & dispensatum nihil juvaret; Abb. *d. cap. quæ in Ecclesiarum*, Valer. *in tract. de differ. utr. Jur. in verbo dispens. diff. pr.*

15 Dixi facta ab eo, qui potestatem habet, quia non sufficeret dispensari, nisi dispensans haberet legitimam dispensandi potestatem; *cap. Fraternitati 2. de Schismat.* Barb. *in Remiss. Doctor. super Conc. ad sess. 25. de Refor. cap. 18. n. 1. pag. mihi 682.*

16 Dispensatio dicitur vulnus, eò quia Jus vulneret 23. *quæst. 4. capit. Ipsa pietas 24.* Jacob. Graff. *decis. aur. d. numer. 1.* Barbos. *dict. alleg. 33. num. 7.* Aloys. Ricc. *in Praxi Rerum Fo. Eccles. resol. 410. num. 3.* Sylvest. *verbo dispens. numer. 1.* Rot. *decis. 240. numer. 2. part. prim. divers.* Non tamen est lex, sed re-

17 missio legis, Paris *cons. 68. numer. 70. part. 4.* Joann. de Salas *de legib. disp. 20. sect. 2. numer. 8.* & secun-

18 dum quod dispensatio est in dispensante, non est Jus, sed potestas à jure concessa, & est quædam actio; At secundum quod est in eo, cum quo dispensatur, est Jus privatum, & non commune, & est quædam passio; *cap. Interfectores 13. & capit. In adolescentia 14. 33. quæst. 2.* Sylvest. *verbo Dispensatio nu. 1.*

19 Porrò terminus iste, dispensatio, diversimode in jure recipitur; Primò stricte, & proprie, ut est Juris relaxatio; *cap. Requiritis 5. §. nisi rigor causa prima quæst. 7.* Secundo prout est interpretatio, seu declaratio juris; & hæc large, & improprie dispensatio dicitur, Paris. *cons. 68. par. 4.* Tertiò, pro distributione Juris, Paris. *l. c.* Quarto prout est in uno relaxatio, sed in alio commutatio, *cap. super his, de Voto;* & ista etiam impropriè dispensatio dicitur Paris. *l. cit.*

20 Dispensatio differt primò à privilegio: Istud enim conceditur sine causa, illa vero cum causa: Sanchez *de Matrim. lib. 8. disp. pr. numer. 1.* Salas *de leg. disp. 20. sect. 2. numer. 6.* & etiam quia Privilegium aliquando præter Jus conceditur, ut animadvertit Castro Palaus *tom. prim. tract. 3. disp. 6. punct. 1. numer 8.* Pontius *de Matrim. lib. 8. cap. 1. nu. 5.* Vinc. Tancredi *de Matrim. lib. 8. disp. 8. nu. 1.* Salas, & Sanchez *ll. cc.*

21 Differt secundò ab Irritatione, quæ idem est, ac impedire, ne Lex robur consequatur; ut si Legem confirmatione indigentem Princeps non confirmet, sed totam casset; dispensatio verò non tollit Legem, sed aliquem specialiter ab ipsius legis obligatione eximit; Sanch. & Tancred. *ll. cc.* Salas *d. sect. 1. nu. 2.* Sotus *de justitia, & jur. lib. pr. q. 7. art. 3.* Franc. Meroll. *in universas Theolog. mor. disput. tom. 2. disput. 4. c. 6. in principio.*

22 Differt tertiò ab Interpretatione, quæ tantùm declarat Legem in tali casu vim non habere, & respicit solummodò casum, in quo Lex non obligat: At dispensatio requirit justam causam, & tollit ex parte obligationem Legis; Rodericus de Arriaga *disput. Theolog. tom. 2. disput. 5. sect. 6. num. 47.* Sanch. Salas, Tancredi, & Diana *ll. cc.*

Et ob id quartò differt ab Abrogatione, qua Prin- 23
ceps Legem jam conditam omnino cessat, ut benè animadvertunt Pontius *d. cap. 1. num. 5.* Sanch. Sal. & Meroll. ll. cc.

Quintò, differt à legitimatione, quæ est favorabi- 24
lis, & ampla, & per quam (quatenus fiat ab habente amplam legitimandi potestatem) omnis macula tollitur, *l. Imperiali §. præsenti sanctione C. de Nuptiis;* & per eam quis simpliciter, in totum, & ad ea omnia, quæ filiis legitimis, & naturalibus competunt, legitimatur; Lodovis. *decis. 543. n. 14.* Lother. *de re benef. lib. 2. cap. 48. n. 119.* Fragos. *par. prim. lib. 3. disp. 6. numer. 7.* At dispensatio, ultra quam quod jus vulnerat (ut diximus) & propterea; uti odiosa, est restringenda; per ea, quæ dicimus cap. sequenti n. 17. Naturales, vel spurios restituit, non ad omnia, sed secundum quid, ac certis limitationibus, Paris. *cons. 7. n. 6. & 8. part. 2.* Covarru. *tom. prim. part. 2. c. 8. num. 5.* Anchar. *cons. 428. nu. 1.* & novissime eximius Doctor noster Balthass. de Thomasis *pr. decis. tract. pr. tit. 7. n. 1.*

Sextò, differt ab Absolutione, quæ fit v. g. à Cen- 25
suris; nam per hanc non relaxatur vinculum Legis, sed alterius obligationis; Quia absolutio non est contra communem Legem, sed secundum Legem, si persona absolutionem mereatur: At dispensatio relaxat Legem (ut diximus) Ita benè distinguunt Pontius *loco citat.* Paul. Layman. *Theol. moral. libr. prim. tractat. 4. cap. 22. num. 1.* Salas *de leg. disp. 20. sect. pr. numer. 6.*

Septimò, differt à licentia; Nam superior licentiam 26
dando, non efficit, ut aliquis à lege solvatur, ut sit per Dispensationem, sed magis, ut numquam obligetur; Ea siquidem conditione leges interdum latæ sunt, ut omnes comprehendant, ac obligent, nisi Superior, vel alius quispiam licentiam aliter agendi præbuerint; Pontius, & Layman ll. cc.

Octavò, differt ab Epicheja, quæ est summi Juris 27
moderatio; quia per Epichejam declaratur tantum causam adesse, ut aliquis per se legis obligatione eximatur; At ad dispensandum causa requiritur, ob quam quis per superioris auctoritatem eximi licitè possit; Layman. l. c.

Nonò, differt à Permissione, eo quod permissio 28
proprie, & stricte sumpta non auferat peccatum, neque culpam, atque ideo neque legis obligationem: At dispensatio hanc tollit, licet aliquando etiam late sumpto permissionis vocabulo, soleat ipsa permissio appellari dispensatio; Pontius, & Salas locc. citatt.

Decimò, differt à Commutatione, quia in hac non 29
tollitur omnino obligatio, sicut fit in dispensatione, sed de una in aliam materiam commutatur, ut bene animadvertunt Joann. Ægid. Trullien. *Oper. mor. lib. 7. cap. 10. dub. pr. n. 2. tom. 3.* Pr. Leo *in Praxi Pœnit. part. pr. ubi de commut. Votor. vers. Nota qui potest. pag. mihi 78.*

Undecimò, differt à declaratione, quia data legis 30
obligatione, dispensatio ab ea eximit illum, quem dispensat; declaratio verò non tollit; eo quia Lex naturalis humana lege non tollitur, sed declaratur *l. fin. C. de leg.* Paris. *de Resignat. lib. 4. quæst. 2. n. 34.* sed jus explicat, ut aperte ostendit, an jus casum, de quo agitur, includat, necne, Covarruv. *tom. pr. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 2.* Alphons. Hoieda *de Incompat. benef. par. 2. cap. 12. nu. 4.* Paris. *de Resign. lib. 4. numer. 34.* Tandem differt à remissione pœnæ per ea, quæ docet Jacob. Sbroz. *de Off. Vicarii libr. 2. quæst. 37. num. 2.*

Aliud etiam est in jure Rigor, aliud Jus, aliud 31
Æquitas, & aliud dispensatio, ut explicat Gloss. singularis *in capit. ut constitueret 25. §. Detrahendum distinct. 50.*

Rigor est districtio juris, sive excessus, & juris aspe- 32

ritas ſcripta aliquoties ad terrorem; ut quando Canones dicunt non eſſe dandam ſacram Communionem, etiam in articulo mortis, his, qui defecerunt in accuſatione Clericorum *cauſa 2. quæſt. 3. capit. ſi quis Epiſcoporum* 4. vel quòd non oretur pro illo, qui nominavit Presbyterum in Tutorem Filio ſuo in te-
33 ſtamento *diſtinct. 88. capit. Neque* 14. Non tamen hujuſmodi rigor attenditur, nec eſt ſervandus, niſi ubi exemplum mali timetur, *ut* 45. *diſtinct. cap. ſed*
34 *illum* 16. Aliquando etiam Rigor interpretatur ſubtilitas juris, *ut in capit. ex lit. 2. de dolo, & contumac. & in Gloſſ. cap. ſæpe contingit* 18. *de reſtitut. ſpoliar. §. Rigor.*

35 *Jus* eſt ars æqui, & boni *ff. de juſt. & jur. l. prima §. jus.* Jo: Angel. Boſſ. *mor. va. par. pr. titulo pr. §. 27. num. 672.*

36 Æquitas autem eſt media inter Rigorem, & diſpenſationem, ſeu miſericordiam *l. placuit, C. de Judic.* Eſtque Juſtitia quædam miſericordia temperata, vel motus rationabilis ſententiam, & juſtitiam
37 regens, quam Æquitatem Judex, qui juris miniſter eſt, ſemper debet præ oculis habere, *ff. de eo, quod certo loco dari oportet, & l. quod ſi Epheti in fine*, ut ſciat remunerare bonos, & punire malos, via regia incedens, & ſe rationabiliter regens, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinans, *ff. de juſt. & jure l. pr. §. prim. verſ. Juſtitiam namque colimus* 45. *diſt. cap. Omnis* 10. & de hac Æquitate diffuſiſſimè agit Petr. Andr. Gamb. *de Offic. & Auctoritate Legati lib. 10. num. 15.*

38 Cæterum diſpenſatio duplex eſt, alia proprie, & alia improprie dicta.

39 Prima eſt juris relaxatio, & fit per actum Juriſdictionis, ut diximus.

40 Secunda eſt licentia quædam, quam Superiores concedere poſſunt de aliqua re; ut ſi Conſtitutiones alicujus Monaſterii præciperent, ut nulli Religioſi frangerent jejunium Religionis, & tamen Superiores ſuper hoc diſpenſarent, iſta diſpenſatio non eſſet proprie juris relaxatio, nec actus Juriſdictionis, ſed Superioritatis, Sanchez *de Matr. lib. 8. diſp. 3. num. 1.* Meroll. *tom. 2. diſp. 4. cap. 6. dub. 3. n. 146.* Salas *de leg. diſp. 20. ſect. pr. n. 6.*

41 Diſpenſatio rurſus duplex eſt, nempè totalis, & partialis, Sanch. *lib. 8. diſp. 31. n. 7.*

42 Totalis eſt quando abſolute, & abſque ulla limitatione conceditur, ut in Voto non nubendi, quia hujuſmodi Votum nullo alio actu interdicitur.

43 Partialis eſt, quando quoad actum determinatum, vel reſpectu determinatæ perſonæ conceditur, ut in Votis Caſtitatis, vel Religionis ad Matrimonium in eodem; quia non eſt tunc integra in Voto diſpenſatio; ſi etenim is, qui Caſtitatem vovit, fornicetur, reus erit violati Voti Caſtitatis; ſi quis etiam diſpenſetur in Voto Religionis ad Matrimonium contrahendum ob ſtimulos carnis, non poterit ſic diſpenſatus in ſæculo manere abſque Conjugio; vide Sanch. *l. c.* Salas *d. diſp. 20. ſect. 2. n. 7.*

44 Diſpenſatio inſuper eſt triplex; alia ſcilicet Homi-
45 nis; alia Legis (ipſa etenim Lex adverſus rigorem alterius Legis diſpenſat, *cap. ad audientium 2. de Torneamentis*) Alia mixta, quando ſcilicet Lex concedit, ut homo diſpenſet: *cap. de Mulcta 28. de Præbend.*

46 Diſpenſatio hominis eſt triplex; debita, permiſſa, & prohibita: Gloſſ. *in cap. Ut conſtitueretur 25. Verbo Detrahend. 50. diſt.* Franc. Leo *in theſ. Fori Eccl. libr. 2. c. 8. n. 2.* Alex. Sperell. *deciſ. 111. n. 4.*

47 Debita diſpenſatio dicitur illa, quæ ex legitima Cauſa peti poteſt à Superiore per officium Judicis, ſi non per actionem: & ſi ab Inferiore Papæ denegetur,
48 poterit recurri ad alium Superiorem, qui eum cogat, cùm hoc non ſit mera Gratia, ſed Juſtitiæ exequutio, Gloſſa *in capit. Exigunt 18. cauſa prim. quæſt. 5. §. Cauſæ*; Sanchez *de Matrimon. lib. 3. diſp. 10. numer. 20. & 21.* Vincentius Filiuccius *d. tract. 10. capit. 5. num. 181.* Raphael Averſa *de Matrim. quæſt. 7. ſect. 2. verſ. Quod ſi exiſtent.*. Tuſch. *concluſ. 457. n.*
49 *8. litt. D.* & dicitur Debita ratione Temporis, Perſonæ, Pietatis, Utilitatis, vel Neceſſitatis, aut Rei eventus; *cap. Expoſuiſti, 33. de Præbend. & Dignit.* Sperell. *deciſ. 111. n. 3.* Barboſ. *de Jure Eccleſ. univ. lib. pr. cap. 7. num. 39.* Cauſæ debitæ diſpenſationis 50
ſunt illæ, quæ in Jure exprimuntur; ut propter ſtragem vitandam *cap. ut conſtitueretur 25. diſt. 50.* Sanchez *dict. diſp. 10. num. 5.* Diana *part. 8. tract. 3. reſolut. 27.* Vel ad Spirituale bonum poſtulantis; Vel cauſa vitandi aliquod grave damnum in perſona, vel in rebus temporalibus; quia his caſibus, dum ſine diſpendio concedi poteſt diſpenſatio, tenetur Prælatus, ſaltem ex Charitate, diſpenſationem concedere, & ſuorum ſubditorum ſaluti providere; Merolla *tom. 2. diſp. 4. c. 7. dub. 20. n. 275.* Diana *l. c.* Sperell. *dicta deciſ. 111. n. 10.*

Sic pariter debita erit diſpenſatio, quando neceſſaria ſit ad ſcandalum vitandum, vel pacem firmandam, aut aliud commune bonum ſtabiliendum; *d. capit. cum conſtitueretur diſtinct. 50.* Salas *d. diſput. 20. ſect. 7. numer. 73.* Merolla *loc. citat.*

Simili modo debita erit Diſpenſatio eo caſu, quo Jus abſolutè diſponit, & præcipit, ut tali cauſa exiſtente diſpenſetur; Sanchez *dict. lib. 3. diſp. 10. numer. 4.* Sperell. *dict. deciſ. 111. num. 8.* Meroll. *loc. cit.* Quod ſi Jus non præcipiat, ſed ſolum permittat diſpenſationem, non eſt debita, Sanchez, & Sperell. *ll. cc.*

Item debita erit diſpenſatio ex Præcepto legislatoris; ut quando mandat Delegato, ut, ſi preces veritati niti repererit, diſpenſet; Quia ſi preces veræ ſint, tenetur Delegatus eo caſu diſpenſare; *cap. ſi quando 5. de Reſcr.* Diana *dicta reſol. 27.* Merolla *tomo 2. diſp. 4. capit. 6. dub. 2. numer. 76.* Salas *de legib. d. diſputat. 20. ſect. 7. num. 72.* & nos infra capit. 6. probabimus.

Porro ubicumque, & quotieſcumque ipſa Pietas, 51
Neceſſitas, Eccleſiæ utilitas, cauſæ Juſtitia, Meritorum prærogativa, vel Rei eventus exigunt, debita eſt diſpenſatio *cauſa 1. q. 7. d. cap. requiritis §. niſi rigor*; vide Salas *d. diſp. 20. ſect. 8. num. 75.*

Et nota, quod dum Jus ex aliqua cauſa diſpenſa- 52
tionem præcipit, ſi eam Ordinarius deneget, poteſt appellari, non ſolum quoad effectum devolutivum, ſed etiam quoad ſuſpenſivum, quia tunc diſpenſationem petens habet actionem ex præcepto Legis; Filiucc. *tom. 1. tract. 10. capit. 5. num. 181.* Merolla *d. capit. 6. num. 278.* Sanchez *d. diſp. 10. numer. 20.* Thom. Pelliccion. *Quæſt. Illuſtr. quæſt. 6. cap. 1. pag. mihi 35.*

At ſi Jus non præcipiat Diſpenſationem, ſed illam 53
remittat conſcientiæ Ordinarii, tunc, ſi adſit juſta cauſa, itaut debita ſit diſpenſatio, & tamen denegetur, poteſt appellari ſolum ad effectum devolutivum, non autem ſuſpenſivum; quia cum diſpenſatio eo caſu à Lege non præcipiatur, nullam habet actionem; Superior autem, cui per hujuſmodi appellationem 54
cauſa erit devoluta, poterit vel diſpenſare, vel Inferiorem cogere, ut diſpenſet. Sanchez *num. 21.* Meroll. *numer. 278.* & Filiucc. ll. cc. Averſa *de Matrimon. qu. 7. ſect. 2.* Stephan. à S. Greg. *univ. Tract. de Vinculis Div. Piet. capit. 97. numer. 12.* Quod ſi 55
cauſa juſta adſit diſpenſandi, itaut poſſit quidem Prælatus diſpenſare, ſed nec Jure præcepta, nec ſpecialiter permiſſa reperiatur diſpenſatio; tunc, ſi denegetur, non poteſt ad ullum effectum appellari, ſed ſolum implorari ſuperioris officium, ut ex miſericordia diſpenſet, vel faciat ab Inferiori diſpenſari; vide Merolla *d. capit. 6. dub. 3. numer. 142.* Et ob id, quando cauſa non eſt omnino ſufficiens, ut v. g. ad diſpenſandum in Votis; committitur Exequutori diſpenſatio, addita clauſula *Miſericorditer in Domino*; quia cum diſpenſatione miſcetur Miſericordia, ut late dicimus præſenti libro. Et hujuſmodi diſpenſatio in Jure vocatur potius Miſericordia, Gratia, beneficium, vel Munus, ut animadvertit Sperell. *deciſ. 111. numer. 15.*

Diſpenſatio permiſſa, quæ etiam arbitraria dicitur, 56
ea eſt, quæ à Papæ, vel alterius Principis diſſimulatione habetur, & potius vocari debet tolerantia Principis adverſus legem ſcriptam; quia ſciendo, & patiendo illam non obſervari, videtur Diſpenſare,

sare, ne contravenientium animæ illaqueentur: Abb. *in cap. Quia circa de Conſ. & Affin. num.* 8. Sanch. *l.* 8. *d.* 4. *num.* 26. Quod verum est, si Papa toleret ea, quæ prohibita sunt Jure positivo, non tamen Divino, ut bene Gamb. *de Offic. & poteſt. Legati lib.* 10.
58 *n.* 171. Sanch. *de Matr. lib.* 8. *disp.* 4. *n.* 2. Et tamen prædicta intelligi debent de dissimulatione rationabili, & in ipsomet Principe supremo, non autem in Inferiore, quia quamvis Inferior actum exerceat contra legem in eo casu, quo Dispensare potest, non propterea dispensare videtur, Innocent. *Cap. Veniens* 5. *de filiis Presb. à numer.* 2. Gamb. *loc. citat. numer.* 304.

59 Prohibita Dispensatio est, quæ absque status Ecclesiæ decoloratione fieri non potest; Ubicumque au-
60 tem justa dispensandi causa non subest, semper prohibita est Dispensatio *Causa prima q.* 7. *Cap. Etsi illa* 23. *Cap. Innotuit* 20. §. *Multa enim de Electione. Speculator Titulo de dispenſat. part. prim.* §. 3. Grassius *deciſ. aur. par. prim. lib.* 2. *cap.* 31. *numer.* 2. Sperell. *deciſ.* 109. *numer.* 54. *vide* Salas *de leg. disp.* 20. *ſect.* 2. *in fine.*

61 Dispensatio Legis, quæ contra communes Leges emanat, comprehenditur in dispensatione hominis; quia ideo dispensatio inventa fuit, ut ipsa esset pars
62 Justitiæ distributivæ: cum enim Legislator faciat Legem communem omnes comprehendentem *l. prima ff. de leg.* & eveniant multæ causæ, propter quas naturalis ratio, & illa intrinseca facti veritas non animadversa, nec à Legislatore considerata, suadeant factum illud non debere sub illa generali determinatione comprehendi, Lex voluit unum esse, qui secundum Justitiæ terminos, adversus ipsius Legis rigorem Dispensaret, Principem videlicet, qui est Vita, Ratio, & Lex animata, ut dicit Imperator *in Auth. de hæred.*, *& falcid.* Hæc etenim est illa virtus Principi concessa, quam Philosophus *V. Ethic.*
63 Epichejam vocat; Quare omnis Dispensatio reducitur ad causam juris, quæ justa, ac certa esse debet, alias non dispensatio, sed Dissipatio est; Speculator *titul. de dispenſationib. in princ.* Gamb. *de off. & auth.*
64 *Legati libr.* 10. *numer.* 255. Unde facultas dispensandi concessa Legato, vel alii Inferiori, semper debet intelligi cum causa, & secundùm terminos Juris, à quo sine causa non est recedendum, alias dispensatio ab Inferiore facta, non solum illicita, sed & nulla, & invalida erit; Gamb. *d. lib.* 10. *num.* 3. Sanchez *de Matr. lib.* 3. *disp.* 8. *num.* 5. Sbrozius *de Off. Vicarii lib.* 2. *q.* 37. *num.* 6. Sperell. *deciſ.* 109. *nu.* 3. *& deciſ.* 115. *num.* 32. Bonacc. *de Leg. disp.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 3. *propoſ.* 4. *num.* 12. Averſ. *de Matrim. q.* 19. *ſect.* 4. *verſ. dico dispenſationis*; sic alii Doctores, quos *libr.* 3. *capit. pr.* propterea referimus; quia cum Inferior dispenset in voluntate aliena, non præsumitur concessa facultas dispensandi sine causa contra jus.

65 Dispensatio insuper alia est voluntaria; alia rationabilis non necessaria; & alia rationabilis necessaria.

66 Voluntaria est illa, quam solus Princeps concedere potest, justa existente causa, Cap. *Cuncta per mundum* 17. *cauſ.* 9. *qu.* 3.

67 Rationabilis non necessaria, est, quæ fit ob meritorum prærogativam, quæ pariter soli Principi competit, v. g. in duplicibus Beneficiis conferendis, *d. Cap. de Multa de Præbend. & in ſimilibus.*

68 Rationabilis, & necessaria est, quæ etiam Episcopo competit, nempe in casu necessitatis ad notata per Hostiensem *in ſumma lib.* 1. *ubi de ætate, & qualit.* §. *ætas, verſ. Dico ergo, & de qua late dicemus lib.* 2. *cap.* 2.

69 Rursus dispensatio est triplex; alia justitiæ, alia gratiæ, & alia mixta.

70 Justitiæ est illa, quæ, ut supra diximus, debita est.

71 Gratiæ est, quæ continet merum Privilegium, meramque Principis liberalitatem.

72 Mixta partim justitiæ, & partim gratiæ innititur; & in hac mixta comprehendi potest Principis tolerantia, de qua supra diximus.

73 Duplex præterea est Dispensatio; nempè præcedens, seu collativa; & subsequens, seu restitutiva:

Illa præservat ab obstaculo futuro: hæc illud, quod 74
contractum est, tollit, & fit ut ex retro; ut quando 75
quis restituitur antiquis Natalibus, ex quo verè fit legitimus; Rota *in novissimis deciſ.* 50. *n.* 21. *coram Virili*, Gratian. *discept. forenſ. cap.* 496. *n.* 30.

Dispensatio insuper alia dicitur excusabilis, alia 76
laudabilis, & alia fidelis

Excusabilis est, dum necessitas urget, quæ non ha- 77
bet Legem, & facit de illicito licitum; Cæsar de Graff. *de Effect. Cleric. eff.* 6. *n.* 24. Antonius Leoncil. *de Paupertatis opibus par.* 2. *priv.* 177. *nu.* 2. Augustin. Barbos. *de Axiom. axiom.* 157. *n.* 2. Thomas Pellicc. *QQ. Illustr.* & Marcus Paulus Leo, quos propterea citamus *lib.* 2. *cap.* 2. Et de hac D. Bernardus ad Eugenium *l.* 3. *de Conſiderat.* ait, *ubi neceſſitas urget, excuſabilis diſpenſatio eſt.*

Laudabilis est, quæ fit ob utilitatem, quæ à jure 78
necessitati æquiparatur; & de ea etiam D. Bernardus ait l. c. *Ubi utilitas provocat, diſpenſatio laudabilis eſt*; utilitas (dico) communis, non propria; nam cum nil horum est, non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.

Fidelis dispensatio est dum aliquid præmissorum con- 79
currit, vide Barbos. *de offic. & pot. Epiſc. par.* 1. *titulo* 2. *gloſſ.* 15. *n.* 7.

Alia etiam est dispensatio præventiva, & alia præ- 80
servativa; Prima fit super defectu à jure positivo in- 81
ducto, & operatur, ut quis dicatur esse in eadem habilitate; ut quando Papa dispensat cum aliquo, ut quamvis contingat per eum Bigamiam incurri, possit nihilominus Ecclesiasticam Pensionem retinere; quia Papa præveniendo impedimentum, relinquit ipsam pensionem in primævo statu, *Vide deciſ. Rot.* 96. *int. impreſſas per Vivian. poſt prax. juris patronat. numer.* 6.

Præservativa est, dum Papa dispensat v. gr. cum 82
Clerico ad Bellum; quia tunc per hujusmodi dispensationem, hic ab Irregularitate præservatur, *Rota l. citat.*

Diversimode ulterius dicitur dispensato, nempe 83
Generalis, ut quando quis Dispensatur ad beneficia, 84
& successiones.

Particularis, dum quis dispensatur v. g. ad certa 85
beneficia, vel certos Ordines.

Tacita, ut quando Papa, defectum sciens, confert 86
beneficium sic inhabili.

Expressa, ut quando, narrato impedimento, Papa 87
gratiosè rescribit, utens verbo, *Diſpenſamus*.

Dispensatio rursus alia dicitur magna; ut si Illegi- 88
timus dispensaretur ad Ordines etiam Sacros, ad Altaris ministerium; & beneficia Ecclesiastica etiam curata, & regulares Prælaturas; *Cap. ut filii, primo de filiis Presb.* Alia major; v. g. si illegitimus dispensaretur, ut in paterna Ecclesia, & beneficio succederet, aliquo tamen medio, ut in *Cap. ad extirpandas XI. de filiis Presbyt.* Alia maxima, ut si quis dispensaretur, ut in beneficio paterno nullo medio succedere possit *Cap. ex tua* 9. *de eodem titulo.*

Dispensatio tandem dicitur semiplena, ut si quis dispensaretur ad Ordines minores dumtaxat, Plena, ut si ad Sacerdotium; Plenior ut si ad Episcopatum; & Plenissima, ut si dispensaretur ad primatum, & omnes Ordines, & dignitates; vide Goffr. *in Summa lib.* 5. *de Simonia num.* 34. Et hæc generalia breviter attigisse sufficiat, modò videndum erit, quæ differentia sit inter ipsam dispensationem, & potestatem concessam ad dispensandum,

CAPUT II.

An dispensatio sit latè, vel strictè Interpretanda, & Quid de Potestate Dispensandi.

SUMMARIUM.

1 *Potestas Dispensandi generaliter concessa, est favorabilis, & latè interpretanda.*

2 *Dispensatio ipsa est strictè interpretanda ita, ut si aliquid operetur posita tali interpretatione, amplius extendi non possit.*

3 *Regula generalis constituitur, ut si dubium sit, an dispensatio ad aliquem casum extendatur, interpretari debeat non extendi: E' contra si dubitetur, an potestas dispensandi ad aliquem casum extendi possit, præsumendum sit extendi.*

4 *Concessa generali facultate legitimandi spurium, vel cum illo dispensandi, intelligitur generaliter de quocumque spurio; dummodo talis legitimatio, & dispensatio non cedant in Tertii præjudicium.*

5 *Spurius, cum sit terminus generalis, omnes spurietatis species comprehendens, facultas spurium legitimandi generaliter concessa, est ample extendenda citra Tertii præjudicium.*

6 *Data generaliter facultate legitimandi ad Ordines, poterit legitimari ad quoscumque etiam Sacros, non tamen ad Episcopatum.*

7 *Potens dispensare cum Adulterino, dispensare poterit, quamvis ex utriusque Parentis Adulterio natus sit.*

8 *Potens dispensare in aliquo præciso gradu, ut in secundo, vel tertio Consanguinitatis, vel Affinitatis poterit in illo dispensare, quamvis duplicatus est.*

9 *Potens Dispensare in Affinitate, poterit consequenter in publica honestate.*

10 *Si potestas dispensandi restricta sit ad aliquem præcisum gradum v. g. tertium Consanguinitatis, vel Affinitatis, Dispensari non poterit in alio inferiori conjuncto d. tertio.*

11 *Poterit tamen Dispensari super remotiori, si conjunctus sit cum superiori; dum iste inferior sit gradus, super quem Dispensari potest.*

12 *Quando gradus est mixtus ex propinquiori, & remotiori, ut si esset tertius, & quartus in linea inæquali; semper super solo remotiori fit dispensatio, nisi propinquior esset primus.*

13 *An potens præcise dispensare in aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, possit, quando uterque gradus concurrit: referuntur opiniones.*

14 *Quæ sit ratio differentiæ inter dispensationem, & Potestatem dispensandi, quoad earum interpretationem latam, vel strictam.*

15 *Dispensatio cum exorbitet à jure communi, illudque lædat, & vulneret, dicitur odiosa, sterilis, & infæcunda.*

16 *Et debet strictè interpretari.*

17 *Quod verum est sive ab ipso Legislatore, sive ab alio Inferiore dispensetur.*

18 *In dispensatione non est admittenda paritas rationis, nec extensio ad casum similem, in quo eadem, vel etiam major ratio militet.*

19 *Quæ à jure exorbitant, nequaquam trahenda sunt ad consequentiam.*

20 *Nec concesso quod est plus, veniet concessum, quod est minus.*

21 *Standum est simplici tenori Dispensationis, absque ulla extensione, nullo habito respectu ad majoritatem, seu minoritatem.*

22 *Dum Doctores docent dari in dispensatione paritatem rationis, debet intelligi de Dispensatione, quæ facta sit à Lege, seu Canone, & non de illa, quæ facta sit ab Homine; qua cum omnino pendeat à pura voluntate Legislatoris, tantum valet, quantum ejus verba sonant.*

23 *A' proprietate verborum an, & quando sit recedendum.*

24 *Non desunt Doctores, qui probabiliter docent verba dispensationis non esse ita large accipienda, ac eorum significatio fert.*

25 *Quando dicatur aliquid strictè intelligi.*

26 *In Dispensatione magis spectanda est restrictio termini alio Jure fieri solita, quam ejus proprietas.*

27 *In dispensatione debet præcipue spectari verisimilis intentio Concedentis, quæ ex rei subjectæ qualitate deprehenditur, & secundùm illam verba ipsa declarari debent.*

28 *Et eò semper spectari debet, ut minus lædatur Jus commune, & Jus proximi.*

29 *Quomodò sit intelligenda dispensatio, quo ad præjudicium concedentis.*

30 *Dispensatus ab Episcopo ad Beneficium, non intelligitur dispensatus ad Beneficium extra Diœcesim.*

31 *Nec poterit habere in Cathedrali.*

32 *Nec poterit obtinere in eo loco, ubi Pater idem, aut aliud Beneficium obtinuit.*

33 *Dispensatus, ut possit obtinere etiam in Cathedrali, non poterit obtinere in Metropolitana.*

34 *Nec dispensatus ad quamcumque dignitatem Ecclesiasticam, intelligitur dispensatus ad Episcopatum, nisi exprimatur quia.*

35 *Episcopatus cum sit omnium Dignitatum Eccles. culmen, est speciali nota dignus.*

36 *Dispensatus simpliciter ad Beneficia, nisi dictum fuerit* Ad quæcumque, *non poterit obtinere in Cathedrali.*

37 *Item nec Beneficia Curata.*

38 *Nec dispensatus ad Præbendam habentem annexum Ordinem Sacrum, erit dispensatus, ut habeat vocem in Capitulo.*

39 *Dispensatus ad Beneficia, cujuscumque sit Præsentationis, non intelligitur de Præsentatione spectante ad Laicos.*

40 *Minor 20. annis Dispensatus, ut possit esse Canonicus, non poterit ob id esse Judex.*

41 *Nec Dispensatus ad non Residendum, extendetur ad Fructuum consequutionem, qui ab absentibus amittuntur, nisi id expresse dicatur.*

42 *Nec Dispensatus super 3. Gradu consanguinitatis, erit dispensatus super 3. Affinitatis, quamvis Consanguinitas sit fortius vinculum; quia sunt res diversæ.*

43 *Nec dispensatus ad casum expressum, censetur dispensatus ab alio.*

44 *Dispensatus ut quis possit ordinari ad talia, & alia Beneficia, illud verbum, Alia, est strictè accipiendum, ut non extendatur nisi ad similia.*

45 *Dispensatus simpliciter ad Ordines, non intelligitur de Majoribus, nisi Papa sciret d. Clericum jam fuisse ad Minores promotum, vel diceretur,* Ad omnes.

46 *Nec Illegitimus dispensatus simpliciter ad Ordines, erit dispensatus ad Beneficia simplicia.*

47 *Regula communis à Doctoribus traditur, quod dispensatio nunquam trahatur ad consequutiva ejus, super quo dispensatur, quia ipsa dispensatio imprimit validum effectum super actu, in quo dispensatur, absque eo quòd ad illius consequutivum extendatur.*

48 *Si Dispensetur cum Monacho, ut Beneficium Curatum retineat, non poterit vi dictæ dispensationis Beneficium simplex possidere.*

49 *Si mandetur provideri de majori Præbenda, non poterit provideri de minori.*

50 *Nec dispensatus ad beneficium, quod majus est, intelligitur dispensatus ad Pensiones.*

51 *Nec dispensatus ad dignitatem, intelligitur ad beneficium simplex, nisi specialiter de eo fuerit facta mentio.*

52 *Nec dispensatus ad Archiepiscopatum, censetur dispensatus ad Episcopatum.*

53 *Ponuntur nonnullæ limitationes ad prædictas Conclusiones.*

54 *Prima Conclusio, qua dictum fuit, potestatem dispensandi esse latè interpretandam, limitatur. Primò si in*

si in materia, de qua ageretur, ex consuetudine, usu, vel stylo, fuisset jam inducta interpretatio.

55 *Quando talis Potestas tenderet in grave præjudicium Tertii.*

56 *Quando esset contrà Jus.*

57 *In omni Dispensatione Jus Tertii præsumitur exceptum.*

58 *Et potius verba Rescripti sunt improprianda.*

59 *Imò potius Rescriptum censeri debet frustratorium, quam quòd damnum Tertio indebitè inferat.*

60 *Et quamvis in Rescripto apposita non fuisset clausula,* Citra Tertii præjudicium, *nihilominus subintelligeretur.*

61 *In concessione alicui facta, ut possit absolvere ab omni Excommunicatione, non erit comprehensa facultas absolvendi ab Excommunicatione lata per sententiam particularem.*

62 *Impetratio, seu Dispensatio facta lite pendente, non valet in præjudicium Tertii.*

63 *Siquis impetret Beneficium ratione alicujus certi delicti, in eventum probationis delicti, & privationis ejusdem; si interim super hujusmodi crimine dispensetur, nihilominus Beneficium debetur Impetranti.*

64 *Si inhabilis haberet Beneficium, & medio tempore alius impetraret, quamvis postea super inhabilitate ille dispensaretur, nihilominus hic obtinebit, quamvis adhuc lis non incæperit pendere.*

65 *Limitatur item Conclusio, ut ille, cui fuit absolutè concessa Potestas dispensandi, non possit dispensare in iis, quæ sunt de Jure Divino naturali, in quibus ipsemet Pontifex, nonnisi ex magna causa dispensare potest, & difficile dispensare solet.*

66 *Quod verum est, quamvis in facultate concessa essent apposita verba quantumcumque prægnantia, & exuberantia.*

67 *Simili modo, concessa per Pontificem facultate absolvendi ab omnibus casibus sibi reservatis, non poterit absolvere à casibus in Bulla Cœnæ reservatis, nisi de eis fuerit facta mentio.*

68 *Item limitatur, ut d. Potestas non sit latè extendenda, quando restringitur ad particulares personas in litteris expressas.*

69 *Quando hujusmodi Potestas est limitata ad certas personas, tantum Jus Delegato tribuitur, quantum in ipsa Commissione exprimitur.*

70 *Quod verum est, quamvis dicta Potestas concessa fuisset in gratiam Dispensaturi.*

71 *In favorabilibus mixtum comprehenditur sub simplici.*

72 *Quando tamen in facultate ad dispensandum concessa, sunt expressa nomina personarum, quibus cum dispensandum est, tunc est restringenda; & in odiosis mixtum non comprehenditur in simplici.*

73 *Et eò magis vera est hæc Doctrina, si ob eam Dispensationem afferatur præjudicium Tertio.*

74 *Item limitatur, si ageretur de extendenda facultate ad casum, quem facultas, sublata verborum significatione, non comprehendit.*

75 *Aliud est latè interpretari, & aliud extendere ad casum non comprehensum.*

76 *Facultas à Jure concessa solùm extenditur ad casus similes, vel inferiores.*

77 *Privilegia Bullæ Cruciatæ, & Jubilæi an sint latè, vel strictè interpretanda.*

78 *Proponitur sententia Auctoris.*

79 *Ad dignoscendum, an dispositio aliqua sit latè, vel strictè interpretanda, attendi debet ad præcipuum Concedentis, vel Legis, seu Statuti intentum*

80 *Alia Conclusio, qua dictum fuit, Dispensationem esse strictè interpretandam, est limitanda.*

81 *Primò, ut non adeo strictè interpretetur, ut sit elusoria, cùm debeat extendi ad necessarió, & inseparabiliter connexa, sine quibus Dispensationis effectus consistere non posset.*

82 *Concessio Principis non debet esse illusoria.*

83 *In quacumque dispositione Mundi ea interpretatio sumenda est, ut actus magis valeat, quam pereat.*

84 *Quod venit in necessariam consequentiam, trahitur à principali, etiam contra naturam suam.*

85 *Dispensatus super pluralitate Beneficiorum, intelligitur consequenter dispensatus, ut non teneatur residere in utroque.*

86 *Dispensatione facta cum aliqui, ut possit ducere Consanguineam, illa etiam intelligitur Dispensata ad contrahendum cum ipso.*

87 *Subdiaconus Dispensatus, ut possit Uxorem ducere, censebitur, juxta veriorem sententiam, Dispensatus à recitatione Divini Officii.*

88 *Minor 25. annis dispensatus ad Parochialem, censetur consequenter dispensatus, ut non faciat se promoveri intra annum.*

89 *Dispensatus ad Pensiones Ecclesiasticas, non obstante Bigamia incurrenda, dicitur consequenter dispensatus ad Privilegium Clericale retinendum, tanquam inseparabiliter connexum.*

90 *Illegitimus dispensatus ad Clericatum fiet capax obtinendæ Pensionis.*

91 *Nec tenebitur in consequutione Pensionis de Natalium defectu mentionem facere.*

92 *Si tamen permutare vellet Benefic. ex Dispensatione obtentum, tenetur de ipsis Natalibus mentionem facere.*

93 *Dispensatus ad Sacerdotium censetur Dispensatus etiam ad inferiores Ordines suscipiendos.*

94 *Concessa Episcopo, seu Monacho facultate testandi, poterit sic dispensatus, uno Test. condito, illud annullare, & conficere aliud, usque ad mortem.*

95 *Item limitatur d. Conclusio, de qua num. 85. quando dispensatio est in privato Statuto, seu consuetudine Populi, quæ erant Juri communi contraria; quia tunc, cum reducat ad Jus commune, est favorabilis.*

96 *Dispensatio matrimonialis an sit latè, vel strictè interpretanda.*

97 *Ponitur sententia affirmans esse latè interpretandam.*

98 *Item limitatur dicta Conclusio, de qua numer. 85. quando dispensatio est inserta in corpore.*

99 *Facultas Episcopis a Tridentino concessa, ut dispensare possint in omnibus casibus occultis, non deductis ad forum contentiosum, excepta Irregularitate ex Homicidio voluntario proveniente, extenditnr etiam ad Capitulum Sede vacante.*

100 *Concilium Tridentinum facit Jus Ordinarium.*

101 *Capitulum succedit in Jurisdictione Ordinaria Episcopi.*

102 *Dicta facultas, de qua nu. 81. diximus, competit Superioribus Religionum.*

103 *Item limitatur, si Concedens declaret se motu proprio concedere.*

104 *In dispensatione motu proprio facta, est præsumptio Juris, & de Jure, quòd adfuerit justa dispensandi causa.*

105 *Item, limitatur d. Conclusio, quando dispensatio versatur circa materiam Juris communis, quia tunc secundùm illud intelligi debet.*

106 *Testamentum sumit vires à morte Testatoris, unde valebit Testamentum, quamvis tempore obtentæ dispensationis illud condendi factum fuisset.*

107 *Item limitatur eadem Conclusio, si dispensatio toti Communitati, seu Religioni fuisset cum tractu successivo concessa, quia tunc æquatur Legi.*

108 *Item limitatur, quando dispensatio debita esset; quia tunc potiùs est beneficium Juris.*

109 *Item limitatur d. Conclusio in dispensationibus favorabilibus; ut si ageretur de publico favore Religionis, vel Animæ, nam Favor publicus, favor Religionis, & Animæ à pari procedunt.*

110 *In conflictu opinionum ea semper est præferenda, quæ Pietati favet, Religioni, & Animæ, ut peccatum evitetur.*

111 *Quævis dispositio, licet pœnam continens, dicitur favorabilis, ubi principalis statuentis finis est favor publicus.*

112 *Item limitatur d. Conclusio, quando casus ipse, in quo Dispensandum est, continet rationem expressam d. Dispensationis.*

113 *Ubi est eadem ratio, non dicitur extensio, sed declaratio.*

114 *Item limitatur d. Conclusio, quando minus est inclusum, ut pars in majori.*

115 *Dispensatus ad Sacerdotium, intelligitur etiam Dispensatus ad alios Ordines, sine quibus non posset ad Sacerdotium promoveri.*

116 *Concessa facultate testandi, concessa censetur etiam facultas condendi Codicillos, & causa mortis donandi, quia hæ omnes sunt partes ultimæ voluntatis.*

117 *Dispensatus super Voto Castitatis, cùm verè haberet Votum non nubendi, aut non fornicandi, valida est Dispensatio.*

118 *Si quis haberet Votum Ordinis sacri, & exprimeret Votum non contrahendi Matrimonium, valeret Dispensatio.*

119 *At si Votum esset non fornicandi, & peteretur Dispensatio super Voto Ordinis, non valeret.*

120 *Si quis per errorem peteret Dispensari super gradu majori, cum verè esset minor in eadem specie, valeret Dispensatio.*

121 *Concessa facultate edendi carnem, censetur consequenter concessa facultas edendi, lac, caseum, & ova.*

122 *Siquando non reperiatur casus expressus, recurri debet ad casus consimiles in casibus minoribus annexis, vel inclusis in majori, & non in separatis.*

123 *Item limitatur d. Conclusio, de qua n. 85. in casibus à Jure æquiparatis.*

124 *Item limitatur, quando Dispensatio non ab Homine, sed à Lege, seu Canone inducitur.*

1 MAximum à Doctoribus adnotatur Discrimen inter Potestatem alicui generaliter ad Dispensandum concessam, & ipsam Dispensationem; Illa etenim tanquàm favorabilis est latè Interpretanda, & ad illos etiam Casus extendenda, qui Casibus in ipsa Concessione expressis quoquomodo, etiam separabiliter, adaptari possunt, licet tantùm accessoria sint; sic bene docent Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 2. *n.* 1. *& disp.* 24. *n.* 9. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 42. Filliucc. *tom. pr. tract.* 10. *cap.* 10. *n.* 29. Pontius *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 13. Garcia *de Benef. par. pr. cap.* 6. *num.* 73. Marius Anton. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 2. *num.* 18. Barbos. *in Votis Canonic. Decis. & Consult. lib.* 2. *Voto* 30. *numer.* 61. Pirrhus Corrad. *in Praxi Dispens. Apost. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 27. Carol. Maranta *in Controv. I. V. Respons. Respons.* 45. *num.* 56. *par.* 4. Alex. Sperell. *decis.* 112. *nu.* 16. Stephan. Gratian. *Discept. forens. cap.* 278. *num.* 13. *tom.* 2. *& cap* 982. *n.* 2. *& n.* 23. *tom.* 5.

2 At Dispensatio est adeò strictè interpretanda, ut non solùm intelligatur de prima vice, Tusch. *concluf.* 463. *num.* 5. sed ut, si aliquid operetur, posita tali interpretatione, amplius extendi non possit; Ita concludunt communiter Doctores, inter quos, Sanch. *lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 3. Menoch. *conf.* 72. *num.* 11. Bonac. *de Leg. disp. pr. quæst.* 3. *punct.* 7. *num.* 14. Diana *d. tract.* 3. *resol.* 32. Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 21. *numer.* 2. Hieronym. Cæval. *quæst. Comm. contra comm. quæst.* 203. *num.* 3. Franc. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub. pr. num.* 5. Paril. *conf.* 88. *num.* 20. *part.* 4. Caputaquens. *decis.* 272. *num.* 3. *part.* 1. Filiucc. *d. cap.* 10. §. 2. *num.* 293. Tusch. *concluf.* 464. *nu.* 3. *litt. D.* Garcia *de benef. d. cap.* 6. *num.* 58. Sperell. *d. decis.* 112. *num.* 73. Pirrhus Corr. *l. c. n.* 1. Salas *de leg. disp.* 20. *sect.* 10. *num.* 88. & noviſſimè celebratiſſimus Doctor noſter magnus Monarcha Juris Lælius Altograd. *conf.* 64. *num.* 21. *libr.* 2. & ita expreſsè habetur *in c.* 1. *ad* §. *Illo verò de filiis Presbyterorum in sexto.*

Undè Regula generalis conſtituitur, ut ſi Dubium 3
ſit, an Diſpenſatio ad aliquem caſum ſimilem extendatur, interpretari debeat non extendi; At ſi è converſo dubitetur, an Poteſtas diſpenſandi ad aliquem caſum extendatur, præſumendum ſit ad illum extendi Sanchez *d. disp.* 2. *n.* 9. Diana *d. tr.* 3. *reſ.* 42. *in fin.* Pont. *de matr. l.* 8. *c.* 4. *n.* 18. Steph. à S. Greg. *univ. tr. de Vinculis Div. Pet. l.* 3. *c.* 112. *n.* 5. Ægid. *de Coninc. de Sacram. diſp.* 33. *dub.* 2. *n.* 20. Meroll. *d. c.* 6. *dub.* 2. *n.* 89. Fragoſ. *Regim. Chriſt. Reip. part.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 6. *n.* 24. Thom. Tamburin. *in Præcepta Decalogi lib.* 1. *cap.* 3. §. 7. *num.* 2.

Ex dictis Infertur, quòd conceſſa generaliter fa- 4
cultate legitimandi Spurios, vel cum illis Diſpenſandi, poterit vigore d. facultatis legitimari quicumque Spurius, dummodò legitimatio non cedat in Tertii præjudicium; Sanchez *d. diſput.* 2. *num.* 30. Coninck *l. c.* Fragoſius *d. diſp.* 6. *n.* 11. Quia cum d. facultas ſit generaliter conceſſa, nec ad certas perſonas reſtricta, & Spurius ſit terminus generalis, omnes Spurie- 5
tatis ſpecies comprehendens, eſt amplè extendenda, ſecluſo Tertii præjudicio.

Sic etiam data generaliter facultate legitimandi ad 6
Ordines ſuſcipiendos, poterit legitimari ad quoſcumque etiam Sacros, non tamen ad Epiſcoparum (quia hic eget ſpeciali Nota, ut dicemus infra) Coninc. *l. c.* Sic habens facultatem conferendi Beneficia Idoneis, poterit ea conferre Minori Diſpenſato; quia licet Diſpenſatio Minoris ſit arida, tamen facultas extendi debet ad omnes Idoneos, quia favorabilis eſt; vide Tuſch. *concluſ.* 465. *num.* 19. *concl.* 471. *num.* 2. *litt. D.*

Conſimili Ratione potens diſpenſare cum nato ex 7
Adulterio, diſpenſare poterit quamvis ex utriuſque Parentis Adulterio natus ſit, Puteus *deciſ.* 39. *nu.* 2. Merolla *num.* 122. *l. c.*

Sic pariter Potens diſpenſare in aliquo præciſo Gra- 8
du, v. g. in Secundo, vel Tertio Conſanguinitatis, vel Affinitatis, poterit diſpenſare in illo, quamvis duplicatus ſit, Rota *deciſ.* 70. *lib.* 2. *part.* 3. *diverſ.* Merolla *tom.* 2. *diſput.* 4. *cap.* 6. *dub.* 2. *num.* 121. Sanchez *lib.* 8. *diſput.* 24. *num.* 9. *& numer.* 10. Filiucc. *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *capit.* 10. *num.* 335. Joannes Ægidius Trullenck. *Oper. mor. lib.* 7. *capit.* 10. *rub.* 4. *num.* 14. *tom.* 3. Tuſch. *concluſ.* 463. *numer.* 20. *litt. D.* Fragoſ. *l. c. num.* 25.

Sic etiam Potens Diſpenſare in Affinitate, poterit 9
etiam in Publica Honeſtate; quia in d. Poteſtate ſic generaliter conceſſa includitur quoque Publica Honeſtas cum Affinitate concurrens; Sanch. *lib.* 8. *diſp.* 24. *num.* 41. Trullen. *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 4. *numer.* 12. *tom.* 3. Quia cùm Affinitas ſit genus, & oriatur ex quacumque Copula tàm licita, quàm illicita, & Poteſtas Diſpenſandi ſit latè interpretanda, ad utrumque erit Impedimentum extendenda; ſimili modo ſi Epiſcopo demanderur facultas Diſpenſandi cum Religioſis Simoniacè receptis, ea facultas extendetur, ut poſſit Diſpenſare etiam cum Superioribus, qui dictos Religioſos in Religione Simoniacè admiſerunt, Fragoſ. *d. diſp.* 6. *n.* 10.

At ſi Poteſtas Diſpenſandi ſit reſtricta, itaut poſ- 10
ſit Diſpenſari in aliquo præciſo Gradu, v. g. in Tertio Conſanguinitatis, vel Affinitatis, non poterit in alio Diſpenſari, quamvis Inferiori, v. g. in Quarto ejuſdem ſpeciei, quamvis etiam dictus Inferior conjunctus eſſet cum dicto Superiori Gradu, ut ſi eſſet, 11
v. g. in Tertio, & Quarto à Communi ſtipite; Poterit tamen Diſpenſari, ſi facultas Diſpenſandi eſſet reſtricta ad ſolum Tertium Gradum, & Impedimentum eſſet Secundi, & Tertii à Communi Stipite provenientium; quia cum d. Tertius ſit mixtus, & cum d. Secundo conjunctus, intrat Regula ut in Gradi- 12
bus mixtis, & in linea inæquali ſemper Diſpenſetur ſuper ſolo remotiori, qui imbibit, & trahit ad ſe propinquiorem, niſi ille propinquior eſſet Primus, circa quem emanavit ſpecialiter Motus proprius Pii V. de quo mentionem facimus *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. ita docent Sylveſter *verbo matrimonium* 8. *quæſt.* 6. Gamb. *de Off. & poteſt. legat. lib.* 10. *num.* 263. Gu-

tie-

tierez. *de matrim. cap.* 124. *num.* 4. Sanch. *d. nu.* 9. *& nu.* 10. Coninck *dicta disp.* 33. *rubr.* 2. *n.* 13. Filiucc. *l. c.* Trullenc. *d. dub.* 4. *n.* 14. Reginald. *lib.* 31. *c.* 20. *sect.* 1. *in fine*. Barbos. *in Votis Canon. lib.* 1. *Voto* 3. *nu.* 2. Fragos. *l. c. n.* 25.

13 An autem potens præcisè in aliquo Gradu Dispensare, v. g. in tertio Gradu Consanguinitatis, & tertio Affinitatis, Dispensare possit in utroque, si simul concurrant, dissident Doctores, ut videri potest penes Sanch. *lib.* 8. *disp.* 2. *n.* 28. Et an Potens Dispensare cum Adulterino, vel incestuoso, possit, quando utrumque vitium concurrit, dicimus Infra.

14 Ratio hujusmodi Differentiæ inter ipsam Dispensationem, & Potestatem Dispensandi est, quia in concedendo Potestatem ad dispensandum, ipsi soli Concedenti præjudicium infertur, & ideò cum sit Beneficium Principis præter Jus concessum, nullique Tertio præjudicium afferens, est latè interpretandum in his, quæ vergunt in ipsius Concedentis præjudicium, ut docet Rota in Posthumis Farinaccii *decis.* 368. *num.* 5. *par.* 2. & alii Doctores mox citandi; cùm in hujusmodi generali Potestatis concessione, principale Principis Intentum non sit ipsa Dispensatio, nec respectus ad personas dispensandas, sed principale Concedentis motivum sit favor, quo Princeps, per communicationem suæ Potestatis, Dispensaturum honorat, & ob id directè non intendit Jus commune

15 lædere, nec alicui Tertio damnum, seu præjudicium afferre; At ipsa Dispensatio cum exorbitet à Jure communi, illudque lædat, & vulneret (ut diximus Cap. Præcedenti n. 15.) dicitur odiosa, sterilis, & infœcunda; Sanchez *libr.* 8. *disp. prima numer.* 3. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 32. Paris. *cons.* 137. *numer.* 2. *par.* 4. Barbosa *in Votis Canonicis lib.* 2. *Voto* 30. *num.* 61. *& Voto* 58. *num.* 9. 10. Sperellus *decis.* 110. *num.* 13. & ob id restringi debet, & strictè

16 Interpretari, Marius Anton. *var. resol. lib. pr. resol.* 19. *nu.* 14. Barbosa *l. c. nu.* 10. Rota *decis.* 240. *n.* 2. *par. prima Diverf.* Cævall. *Comm. contra Comm. tomo* 3. *quæst.* 829. *à num.* 4. Paris. *l. c.* Pirrhus Corrad. *in Praxi Dispens. Apost. lib. primo cap.* 5. *nu.* 1. Id-

17 que verum est, tam si ab ipso Legislatore, quàm si ab Inferiore Dispensetur, quia utraque Dispensatio à Jure communi exorbitat.

18 Imò nec in Dispensatione paritas rationis est admittenda, prout nec facienda extensio de casu ad casum quamvis similem, in quo eadem, vel major ratio militet; quia cùm Dispensatio ipsa sit odiosa, & Jus lædat, ac vulneret (ut diximus) non valet in ea Argumentum de simili ad simile, nec etiam de majori ad minus, juxtà Regulam 28. *Quæ à d. Jure exor-*

19 *bitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda, de Reg. Juris in* 6. sic docent Gamb. *de Offic. & Pot. Legati d. lib.* 10. *num.* 211. Caputaquens. *decis.* 274. *num.* 5. *par. prima*. Quintilianus Mandosius *ad Reg. Cancell. Regula* 20. *quæst.* 7. *num.* 10. Franciscus Merolla *tomo* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 1. *num.* 65. Marius Antoninus *lib. prim. resol.* 29. *n.* 10. Nic. Garcia *de Benef. par. pr. cap.* 6. *nu.* 59. Sanchez *disp.* 8. *nu.* 32. Jo: Valerius *Diss. Utr. fori Verbo dispens. Diff.* 9. *n.* 1. Duard. *de Censib. tomo primo §. primo quæst.* 12. *n.* 35. Pontius *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 21. *num.* 8. Barbosa *in Votis Canonicis lib.* 2. *Voto* 58. *nu.* 1. Ludovisius *decis.* 353. *num.* 15. Filiuccius *d. capit.* 10. *num.*

20 293. Pirrhus Corrad. *in d. Praxi num.* 2. *l. c.* Nec concesso, quod est plus, censebitur concessum, quod est minus; Barbos. *n.* 4. *l. c.* Fragosius *Regim. Reip. Christ. part. prima lib.* 3. *disp.* 6. *num.* 9. & nos in-

21 frà latè dicemus: Et propterea simplici tenori Dispensationis standum esse absque ulla extensione, & nullo habito respectu ad majoritatem, seu minoritatem, pluribus relatis, expressè docent Sanchez *lib.* 8. *disp. prima num.* 32. Pontius *de Matrim. lib.* 8. *capit.* 21.

22 *num.* 8. Undè Doctores, qui docent dari in Dispensatione paritatem rationis, sunt intelligendi, quoad Dispensationem à Lege, seu Canone concessam, non autem de ea, quæ facta sit ab Homine, ut benè inter alios distinguunt idem Sanchez *l. c.* & Stephanus à S. Gregorio *de Vinculis Divin. Pet. d. capit.* 112. *num.* 115. quia cùm ista à pura Legislatoris voluntate pendeat, tantum valet, quantum ipsius Dispensationis, seu mandati de Dispensando Verba sonant; Salas *de Legibus disp.* 20. *sect.* 10. §. *pr. nu.* 90. Genuen. *in Praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ c.* 20. *num.* 5. Paris. *de Consid. quæst.* 40. *num.* 9. Diana *part. octava, tract.* 3. *resol.* 41. *vers. Sed ut verum fatear*; Ita etiam Navarrus, Covarruvias, & alii plures, quos refert Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *limitat.* 4. *nu.* 13 & probabile ait Sanchez *d. disp. pr. num.* 10. A' qua Proprietate Verborum non est rece- 23
dendum, nisi quando vel aliter constaret de mente Dispensantis *l. non aliter ff. de legibus* 3. Rebuffus *in Praxi Benef. ubi de Differentia Int. Privilegia, & Rescripta n.* 8. Gamb. *d. lib.* 10. *n.* 267. Sanchez *n.* 10. *l. c.* vel ex stylo introducto, vel usu, seù Jure restricta sint, ut infra dicemus.

Imò nec desunt, qui probabiliter doceant, Verba 24
Dispensationis non esse ita latè accipienda, ac eorum propria significatio extenditur, Sanchez *l. c.* & Gamb. *dict. lib.* 10. *n.* 268. Merolla *num.* 14. *l. c.* quia Lex multoties restringit Terminos, adimendo aliquid de latitudine proprii significati; quod est aliquid strictè intelligi: Regulariter autem in Dispensationibus ma- 25
gis spectatur restrictio Termini alio Jure fieri solita, 26
quàm ejus Proprietas; ut d. Sanch. ibi docet: & præcipuè spectari debet verisimilis Intentio Concedentis, 27
quæ ex qualitate rei subjectæ deprehenditur, secundùm quam verba ipsa declarari debent, ut colligitur *ex cap. primo de conces. præb. in* 6. & docent expressè Sylvester *Verbo privilegium q.* 3. Mandosius *ad Reg. cancell. Reg.* 17. *q.* 8. *num.* 3. Sanchez *lib.* 8. *disp. pr. num.* 11. Coninck *de Sacramentis disp.* 33. *dub.* 2. *n.* 19. Cævall. *quæst.* 693. *numer.* 12. Gratianus *discept. forens. cap.* 814. *num.* 14. Lælius Altogradi *cons.* 61. 28
n. 35. *lib.* 2. eò semper spectando, ut minus lædatur Jus Commune, & Proximi, ut benè concludunt Gamb. *l. c. à nu.* 268. Seraphinus *decis.* 931. *num.* 2. Tusch *conclus.* 465. *numer.* 12. *littera D.* Quòd si de præjudicio Concedentis agatur, distinguit Sanchez *l. c. n.* 4. inter Dispensationem contra Jus, & aliam 29
quæ sit præter Jus, quia illa strictè, hæc largè venit Interpretanda.

Ex dictis plura Inferuntur.

I. Namque Infertur, quòd si quis dispensetur ab 30
Episcopo ad Beneficium, non Intelligitur Dispensatus ad Beneficium extrà Diœcesim Dispensantis, Rebuffus *l. c. n.* 33. Joannes Valerus *diff. utr. fori Verbo Dispens. Diff.* 9. *n.* 1.

II. Infertur, quòd sic Dispensatus non poterit ob- 31
tinere Beneficium in Cathedrali; Rota *in Antiquis decis.* 45. Garcia *de Benef. part. prima c.* 6. *n.* 62. Gamb. *l. c. n.* 219. Joannes Valerus *l. c. n.* 1. Tuschus *conclus.* 463, *n.* 1. *littera D.*

III. Nec poterit habere in eo loco, ubi Pater idem, 32
vel aliud Beneficium obtinuit, Joannes Valerus *l. c.* & adest dispositio Concilii *sess.* 25. *c.* 5.

IV. Nec Dispensatus, ut possit obtinere Beneficium 33
etiam in Cathedrali, poterit illud habere in Metropolitana; Hoyeda *de Incompatibilitate Benef. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 78. Joannes Valerus *l. c.* Gamb. *d. lib.* 10. *num.* 225.

V. Nec Dispensatus ad quascumque Dignitates Ec- 34
clesiasticas, intelligitur Dispensatus ad Episcopatum, nisi apertè exprimatur, quia hic, cùm sit omnium Ecclesiasticarum Dignitatum Culmen, *cap. primo de Privileg. & cap. penult. de Præbend.* Lotherius *de Re Benef. lib. primo quæst.* 26. *num.* 31. Hoyeda *l. c. num.* 77. eget speciali nota, Garcia *d. cap.* 6. *n.* 66. Graf- 35
fius *decis. Aur. cap.* 9. *n.* 38. *lib.* 2. Gamb. *l. c. n.* 217. Fragosius *l. c. n.* 80. *vers. Non venit*; Pirrhus Corrad. *in Praxi dispensat. Apost. l. c. n.* 5.

VI. Nec Dispensatus simpliciter ad Beneficia, si 36
non fuerit dictum *Ad quæcumque* poterit consequi Præbendas, & alia Beneficia Cathedralis, Cævallos *comm. contrà communes quæst.* 829. *n.* 5. Rebuff. *in Praxi Titulo de dispensat. ratione Aetatis, Verbo in Cathedralibus*; Barbos. *de appellat. Verb. app.* 32. *n.* 10. Garcia *de benef. part. prima c.* 6. *n.* 63.

VII. Nec sic Dispensatus poterit consequi Beneficia 37
Curata, sed solùm simplicia, Meroll. *tom. prim. disp.*

prima

prima cap. 2. difficult. 1. num. 554. Garcia *d. cap. 6. à num. 50.* Hoyeda *de Incompatibil. benef. part. 2. cap. 2. num. 74.*

38 VIII. Item nec cenſebitur Diſpenſatus, ut Vocem in Capitulo habeat ille, qui Diſpenſatus fuit, ut licet infra Annum non promoveatur, nihilominus retinere poſſit Præbendam, cui Ordo Sacer eſt annexus, Barboſ. *de Canon. & præb. cap. 37. numer. 12.* Sperellius *deciſ. 112. num. 28.* Gamb. *d. lib. 10. num. 245.* Tuſchus *concluſ. 461. numer. 2. littera D.* quia ſine iſto Acceſſorio Diſpenſatio operatur ſuper Canonicatu; Quod intellige, niſi habeat ætatem ad Subdiaconatum requiſitam, ut idem Sanchez *lib. 8. diſputat. 1. num. 23.*

39 IX. Nec Diſpenſatus ad obtinendum Beneficium, cujuſcumque ſit præſentationis, poterit vi talis Diſpenſationis provideri de Beneficio ſpectante ad patronos Laicos, Fragoſius *l. c.* quia cùm eo caſu agatur de præjudicio tertii, non præſumitur Papam velle inferre præjudicium tertio, niſi expreſsè dicat, ut latè diximus præſenti libro; & maximè ſi agatur de Patronatu Laicorum, quibus Leges omnes mirificè favent, ne Laici retrahantur à Fundationibus, ut animadvertunt Vivian. *de Jurepatr. capit. 2. num. 12. lib. 7.* Fontanell. *de Jurepatr. quæſt. 12. numer. 12. lib. 6.* per Gloſſ. *in cap. Nobis, in verbo in Capella, de Jurepatr.*

40 X. Nec minor Annis 20. Diſpenſatus ad Canonicatum, cenſebitur Diſpenſatus, ut poſſit eſſe Delegatus; Sperellius *numer. 29.* Gambara *numer. 246.* ll. cc.

41 XI. Nec Diſpenſatus ſimpliciter, ut reſidere non teneatur, intelligitur Diſpenſatus, ut, non reſidendo, poſſit percipere diſtributiones, & fructus, qui Intereſſentibus debentur, Sanchez. *num. 20.* Sperellius *num. 26.* ll. cc. Tuſchus *concluſ. 465. num. 1. littera D.* Ratio prædictorum eſt, quia cum hæc ſint ſeparabilia, nec neceſſariò connexa, Diſpenſatio conceſſa ad non reſidendum, non extenditur ad Fructus percipiendos.

42 XII. Nec Diſpenſatus, v. g. ſuper tertio Gradu conſanguinitatis, erit Diſpenſatus ſuper tertio affinitatis, quamvis conſanguinitas ſit fortius vinculum affinitate; quia ſint impedimenta diverſæ ſpeciei; Sanchez *lib. 8. diſp. 24. num. 19.* Bonacina *de legib. diſp. prim. quæſt. 2. punct. 5. propoſ. unica, num. 8.* ita etiam Pontius, Coninck, Averſa, Filiuccius, Trullenck, & alii, quos infra *c. 4.* referimus.

43 XIII. Nec Diſpenſatus ad ſuccedendum in certis caſibus expreſſis cenſebitur Diſpenſatus ad alios caſus, quia Diſpenſatio facta ad unum effectum non extenditur ad alios; Fragoſius *numer. 12. l. c.* Decius *conſ.*
44 *610. numer. 5.* & proindè quando conceditur, ut quis poſſit ordinari ad talia, & alia Beneficia, illud Verbum, Alia, ſtrictè Interpretatur, itaut non comprehendat niſi Beneficia ſimilia, Fragoſius l. c. *num. 80.* in fine; & quòd Verbum, Alia, Intelligatur de ſimilibus, docent Macerat. *reſ. 2. l. p. nu. 8.* Menoch. *remed. 9. retin. num. 256. dec. conſ. 101. numer. 4. & ex vulg. Jur.*

XIV. Nec Diſpenſatus ad obtinendum, cenſebitur Diſpenſatus ad retinendum; Marius Antoninus *var. reſol. lib. 1. reſol. 29. n. 44.* Rota *deciſ. 233. numer. 23. part. 1. diverſ.*

45 XV. Nec Diſpenſatus ſimpliciter ad Ordines, Intelligitur Diſpenſatus ad Majores; niſi Papa ſciret dictum Clericum jam fuiſſe minoribus inſignitum, vel diceret. Ad omnes Ordines: Gloſſa *in cap. litteras, de Filiis presbyt.* Pontius *de matrim. lib. 8. cap. 21 nu. 5.* Joan. Meroll. l. c. *tom. 1. diſp. 1. cap. 2. diffic. 1. n. 544.* Sà, *in aphoriſm. verbo diſpenſ. num. 13.* Barboſa *de appellat. verb. appellat. 179. num. 1.* Garcia *de benef. part. 1. cap. 6. num. 63.* Salas *de leg. diſp. 20. ſect. 10. §. 1. num. 90.*

46 XVI. Nec denique Illegitimus ſimpliciter Diſpenſatus ad Ordines cenſebitur Diſpenſatus ad Beneficium cùm unum ad aliud non ſint conſequutiva; Pontius *d. capit. 21. num. 5.* Marius Antoninus *var. reſol. lib. 1. reſol. 19. numer. 10.* Gamb. *d. lib. 10. numer. 241,* Paulus Squillante *de privileg. Cleric. cap. 4. numer. 48.* Pirth. Corrad. *in d. praxi lib. 1. capit. 5. num. 15.*

Unde Regula generalis à Doctoribus aſſignatur, 47
ut Diſpenſatio nunquam ſit trahenda ad conſequutiva ejus, ſuper quo Diſpenſatur, quando ipſa Diſpenſatio imprimit effectum validum ſuper Actu, in quo Diſpenſatur, abſque eo, quòd ad illius conſequutiva extendatur; Sic benè Sanchez *lib. 8. diſp. 1. num. 20.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 397. num. 38. tom. 2.* Gabriel *conſ. 189. num. 3.* Merolla *tom. 2. diſp. 4. capit. 6. dub. 1. n. 23.*

Et non ſolùm Diſpenſatio, cum ſit odioſa, & Jus vulnerans, eſt reſtringenda, itaut ad conſequutiva non extendatur, ut diximus, ſed nec eſt extendenda, quamvis Diſpenſatio conceſſa eſſet major ea, qua opus eſſet, ut exemplificari poteſt exemplis infra appoſitis, & Primò:

Si cùm Monacho Diſpenſetur, ut Beneficium Cu- 48
ratum retineat, non poterit, vigore hujuſmodi Diſpenſationis, Beneficium ſimplex poſſidere, Barboſa *de Off. pot. Epiſcopi allegat. 33. numer. 14.* Fragoſius *l. c. numer. 10. & numer. 80.* Pirrhus Corradus *l. c. num. 4.*

II. Si mandetur provideri alicui de majori præben- 49
da, non poterit provideri de minori; Gamb. *d. lib. 10. n. 221.* Sanchez *dicta diſp. 1. n. 32.* Nec diſpenſatus ad obtinendum integram præbendam, poterit, vi hujus Diſpenſationis, obtinere dimidiam: Fragoſius *d. diſp. 6. num. 80.*

III. Diſpenſatus ad Beneficium, quod majus eſt, 50
non Intelligetur Diſpenſatus ad penſiones; Fragoſius l. c. *num. 9.* Rebuffus *in praxi benef. titulo de Diſpenſationibus ad plura Beneficia num. 65.* Pirrhus Corradus *l. c, num. 7.* Nec cenſebitur Diſpenſatus ad Ordines, quamvis ex Statuto Eccleſiæ omnes Beneficiati teneantur infra certum tempus Ordinari, Tuſch. *concluſ. 466. num. 2. littera D.* Et ſi Diſpenſetur, ut poſſit permutare ſuum Beneficium cum alio, non poterit permutare cum duobus: *capit. Quamvis primo de præbend.* Fragoſius l. c. *num. 80. verſ. Ex quo decid.*

IV. Diſpenſatus ad Dignitatem, non cenſetur Di- 51
ſpenſatus ad Beneficium ſimplex, niſi ſpecialis de eo mentio facta fuerit: Gamb. *d. lib. 10. n. 224.* Joannes Valerus *d. verb. diſpen. diff. 9. n. 1.*

V. Nec Diſpenſatus ad Archiepiſcopatum, intel- 52
ligetur Diſpenſatus ad Epiſcopatum, quamvis ſit idem Ordo; Duardus *de cenſib. tom. 1. §. 1. quæſt. 12. numer. 35.* Tuſch. *concluſ. 466. in fine littera D.* Fragoſius *numer. 80. l. c.* quia cùm prædictæ ſint res diverſæ, Diſpenſatio ſuper una ex eis facta, non extenditur ad aliam, quamvis ſimilem, & quamvis etiam eadem, vel major ratio adſit, ut ſupra diximus.

Quamvis autem prædictè concluſiones veræ ſint, 53
tamen aliquas limitationes admittunt.

Ea namque, qua dictum fuit, poteſtatem ad Diſpenſandum conceſſam, eſſe latè interpretandam, limitatur.

I. Ut non procedat eo caſu, quo, in materia, de 54
qua agitur, fuerit jam ex conſuetudine, uſu, vel ſtylo inducta interpretatio; quia dicta conſuetudo ſervari debet, ne ſcandalum ſuboriatur; Gamb. *n. 193.* l. c. Sanchez *lib. 8. diſp. 2. n. 4.* Pontius *lib. 8. cap. 8. n. 14.* Merolla *d. c. 6. rub. 2. n. 87.* Salas *de leg. diſp. 20. ſect. 11. num. 100.*

II. Limitatur, dùm hujuſmodi poteſtas eſſet inter- 55
pretanda in grave tertii præjudicium, ut quia abſorberet Juriſdictionem alicujus, vel eſſet contrà Jus, 56
tunc etenim eſt ſtrictiſſimè interpretanda, ſive proprio motu Principis, ſive ad inſtantiam partis conceſſa ſit, Rota inter impreſſas per Ludovic. Cencium *poſt tract. de cenſib. deciſ. 72. num. 5.* Rota coram Cavalerio *dec. 374. num. 7.* Rota coram Buratto *deciſ. 576. num. 5.* Rota inter impreſſas penes Vivianum *poſt praxim de Jure Patronatus dec. 25. num. 6.* Pariſius *de reſignat. benef. l. 12. quæſt. 14. num. 12.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 421. num. 42.* Maſſobr. *de concur. prælud. 25. dub. 13. num. 48.* Lotherius *de re benef. l. 2. quæſt. 54. numer. 62.* Gonz. *ad reg. 8. Canc. gloſſa 15. §. prim. num. 75.*

num. 75. Mandos. *ad reg. Canc. reg.* 23. *quæst.* 4. *n.* 6. Marius Anton. *var. resol. l.* 1. *resol.* 105. *num.* 6. Pontius *de matr. l.* 8. *capit.* 4. *num.* 14. Salas *de legib. disp.* 20. *sect.* 10. *num.* 100. Et constat ex ipsis Regulis Cancellariæ Apostolicæ, quæ mentem Papæ testificantur; Massobrius *prælud.* 24. *dub. primo num.* 4. quia in omni Principis disp̃ositione Jus tertii semper præsumitur exceptum; Lotherius *lib. prim. quæst.* 42. *n.* 2. Gamb. *d. l.* 10. *numer.* 317. & potius Verba rescripti improprianda sunt, imò ipsum Rescriptum potius censeri debet frustratorium, quàm quòd intelligatur damnum Tertio afferre Gratian. *discept. forens. capit.* 730. *num.* 31. *& num.* 32. Balthass. de Tomasis *pr. Decade tract. prim. tit.* 7. *num.* 11. Gonz. *Glossa* 28. *num.* 9. *&* 10. Responsa Marantæ *resp.* 21. *numer.* 5. *part. prim.* Staibanus *de Interesse lib. prim. quæst.* 2. *num.* 11. Franciscus Merlinus *decis. Rotæ Lucanæ decis.* 96. *num.* 6. Idque est ita verum, ut quamvis in Rescripto Papæ non fuisset appositа clausula, *Sine præjudicio tertii*, tamen subintelligeretur, Responsa Mar. *resp.* 13. *numer.* 19. *d. part. prim.* Capycius *decis. S. Concilii Neap. lib.* 2. *decis.* 174. *num.* 13. Barbosa *de claus. Eccl.* 157. *num.* 1. *&* 2. Vivianus *de Jure Patronatus lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 80. Unde in Concessione alicui facta, ut v. g. possit ab omni excommunicatione absolvere, non comprehendetur facultas absolvendi ab excommunicatione lata per sententiam particularem, attento præjudicio, quod propterea cederet Prælato, qui excommunicavit: Coninck *de Sacram. disp.* 33. *dub.* 2. *numer.* 12. Qua ratione omnis impetratio, vel Dispensatio, quæ lite pendente fiat, non valet in præjudicium tertii, Gamb. l. c. *num.* 317. Sic pariter, dato quod quis Impetret Beneficium à tertio possessum ratione certi delicti in eventum probationis ipsius delicti, & privationis delinquentis, si is Disp̃ensetur super hujusmodi Crimine, nihilominus Beneficium debetur Impetranti; quia (sicut diximus) Disp̃ensatio semper debet intelligi sine tertii præjudicio, nisi Pontifex expressè declaret se tale præjudicium velle inferre cap. *Quamvis* 8. *de rescript. in* 6. Gamb. *l. c. numer.* 319. Gratianus *discept. forens. cap.* 370. *num.* 31. Rota *decis.* 226. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Sic pariter si Inhabilis haberet Beneficium, at medio tempore alius illud impetraret, quamvis postea Disp̃ensaretur super Inhabilitate, tamen impetrans obtinebit, licet adhuc lis incæpta non fuerit; Idem Gamb. *l. c.*

III. Limitatur ita, ut licet fuerit concessa generalis potestas ad Disp̃ensandum, tamen Disp̃ensari non possit in iis, quæ sunt de Jure Divino naturali, in quibus ipsemet Pontifex non nisi ex magna causa disp̃ensare potest, & difficile disp̃ensare solet, ut in Matrimonio rato, in Voto absoluto perpetuæ castitatis, vel Religionis, & similibus Gamb. *d. l.* 10. *numer.* 205. Sanchez *d. disp.* 2. *num.* 5. Pontius, & Salas *ll. cc.* Nec facit, quòd in facultate concessa, sint appositа verba prægnantia, & quantumcumque exuberantia, per quæ diceretur quòd ille, cui potestas concessa fuit, possit disp̃ensare cum quibuscumque, & in quocumque Gradu Consanguinitatis, vel affinitatis; quia non disp̃ensabit, nec disp̃ensare poterit, nisi tantùm in Gradibus Jure positivo prohibitis.

Consimili ratione concessa alicui à Pontifice facultate absolvendi ab omnibus casibus sibi reservatis, non poterit ob id absolvere à casibus in Bulla Cœnæ reservatis, nisi in ipsamet constitutione de his specialiter mentio fiat: Quia Papa has facultates difficilè solet concedere, nec hæ comprehenduntur in Concessione, nisi specialiter exprimantur, ut benè Coninck *l. c. num.* 13. Papa enim numquam præsumitur concessisse ea, in quibus se difficilem reddere consuevit ad concedendum: *cap. Si Episcopus* 2. *de pœnit. & remiss. in* 6. Tusch. *conclus.* 68. *num.* 7. *littera H.* Mantica *decis.* 104. *num.* 4. & faciunt dicta per Franciscum Redenaschum *cons.* 96. *num.* 475. Unde in potestate disp̃ensandi generaliter concessa non venit potestas disp̃ensandi super crimine, nec commutandi pœnas, vel super eis componendi; Sbrozius *de officio Vicarii l.* 2. *quæst.* 37. *num.* 10. sic pariter si à Papa concedantur Abbati omnia, quæ competunt Episcopo, & Ordinario, non censetur concedere ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis; Tusch. *d. conclus.* 68. *num.* 8. Nec concessa facultate disp̃ensandi super Votis intelliguntur comprehensa in hujusmodi generali facultate Vota Castitatis, & Religionis, nisi specialis mentio de illis facta sit; Sanch. *lib.* 8. *disp.* 9. *numer.* 2. quia cum prædicta sint de arduis, non veniunt in Generali mandato; Lotherius *de re benef. lib. prim. quæst.* 28. *num.* 123. Sbrozius *de Offic. Vicarii l.* 2. *quæst.* 114. *num.* 5. Angelus Maria Verricellus *de Missionib. Apost. quæst.* 132. *num.* 6. *&* 7. Et Papa, concedendo facultatem alicui, nunquam præsumitur concedere cum ea plenitudine potestatis, quam ipse concedens habet; censetur etenim majorem potestatem pro se retinuisse, *cap. Dudum* 14. *de præb. in* 6. Sbrozius *de Offic. Vicarii l.* 2. *quæst.* 93. *num.* 2. Seraphinus *dec.* 1188. *num.* 1. Gratianus *discept. forens. cap.* 891. *numer.* 33. Menoch. *cons.* 83. *num.* 9. *tom. prim.* Caputaquens. *decis.* 337. *num.* 8. *part. prim.* Rota *in novissimis dec.* 71. *num.* 17. coram Coccin. In illis tamen, in quibus Papa disp̃ensare potest, nec reservare solet, ut in Votis communibus, & similibus, quamvis de Jure Divino obligent, poterit vigore potestatis generaliter ad disp̃ensandum concessæ, in illis disp̃ensare; Gamb. *dict. libr.* 10. *numer.* 204. Sanchez *libr.* 8. *disput.* 2. *numer.* 5.

IV. Limitatur d. Conclusio, itaut hujusmodi potestas ad disp̃ensandum concessa, stricte intelligenda sit, si restringatur ad particulares Personas in Commissione expressas; quia tunc tantùm poterit, quatenus Verba sonent, prout de ipsamet disp̃ensatione dictum fuit; isto enim casu tantum Jus delegato tribuitur, quantum in ipsa commissione exprimitur, & proindè ea potestas est strictè interpretanda; Gamb. *l. c. num.* 201. Sanchez *d. disp.* 2. *num.* 6. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 32. *versic. Infertur Tertio*; Angelus Maria Verricellus *de Missionib. Apostol. num.* 98. *num.* 123. Sylvest. *Verbo disp. quæst.* 5. *num.* 9. Fragosius *Regim. Christ. Reip. part.* 1. *l.* 3. *disp.* 6. *numer.* 10. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 2. *numer.* 77. Puteus *decis.* 49. *l.* 3. Salas *de leg. disp.* 20. *sect.* 11. *num.* 100. Pontius *de matr. d. cap.* 4. *num.* 5. Coninck *disp.* 33. *dub.* 2. *num.* 14. Responsa Marantæ *responsa* 13. *num.* 34. *part. prim.* Pirrh. Corrad. *in praxi disp. Apost. l.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. *& num.* 27. *& lib.* 7. *cap.* 6. *numer.* 77. ubi refert sic fuisse etiam quoad Matrimoniales disp̃ensationes definitum à Clemente VI. per constitutionem, quæ incipit: *Ex injuncto*, & concludit, sic se habere stylum Curiæ.

Amplia, ut prædicta ritè procedant, quamvis hujusmodi potestas concessa fuisset ad instantiam ipsius delegati disp̃ensaturi; quia gratia respicit disp̃ensandos, & in eorum favorem concessa censetur, ut benè animadvertunt dicti, Sanchez *lib.* 8. *disp.* 28. *numer.* 90. Merolla *l. c. num.* 81. Pontius *lib.* 8. *cap.* 21. *num.* 5. Ratio est quia hujusmodi potestas non potest dici generaliter concessa ad disp̃ensandum, cum Papa in ipsamet commissione se restringat ad Personas, & impedimenta exprimat, super quibus disp̃ensandum est, specificando etiam causas, quibus movetur; sed potius videtur disp̃ensatio, quadam præscripta forma, in esse producta, quia si preces veræ sint, nil aliud desideratur, quàm sola exequutio, ut latè dicimus *cap.* 6. idque est ita verum, ut licet disp̃ensandi facultas generaliter concessa absque expressione præcisarum personarum sit latissimè Interpretanda, ut diximus, itaut potens disp̃ensare cum Adulterino, vel Incestuoso, possit etiam dum uterque defectus concurrit, eò quòd d. potestas eo casu favorabilis sit, & consequenter eo casu mixtum comprehendatur in simplici, ut docent Sanchez *lib.* 8. *disp.* 24. *numer.* 9. Paulus Layman. *Theol. mor. l.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *numer.* 19. Sperellius *dec.* 112. *num.* 37. Cævallos *quæst. comm. contra comm. quæst.* 203. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 2. *num.* 122. Sylvester *var. disp̃ens. quæst.* 5. *num.* 94. Escobar *Theol. mor. tract. primo, exam.* 16. *cap.* 3. *num.* 123. Fragosius *d. disp.* 6. *num.* 11. Quando tamen in facultate ad disp̃ensandum concessa, sunt expressa nomina personarum, quibus cum disp̃ensandum est, quia hujusmodi potestas restringenda est, ut di-

ut diximus, non poterit quoad utrumque defectum dispensari, nisi id specialiter in mandato concessum sit; quia in odiosis mixtum non comprehenditur in simplici, Sanchez *l. c. numer.* 5. Pirrhus Corradus *d. lib. prim. cap.* 5. *num.* 27. *& lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 76. Merolla *l. c.* & sic debet intelligi doctrina Bartol. *in l.* 2. *ff. de verb. obligat.* ubi docet quòd, data facultate ad dispensandum cum Incestuoso, vel Adulterino, possit dispensari cum eo, qui utroque vitio laborat; Et eo magis d. potestas restringi debet, si ob
73 hujusmodi dispensationem damnum tertio afferatur, per ea, quæ supra diximus, quod est maximè advertendum.

74 Quintò d. potestas limitatur, quando ageretur de extendenda facultate ad casum, quem, sublata verborum significatione, facultas non comprehendit; quia tunc non extenditur de casu ad casum; Aliud
75 n. est aliquid latè interpretari, & aliud est ad casum non comprehensum extendere, Cap. *Significante* 34. de Rescriptis, Sanchez *lib.* 8. *disp.* 2. *num.* 2. Lotherius *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 40. *num.* 72. Gam-
76 bara *d. libr.* 10. *numer.* 303. facultas etenim à Jure concessa solum extenditur ad casus similes, vel inferiores, Gambara l. c. *numer.* 204. testans de communi.

77 Magna inter Doctores quæstio est, an privilegia Bullæ Cruciatæ, & Jubilæi sint latè, vel strictè interpretanda; Et quamvis Navarrus *libr.* 2. *consil. titulo de Jure Jur. cons.* 1. *in pr. Edit.* Sanchez *libr.* 8. *disp.* 2. *num.* 7. Coninck *disp.* 33. *dub.* 2. *numer.* 14. Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 98. & alii plures doceant esse strictè accipienda, cùm sint Beneficia soli Personæ, quæ Jubilæum, vel Bullam reci-
78 pit, concessa; Nobis tamen probabilius videtur esse late interpretanda, ut docent Bonac. *de leg. disp. prim. quæst.* 3. *punct.* 7. §. 1. *num.* 11. Angelus Maria Verricellius *de Missionib. Apostol. quæst.* 98. *num.* 118. Merolla *d. disp.* 4. *capit.* 6. *dub.* 2. *num.* 90. & ex Palao, Henriquez, Suarez, & aliis egregiè sustinet Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 45. Ratio est quia præcipuus Concedentis finis non est privatum commodum illius singularis Personæ Jubilæum sumentis, sed commune, & universale bonum Ecclesiæ, in quod tendit ipsa Bulla, ejusdemque Ecclesiæ subventio in aliqua publica necessitate; Et quidem ad dignoscendum, an
79 aliqua dispositio sit late, vel stricte interpretanda, attendi debet ad principale concedentis, vel Legis, seu statuti intentum *cap. prim. §. Ex parte verò; de conces. præb. in* 6. Pontius *lib.* 8. *cap.* 21. *num* 5. Pirthus Corrad. *in praxi dispens. d. cap.* 5. *num.* 27. Marcus Paulus Leo *in praxi pœnit. part.* 2. *post declarationem Impedimentorum Dirimentium vers. Sub Intelligitur, pag. mihi* 241.

80 Alia etiam conclusio, qua dictum fuit, dispensationem esse stricte interpretandam, plures limitationes recipit.

81 Primò etenim limitatur ita, ut dispensatio non sit adeo stricte interpretanda, ut captiosa sit, & inutilis, vel illusoria reddatur, & contra naturam rei, in qua dispensatur, cum extendi debeat ad necessariò, & inseparabiliter connexa, sine quibus dispensationis effectus consistere non posset, ut communiter docent Doctores, ita Sanchez *lib.* 8. *disp. prim. numer.* 19. Merolla *tomo* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *numer.* 19. *& n.* 22. Diana *p.* 8. *tr.* 3. *resol.* 32. *& res.* 102. Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 20. *numer.* 6. *in fine*, Coninck *disp.* 33. *dub.* 2. *num.* 17. Sperell. *dec.* 112. *numer.* 19. Gamb. *de pot. leg. lib.* 10. *numer* 239. *&* 240. Salas *de leg. disp.* 20. *sect.* 10. §. 1. *numer.* 91. Joan. Valerius *diff. utr. fori diff.* 9. *numer.* 2. *verbo dispensatio.* Menoch. *cons.* 478. *num.* 29. *tom.* 5. Farinacc. *lib.* 1. *cons.*
82 *crim. cons.* 93. *num.* 8. Cum concessio Principis non debeat esse elusoria *capit. Olim* 16. *de verb. significat.*
83 Et in quacumque dispositione Mundi interpretatio sumenda sit, ut actus magis valeat, quàm pereat, *capit. Abbate* 25. *de verb. significat.* Rubeus *dec.* 485. *numer.* 6. *tom.* 2. Sperell. *decis.* 28. *numer.* 61. Gonzalez *ad regul.* 8. Cancell. *Gloss.* 4. *numer.* 133. Caputaquensis *decis.* 149. *numer.* 2. *part. prim.* Illud au-
84 tem, quod venit in necessariam consequentiam, trahitur à principali, etiam contra naturam suam *l. Papinian.* §. *Si ex caus. ff. de inoff. testam.* Gambara *l. c. num.* 236.

Hinc primò infertur, quòd si dispensetur cum ali- 85
quo, v. g. super pluralitate Beneficiorum, consequenter intelligetur dispensatus, ut non teneatur residere in utroque; Mandosius *regula* 20. *quæst.* 7. *numer.* 3. Gamb. *d. lib.* 20. *num.* 230. Sanchez *lib.* 8. *disp. prim. num.* 19. Sperell. *dec.* 112. *num.* 22. Joannes Valerius *differ. utr. for. verbo disp. dict. differ.* 9. *vers. tertia limitatio.*

Secundò Inferimus, quod si quis dispensetur, ut 86
possit contrahere matrimonium cum consanguinea in tertio, seu altero gradu, illa etiam consequenter dispensata erit ad contrahendum cum ipso consanguineo, *Gloss. in capit. Si quis in Clero* 7. *quæst.* 2. *Genuensis in Praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitan. capit.* 20. *numer.* 7. Gamb. *l. c. numer.* 233. In Floribus *lib.* 4. *decis.* 18. aliàs dispensatio redderetur illusoria.

Tertiò, Si Subdiaconus dispensetur, ut mutato ha- 87
bitu possit ducere Uxorem, censebitur etiam dispensatus à recitatione Divini Officii, quia obligatio recitandi Officium non videtur annexa Characteri præcisè, sed statui Subdiaconi; Unde, cum per matrimonii contractum ex dispensatione legitime Subdiaconus mutet statum, & indutus sæcularibus vestibus ad statum incompatibilem transeat, in quo munus Subdiaconi exercere non potest, nec privilegiis Subdiaconi frui, & amittat etiam, si quæ habebat, Beneficia, consequenter probabilius censeri debet, ut sic dispensatus non teneatur Divinum Officium recitare, quæ obligatio stat, ut diximus, inseparabiliter connexa statui Subdiaconi; Idque eo maxime procedit, quia grave onus esset homini, rei familiari, & uxoriæ vacanti, habere hanc obligationem; Ita docent Sanchez *de matrim. lib.* 8. *dispens.* 8. *numer.* 11. Riccius *in collect. decis. collect.* 908. *part.* 3. Merolla *l. c. numer.* 33. & faciunt dicta per Augustinum Barbosa *de Jure Eccles. univ. lib.* 3. *capit.* 7. *num.* 27.

Quartò, Si minor 25. annis dispensetur, ut obti- 88
nere possit Parochialem Ecclesiam, censebitur consequenter dispensatus, ut non faciat se promoveri intra annum; aliàs dispensatio esset inutilis, propter vacationem Ecclesiæ, quæ lapso anno sequeretur; Gamb. *d. lib.* 10. *num.* 233. Sanchez *lib.* 8. *disp. prim. d. num.* 19. Sperellius *d. decis.* 112. *num.* 23. Sic pariter dato, quod Papa dispenset super matrimonio prohibito de Jure positivo, censetur etiam absolvere ab excommunicatione incursa per contrahentes scienter in Gradu prohibito; Tuschus *conclus.* 477. *numer.* 8.

Quintò, Si quis dispensetur ad pensiones Eccle- 89
siasticas, non obstante Bigamia incurrenda, censebitur etiam dispensatus, ut retinere possit privilegium Clericale tanquam inseparabiliter connexum: Rota *decis.* 450. *numer.* 19. *part.* 5. *recent.* Sperell. *l. c. numer.* 25.

Sextò, Sic pariter si Illegitimus dispensetur ad Cle- 90
ricatum, censebitur ob id capax obtinendæ pensionis; Seraph. *dec.* 1264. *n.* 2. Lotherius *de re benef. lib. pr. quæst.* 40. *num.* 143. Imo in consequutione hujusmodi pensionis, attenta d. dispensatione facta, non te- 91
nebitur de Natalium defectu mentionem facere, ut bene docet Lotherius *l. c. n.* 144. licet si dictum Beneficium per hujusmodi dispensationem obtentum velit postea permutare, teneatur de Natalium defectu 92
facere mentionem, ut idem Lotherius *lib.* 2. *quæst.* 48. *num.* 22.

Septimò, dispensatus insuper ad Sacerdotium, cen- 93
sebitur dispensatus ad Ordines inferiores, sine quibus non potest ad Sacerdotium promoveri, quia concesso toto, partes etiam concessæ videntur: Gambara *numer.* 230. Sanchez *numer.* 35. & Sperell. *numer.* 15. *ll. cc.* Ratio prædictorum est, quia dispensatio extendi debet ad ea, quæ inseparabiliter connexa sunt.

Octavò, Consimili ratione si à Papa concedatur 94
Episcopo, seu Monacho facultas testandi, poterit sic
dispen-

dispensatus uno Testamento condito, illud annullare, & aliud conficere usque ad mortem, *l. si quis ff. de legib.* Sanchez *libr.* 8 *disp. prim. numer.* 18. Pontius *l. c. num.* 4. Coninck *disp.* 33. *dub.* 2. *num.* 18. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 42. *vers. Hinc infertur, &c.* Merolla *dicto dub. prim. num.* 20. Quicquid in contrarium sentiant alii, quos refert Sanchez *l. c. num.* 17.

95 Secundò limitatur dicta conclusio; itaut dispensatio, nec sit stricte interpretanda, quando est in privato statuto, aut consuetudine Populi, quæ erant Juri communi contraria, quia tunc cum reducat ad Jus commune, est favorabilis, & amplianda; Sylvest. *verb. Privilegium, quæst.* 3. Sanchez *l. c. numer.* 12. Pontius *lib.* 8. *capit.* 21. *numer.* 4. Merolla *loc. citat. numer.* 16. Salas *de leg. dispens.* 20. *sect.* 10. §. 1. *numer.* 90. & 91. Et sic pariter, & eò magis, quando ea Dispensatio reducit ad Jus, & statum naturalem; ut si quis legitimè natus, & habilis ad quæcumque Beneficia, post ingressum in Religionem dispensetur ad Beneficia; quia, cum eo casu reducat dispensatum ad Jus primævum, est ea dispensatio favorabilis; Tusch. *conclus.* 463. *numer.* 5. *littera D.*

96 Hac ratione nonnulli existimant matrimonialem dispensationem esse favorabilem, & late interpretandam, quia amovendo impedimentum reducit ad Jus naturæ; ita Gamb. *de Offic. Potestate Legati lib.* 10. *num.* 262. Tuschus *conclus.* 465. *num.* 15. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resolut.* 33. Vera Crux *prima part. Speculi artic.* 44. Merolla *tomo* 2. *disp.* 4. *capit.* 6. *numer.* 28. & plures alii, quos refert, & meritò rejicit Sanchez *lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 30. Horum tamen Doctrina mihi non probatur, imo contrarium constat ex Cap. *Si cui nulla* 36. *præbend. in* 6. quia cum simus in odiosis, & nulla Lege, seu Canone decernatur hujusmodi dispensationem esse favorabilem, eaque fiat cum

97 expressis Personis, non est dubitandum, quin stricte interpretanda sit, perinde ac de aliis Dispensationibus diximus, quod idem bene docent Sanchez *dict. disp. prim. num.* 30. Gutierez *Canon. QQ. l.* 2. *c.* 15. *n.* 127. Pirrhus Corrad. *in praxi dispensat. l.* 7. *cap.* 6. *num.* 77. *& alii.*

98 Tertiò limitatur, quando dispensatio est inserta in corpore Juris; cum etenim tunc sit lex omnibus communiter favens, debet extendi ad omnes eos casus, in quibus eadem, vel major ratio militat: Sanchez *num.* 7. Merolla *num.* 11. *ll. cc.* Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 32. Salas *de leg. disp.* 20. *sect.* 10. §. 1. *num.* 90. Bossius *de triplici Jubilæi Privileg. sect.* 1. *casu* 10. *numer.* 211. Tusch. *conclus.* 465. *numer.* 11. *littera D.* Qua ratione.

99 Infertur facultatem Episcopis concessam per Concilium Tridentinum *sess.* 24. *de reformat. capit.* 6. ut dispensare possint in omnibus casibus occultis, non deductis ad forum contentiosum, excepta irregularitate ex homicidio voluntario proveniente, extendi ad Capitulum Sede Vacante, & alios Prælatos inferiores habentes Jurisdictionem quasi Episcopalem, ut, pluribus citatis, docent Sanch. *lib.* 8. *disp.* 2. *numer.* 10. *& num.* 12. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *capit.* 6. *dub.* 2. *num.* 132. quia cum sit inserta in corpore Ju-

100 ris, hoc est in Concilio Tridentino, quod Jus commune facit: Sanchez *l. c. num.* 12. & competat Episcopo Jure Ordinario, debet late interpretari, itaut competat non solùm ipsi Episcopo, sed & Capi-

101 tulo, quod in Jurisdictione Ordinaria Episcopi succedit, Fœlinus *in cap. Eam te de rescript. numer.* 17. Sanchez *l. c. num.* 11. Donatus Antonius de Marinis *Res. Quotid. cap.* 105. *num.* 18. imo nec solum Capitulo Sede Vacante competit, sed competit etiam aliis inferioribus Prælatis habentibus Jurisdictionem quasi Episcopalem; si etenim facultas dispensandi delegata, est latè interpretanda, ut diximus, quanto magis hæc, quæ non Jure delegato, sed Ordinario competit? Vide Sanchez *lib.* 2. *dispens.* 40. *numer.* 14. *& lib.* 8. *dispens.* 2. *num.* 10. Barbosa *de Offic. & potestat. Episcopi allegat.* 35. *numer.* 15. Merolla *l. c. numer.* 133. Amplia, ut non solum com-

102 petat hæc facultas d. Capitulo, & aliis inferioribus Prælatis, ut diximus, sed competat etiam superioribus Religionum ex Brevi speciali Pii V. quod refert Emmanuel *Quæst. Regular. tom. prim. quæst.* 61. *artic.* 9. & de eo meminit Sanchez *loc. citat. numer.* 13.

Quartò; Nec ita stricte est accipienda dispensa- 103
tio, si dispensans, quamvis ad partis instantiam concedat, declaret se motu proprio concedere; tunc enim late extenderetur quantum propria Verborum significatio patitur; non tamen ultra ipsorum Verborum naturam, Sanch. *lib.* 8. *disp. prim. num.* 5. *in fine*; Garg. *de benef. part. prim. d. cap.* 6. *num.* 64. Merolla *l. c. num.* 7. Gamb. *d. lib.* 10. *num.* 281. Pirrhus Corrad. *in praxi disp. apost. d. cap.* 5. *num.* 31. Ratio est, quia tunc est mera gratia, & liberalitas Princi-
pis; ultra quam quod hoc casu inest præsumptio Ju- 104
ris, & de Jure, quod in hujusmodi dispensatione fuerit justa dispensandi causa; sic inter alios docent Sanchez *lib.* 8. *dispens.* 17. *numer.* 14. & Paulus Layman. *Theolog. moral. libr. prim. tractat.* 4. *capit.* 22. *numer.* 12.

Quintò limitatur, quando dispensatio versatur cir- 105
ca materiam Juris communis, quia tunc debet juxta illud intelligi, unde quod diximus num. 2. de licentia concessa Episcopo, seu Monacho testandi, debet extendi non solum, ut posset testamentum conficere, & illud cassare, & aliud condere usque ad mortem, ut *dict. num.* 92. *diximus*, sed extendi etiam debet ita, ut quamvis ante impetrationem hujusmodi licentiæ jam fuisset conditum, adhuc validum sit, quia vires sumit tempore mortis Testato- 106
ris, unde etiam hoc casu d. licentia suffragabitur *l. si quis filio exhæredato* §. *irritum ff. de Injust. rupt. test.* Sanchez *num.* 9. Pirrhus Corrad. *num.* 32. & Merolla *num.* 12. *ll. cc.*

Sextò limitatur si dispensatio toti communitati, 107
seu Religioni fuisset in perpetuum concessa, quia tunc æquatur Legi, & habetur perinde, ac esset in corpore Juris clausa. Suarez *de leg. lib.* 8. *capit.* 27. *numer.* 7. Salas *de legib. disp.* 20. *sect.* 10. §. 1. *num.* 91. Sanchez *num.* 13. & Pontius *num.* 4. *ll. cc.* Angelus Marin. Verricellius *de missionib. Apostolicis, quæst.* 98. *num.* 121.

Septimò limitatur, dum dispensatio debita esset, 108
eo quòd Princeps, seu Prælatus teneretur eo casu occurrente dispensare, quia tunc potius est favor debitus causæ, & Beneficium Juris, & consequenter est hujusmodi dispensatio dilatanda; Gamb. *d. l.* 10. *à n.* 274. Sanchez *n.* 15. Pontius *n.* 4. Merolla *nu.* 18. Salas *n.* 91. *ll. cc.*

Quando autem teneatur Prælatus dispensare, dixi-
mus *c.* 1. *à n.* 46.

Octavò limitatur, itaut dicta stricta interpretatio non habeat locum in dispensationibus favorabilibus, ut si ageretur de publico favore Religionis, vel Ani- 109
mæ: Sanchez *lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 33. *circa medium*; Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 11. Stephanus à S. Gregorio *de Vinculis Divinæ Piet. cap.* 112. *num.* 3. *lib.* 3. Sperell. *dec.* 12. *num.* 32. Verricellius *l. c.* favor namque Publicus, favor Religionis, & favor Animæ à pari procedunt; Gamb. *d. lib.* 10. *num.* 282. Fœlin. *capit. Postulasti de rescript.* per dictum Gamb. *citatus.* Et in conflictu opinionum ea semper præfe- 110
renda est, quæ pietati favet, Religioni, & Animæ, ut eviteretur peccatum; Azorius *part. prim. lib.* 4. *capit.* 11. *quæst.* 4. *littera D.* Paris. *de resignat. lib.* 11. *tom.* 2. *quæst* 3. *numer.* 66. Diana *part.* 1. *tract.* 4. *resol.* 1. *& tractat.* 13. *resol.* 1. Et omnis dispositio, 111
quamvis pœnam continens, dicitur favorabilis, ubi generalis statuentis finis est favor Publicus; Joannes Angelus Bossius *de Matrimonii contract. cap.* 11. *numer.* 251.

Nonò limitatur, itaut nec stricte interpretari de- 112
beant dispensationes, quando casus *ipse*, in quo dispensatur, expressam continet dictæ Concessionis rationem; quia ubi eadem reperitur ratio, non dicitur propriè extensio, sed declaratio, qua declaratur 113
ipsum casum includi ex tacita dispensantis mente; Sanchez *d. dispens.* 1. *num.* 34. Stephanus à S. Gregorio *loc. citat.* Paris. *de confid. quæst.* 42. *num.* 26. Lo-

therius

therius *de re benef. lib. 2. quæst. 48. num. 198.* Joannes Valerius *differ. utr. fori, verbo dispensatio, differ. 9. vers. Inter alias*; Pirrhus Corradus *dict. capit. 5. num. 23.*

114 Decimò limitatur, quando minus est inclusum, ut pars, vel, ut quid inseparabile, in majori, quia tunc concesso toto, partes etiam concessæ videntur; Sanchez *lib. 8. disp. 1. num. 35.* Diana *part. 8. tract. 3. resol. 41. vers. Limitanda;* Pontius *l. 8. cap. 21. nu. 7.* Stephanus à S. Gregorio *d. cap. 112. n. 3.* Pirrhus Corrad. *d. cap. 5. n. 20.*

115 Hæc Doctrina exemplificari potest pluribus casibus. Si dispensatio concederetur ad Sacerdotium, ut diximus, poterit promoveri etiam ad alios Ordines Minores, sine quibus non posset ad Sacerdotium ascendere.

116 Simili modo, si Episcopo, seu Monacho concessa fuerit facultas testandi, intelligetur etiam concessa facultas condendi Codicillos, & donandi causa mortis, quia hæ sunt partes ultimæ voluntatis: *l. Marcellus ff. de donat. caus. mortis*; Mandos. *de signatura gratiæ, verbo licentia testandi*; Sanchez *loc. citat. numer. 36.* Diana *part. 8. tract. 3. resol. 32. vers. Infertur primo*; Joannes Valerus *differ. utr. fori, verbo dispens. diff. 9. n. 2.*

117 Sic pariter si quis obtinuisset dispensationem à Voto Castitatis, cum revera fuisset solummodo, Votum non nubendi, aut non fornicandi, valebit dispensatio, quia hæc comprehenduntur in illo, Diana *d. tr. 3. resol. 66.*

118 Si quis etiam haberet Votum Ordinis Sacri, & peteret dispensari super Voto non ineundi matrimonium, valebit dispensatio, quia Votum Ordinis Sacri obligat ad non contrahendum matrimonium, & ad aliquid amplius, ut bene Sanchez *Oper. mor. l. 4. c. 47. num. 29.* Diana *l. c.*

119 Quamvis aliter esset, si Votum, super quo petita fuisset dispensatio, esset non fornicandi, & diceretur esse Ordinis Sacri suscipiendi; tunc enim nulla, & invalida esset dispensatio, quia istud non obligat ad non fornicandum. Et proinde Votum non fornicandi non includitur in d. dispensatione, ut bene animadvertunt Sanchez, & Diana *ll. cc.*

120 Si quis insuper dispensaretur super Gradu majori, v. g. Tertio consanguinitatis, vel affinitatis, & impedimentum esset inferioris Gradus, sed ejusdem speciei, valida erit dispensatio, quia ille Gradus inferior virtualiter includitur in d. superiori, dummodo sit ejusdem speciei, ut diximus; sic Sanchez *de matrimonio libr. 8. dispens. 24. numer. 17.* Bonac. *de leg. dispens. 1. quæst. 2. punct. 5. num. 15.* Barbosa *in Votis Canon. lib. 2. voto 8. numer. 22. & 23.* Filiuccius *tom. 1. tract. 10. part. 2. capit. 10. quæst. 17. numer. 327.* Sperell. *decis. 112. numer. 16.* & nos diximus *capit. 4.*

121 Ob eandem etiam rationem, si alicui concederetur facultas edendi carnem, censebitur etiam concessa facultas edendi lac, caseum, & ova; Sanchez *lib. 8. disp. 2. num. 39.* Joannes Valerus *loc. citat. numer. 2.* Merolla *num. 72. loc. citat.* Pirrhus Corrad. *d. cap. 5. num. 22.* Quia cum hæc sementinam originem à carnibus trahant, sublata principali prohibitione, censebitur etiam sublata accessoria. Unde tex-

122 tus *in capit. per Venerab. 13. Qui filii sint legitimi*, qui annuere videtur, ut si quando non reperiatur casus ad dispensationem expressus, debeamus ad consimiles confugere, ita intelligi debet, ut procedat in casibus minoribus annexis, vel inclusis in majoribus, non autem in separatis, ut bene animadvertit Pirrhus Corrad. *l. c. n. 24.*

123 Undecimò limitatur, itaut dispensatio stricte interpretari non debeat in casibus à Jure æquiparatis; v. g. Clericus dispensatur, ut possit fructus sui Beneficii in absentia percipere, ratione studii Theologiæ, valida erit dispensatio, si Jus Canonicum audiat; quia hæ scientiæ sunt in Jure æquiparatæ; sic Diana *part. 8. tract. 3. resol. 41. vers. limitanda*; Merolla *loc. citat. num. 68.* unde in his, quæ sunt Jure æquiparata, quod dicitur de uno, dicitur de alio; Lælius Altogradi *cons. 9. num. 52. l. 1.*

Duodecimò limitatur tandem ita, ut dispensatio 124
sit latè interpretanda, dum ipsa dispensatio inducitur non ab homine, sed âb ipso Canone, seu Lege, per ea, quæ diximus *numer. 95.* & docent Sanchez *loc. cit. num. 36.* Merolla *d. dub. 1. num. 68.* Diana *loc. cit.*

His itaque præmissis tanquam regulis generalibus pro quibuscumque dispensationibus, est quod nunc ad Matrimoniales calamum dirigamus, & primò ad praxim eas in Romana Curia impetrandi descendamus.

CAPUT III.

Praxis impetrandi Matrimoniales Dispensationes in Romana Curia.

SUMMARIUM.

1 *Pro omnibus Matrimonialibus Dispensationibus, quæ à Summo Pontifice conceduntur, porrigitur Supplicatio.*

2 *Supplicatio ipsa Latino sermone conficitur, qui, tanquam cæteris dignior ab omnibus Nationibus intelligitur.*

3 *Lingua Latina est propria, naturalis, & Romanorum materna.*

4 *Roma est Patria Communis.*

5 *Lingua Latina, uti, naturalis, & communis, attendi debet.*

6 *Confecta supplicatione, porrigitur D. Datario, & revidetur ab Officialibus deputatis, à quibus in Calce d. Supplicationis apponitur Summarium, illudque per D. Datarium legi solet, vel Summo Pontifici referri, qui ipsam Supplicationem signat, & postmodum revidetur ab Officiali super Compositionibus præposito, & solvitur ibi Compositio, si in casu, de quo agitur, solvenda sit.*

7 *Supplicatio revertitur ad D. Datarium, ut apponat Datam, post cujus appositionem, consignatur Officiali de Missis nuncupato, qui ab ea Parvam Datam, & Summarium aufert; & deindè supplicatio mittitur ad Registrum, & cum sit ibi Registrata, & ab ipsis Registri Magistris auscultata, mittitur in Cancellariam, ubi postea super concessa Gratia expediantur literæ Apostolicæ.*

8 *Pro construendis, limitandis, & ad debitam formam reducendis Literis Apostolicis Summus Pontifex deputat in Cancellaria Apostolica DD. Abbreviatores majoris præsidentiæ.*

9 *Adsunt in Cancellaria Apostolica alii Officiales Deputati pro earumdem literarum revisione.*

10 *Per constitutionem Sixti IV. quæ incipit:* Divina, &c. *fuit institutum, seu potius innovatum Collegium DD. Abbreviatorum, & ordinatum, ut in Cancellaria sint (ultra alios Officiales) num. 72. Abbreviatores, & ex his duodecim præsidentes de Parco majori; Viginti duo de Parco minori; Reliqui vero examinantes in prima visione.*

11 *Aliquando Literæ expediuntur per Cameram, & viam secretam pro Cardinalibus, vel aliis Personis Qualificatis; & tunc non transeunt per manus Abbreviatorum, sed per manus summatoris.*

12 *Officium summatoris quale sit.*

13 *Pro Matrimonialibus unicus Officialis est Deputatus.*

14 *Matrimoniales dispensationes, aliæ expediuntur per Officium minoris Gratiæ, seu Datariam; aliæ per Secretariam Brevium; & aliæ per Officium S. Pœnitentiariæ.*

15 *In Dataria expediuntur omnes dispensationes, quæ petuntur in gradibus remotioribus, ut in quarto, seu tertio, & quarto.*

16 *Per Cancellariam expediuntur Literæ in Gradibus pro-*

propinquis, non tamen in propinquioribus, & sic ibi expediuntur dispensationes in tertio Gradu; ac secundo, & tertio.

17 In propinquioribus Gradibus, ut primo affinitatis, vel primo, ac secundo tam consanguinitatis, quam affinitatis, vel in secundo tantum, vel in primo, & tertio, seu in primo, ac quarto, expediuntur per præfecturam brevium, & sub Anulo piscatoris.

18 Quando impedimenta, super quibus petitur dispensatio, sunt occulta, potest pro ipsis occultis peti dispensatio à Sacra pœnitentiaria.

19 Si plura sint impedimenta, ex quibus aliqua sint Publica, & cætera Occulta potest pro Publicis peti dispensatio in Dataria, seu Cancellaria; & pro Occultis in Sacra Pœnitentiaria, ubi debent exprimi non solum ipsa Occulta, sed etiam Publica.

20 Quomodo eo casu sit exprimendum Sacræ Pœnitentiariæ.

21 Major pœnitentiarius in impedimentis occultis gerit Vices Pontificis.

22 Antiquo tempore, & usque ad annum quartum Pontificatus Pii V. pleraque dispensationes matrimoniales transibant per Officium S. Pœnitentiariæ sub nomine majoris pœnitentiarii; sed d. Pontifex transtulit hujusmodi Officium in Cancellariam Apostolicam, à quo tempore Officium minoris gratiæ fuit dictum.

23 Tenor dictæ constitutionis Pii V. proponitur.

24 Expedita supplicatione super dispensatione, conficiuntur literæ.

25 An ad valorem Gratiæ Literæ necessariæ sint, proponitur opinio negans.

26 In solo Verbo, seu Rescripto Papæ Gratia perficitur.

27 In lingua Principis stat gratia, in scriptura testimonium, in exequutione commodum, & in literis exequibilitas.

28 Nulla verba sunt Jure præscripta ad dispensandum, sed sufficit sive verbo, sive facto deducatur animus in dispensante.

29 Gratia dicitur perfecta ex sola signatura.

30 Quando gratia obtinetur ad supplicationem partis, valida est, non expectatis literis de gratia fidem facientibus.

31 Refertur opinio affirmans gratiam non suffragari literis non expeditis.

32 Regulæ Cancellariæ Apostolicæ sunt universales leges, nec per quancumque generalem derogationem, quantumvis prægnantem, & amplam, censetur illis derogatum.

33 Literæ Apostolicæ sunt necessario extrahendæ, sine quibus gratia non suffragatur; quia DD. Abbreviatores, & alii Officiales, ad quos spectat literarum Apostolicarum expeditio, interpretantur, & limitant gratiam à Papa factam secundum regulas Cancellariæ, quas propterea Summus Pontifex ipsis Officialibus tradit.

34 Cancellaria Apostolica est Organum Mentis, & Vocis Papæ.

35 Quod facit Cancellaria, ipsemet Papa facere videtur.

36 Et dicitur factum in Consistorio Papæ.

37 Gratia ante confectionem literarum dicitur informis, & rudis.

38 Juribus Officialium Romanæ Curiæ Papa numquam intendit præjudicare.

39 Omnis gratia concessa videtur sub quadam tacita conditione, nempe si literæ expediantur.

40 Antequam literæ conficiantur, gratia æquiparatur homini adhuc clauso in utero Matris, qui licet in his, quæ ejus favorem concernunt, inter humanas res reputetur, ad alios tamen effectus non prodest.

41 Statim ac literæ expediuntur, gratia à puncto concessionis suffragatur, etiamsi, mortuo interim Papa, qui eam concessit, literæ à successore expediantur in forma Rationi congruit.

42 Conciliantur dictæ Opiniones.

43 Gratia sumit quidem principium suum ex Rescripto, sed perfectionem, atque ipsum Ens habet in literis.

44 Si provisus à Papa de Beneficio ante literarum expeditionem possessionem capiat, non facit fructus suos, & tanquam intrusus tenetur in conscientia illos restituere, quamvis etiam nemo se opposuerit.

45 Collatio Beneficii non potest probari testibus, quia literæ necessariæ sunt.

46 Gratia Papæ non potest probari testibus.

47 Si Papa dispenset, ut Oratores possint, non obstante impedimento dirimenti, inter Matrimonium contrahere, Gratia valebit; sed non suffragabitur eis, itaut, si velint Matrimonium contrahere, necessaria sit literarum expeditio.

48 Dispensatio, sive facta sit in forma commissaria, sive gratiosa, sive etiam in foro conscientiæ, non suffragabitur non expeditis literis.

49 In Gratiæ concessione tacita conditio inest, si literæ expediantur.

50 Quicquid fuerit tempore antiquo, pro conscientiæ foro, circa expeditionem literarum, cum tamen à tempore Pii V. fuerit declaratum, quod Dispensatio non suffragetur, nisi literis expeditis, & fuerint addita verba In Judicio, nec extra, non videtur, quod absque literarum expeditione, etiam pro foro conscientiæ, sint tuti Dispensationem Impetrantes.

51 Ad impetrandam Dispensationem nomine alterius non requiritur scientia, vel mandatum ejus, pro quo impetratur.

52 Non refert à quo sit impetratum privilegium, dummodo à Principe concessum.

53 Ad hoc, ut Dispensatio prosit illi, cui impetrata est, oportet, ut acceptetur ab eo.

54 Gratia Dispensationis collata censetur, quatenus Dispensatus velit ea uti.

55 Nemo præsumitur jactare suum.

56 Dispensatio præsumitur impetrata pro eo, qui expensas expeditionis sustinuit.

57 Ad hoc ut Dispensatus possit licite, & valide contra Legem Generalem operari, necessaria est notitia factæ Dispensationis, alias non proderit in usu, & exercitio ejus.

58 Amplia, ut dicta Doctrina vera sit, etiam eo casu, pro existente inter Conjuges impedimento dirimente, quod utrumque Conjugem afficeret, ab altero Conjugum, absque alterius scientia, impetrata fuisset Dispensatio.

59 Si impedimentum, super quo impetrata fuit Dispensatio, non afficeret utrumque Conjugem, Dispensatio illi soli suffragatur, qui est impeditus.

60 Notitia obtentæ Dispensationis est adeo necessaria ad effectum, ut possit Dispensatus ea uti, ut si ante ipsius Dispensationis notitiam Matrimonium ab impeditis contraheretur, nullum esset, & irritum, quamvis vere impetrata fuisset Dispensatio.

61 Non est præsumendum, quod Superior velit Subditum à legis obligatione eximere, nisi quando tuta conscientia, & absque peccato possit contra illam agere.

62 Ante notitiam Dispensationis lex saltem in Subditi conscientia suam vim obligandi obtinet.

63 Si Impediti obtenta Dispensatione, sed ante illius notitiam se carnaliter cognoscerent, esset perinde, ac si absque Dispensatione se carnaliter cognoscerent.

64 Quomodò succurri possit Oratoribus, si literæ Commissionis Delegato factæ, antequam exequutæ sint, deperdantur.

65 Formula literarum, quæ in forma, Vidimus per D. Auditorem Cameræ fiunt, pro Matrimonialibus Dispensationibus.

66 Dictæ Literæ cum parva expensa expediuntur, cum Oratores jam solverint Taxas, & Impensas.

67 Quid si literæ fuissent jam Exequutori præsentatæ, & in processu informativo registratæ, & postea deperditæ.

68 Ta-

68 *Taxæ, quæ in Cancellaria Apostolica pro Matrimonialibus Dispensationibus solvuntur, sunt duplicis generis; aliæ vocantur Taxæ, & aliæ Regaliæ, & quomodo, ac quibus solvantur.*

69 *Expensæ, quæ erogantur Officialibus Cancellariæ, quamvis ob aliquem defectum corrigendæ, seu reficiendæ sint, literæ non restituuntur, nec compensantur in nova literarum expeditione.*

70 *A quibus supportari debeant expensæ pro Dispensationibus Matrimonialibus.*

71 *Quid si quis, post obtentam communi consensu Dispensationem, injuste renuat Matrimonium contrahere.*

72 *Quid si juste renuat, sed sine alterius culpa.*

73 *Quid, si quis ob alterius culpam, & justam sibi datam resiliendi causam, renuat.*

74 *Si Sponsa fornicata esset ante Matrimonii promissionem, & deinde post obtentam Dispensationem, alter, fornicatione detecta, resilire vellet, non videtur illam debere integras expensas sufferre*

75 *Sponsus, quamvis post Sponsalia contracta fornicaretur, non videtur præbere Sponsæ justam causam resiliendi, cum nullam honoris jacturam faciat, si huic nubat.*

76 *Quid si post Matrimonii promissionem, culpa unius ex Sponsis induceretur impedimentum.*

77 *Si Sponsus, post defloratam Sponsam Religionem ingrederetur, ad integras Dispensationis expensas teneretur.*

CErtus est, omnibusque Curialibus notus stylus Romanæ Curiæ, quo factum est, ut pro om-
1 nibus Matrimonialibus Dispensationibus, quæ à Summo Pontifice concedun.ur, porrigatur Supplicatio, quæ propterea à peritis viris, illam solita methodo conficere scientibus, fit, & in ea narratur paucis factum, prout se verè habet, & supplicatur pro Gratia, & Dispensatione, quæ desideratur, Suppli-
2 catio ipsa Latino sermone conficitur, qui tanquam cæteris dignior, ab omnibus intelligitur; cum lin-
3 gua Latina sit propria, Naturalis, & Romanorum materna, teste Mandosio *ad Regul. Cancellariæ Regula* 20. *de Idiomate quæst.* 10. *numer.* 4. & à Latio
4 dicta; Unde Virgilius in princip. Æneidos canit *Genus unde Latinum*; Et cum Roma sit Patria Communis *l. Roma ff. de Municip.* Omnes aliæ linguæ sunt accidentales, & extraneæ; hæc namque uti
5 Naturalis, & Communis attendi debet, *ut per textus in l. Si quis posthumos*; & de ea plura in proposito congerit Gomesius *super dict. Regul. de Idiom.*
6 *quæst.* 1. *numer.* 21. Confecta Supplicatione modo, quo supra, porrigitur D. Datario, & revidetur ab Officialibus Deputatis, à quibus in Calce dictæ supplicationis apponitur Summarium contentorum in ea, illudque per D. Datarium legi solet, vel Summo Pontifici referri, qui ipsam Supplicationem signat, & postmodum revidetur ab Officiali super compositionibus Præposito: & si materia, de qua agitur, compositionem exigat, ibi solvitur, & de-
7 nuo Supplicatio revertitur ad D. Datarium, ut apponat Datam; post cujus appositionem consignatur Officiali de Missis nuncupato, qui ab ea parvam Datam, & Summarium aufert, & deinde supplicatio mittitur ad Registrum; & cum sit ibi registrata, & ab ipsius Registri Magistris auscultata, mittitur in Cancellariam, ubi postea super concessa Gratia expe-
8 diuntur Literæ Apostolicæ, pro quibus construendis, limitandis, & ad debitam formam reducendis Summus Pontifex deputavit in Cancellaria Apostolica DD. Abbreviatores Majoris Præsidentiæ, qui, secundum ipsius Cancellariæ Regulas ab ipso Pontifice editas, seu confirmatas, expediunt, vel denegant Literas, & aliquando etiam eas limitant, vel ampliant, prout juxta tenorem dictarum Literarum mentem Summi Pontificis interpretantur.

9 Adsunt insuper in Cancellaria Apostolica alii Officiales, pro earundem Literarum revisione deputati, unde cum dictæ Literæ per manus plurium Personarum transeant, summa cum maturitate digeruntur,
10 & per constitutionem Sixti IV. quæ incipit *Divina*, sub Datum Romæ apud S. Petrum A. I. D. 1478. Tertio Idus Januarii, Pontificatus sui Anno Nono, fuit institutum, seu potius innovatum Collegium DD. Abbreviatorum, & ordinatum, ut in Cancellaria Apostolica præter alios Officiales esse debeant n. 72. Abbreviatores, & ex his duodecim Præsidentes de Parco majori, viginti duo de Parco minori, reliqui verò examinantes Literas in prima visione; Omnes tamen Abbreviatores nuncupentur, & unum ac idem Collegium insimul constituant.

Aliquando etiam Literæ expediuntur per Cameram, 11
& per Viam secretam pro Cardinalibus, vel aliis Personis qualificatis, & benemeritis, & tunc non transeunt per manus Abbreviatorum, sed per manus Summatoris, cujus Officium est recipere, videre, summa- 12
re, & referre Literas, quæ per Cameram Apostolicam pro tempore expediuntur.

Quamvis autem pro Literis Apostolicis plures Officiales deputati sint, ut diximus, pro Matrimonia- 13
libus tamen Unicus Officialis est Deputatus; Ip- 14
sæ vero Matrimoniales Dispensationes aliæ expediuntur per Officium minoris Gratiæ, seu Datariam; Aliæ per Cancellariam; Aliæ per Secretariam Brevium; Aliæ demum per Officium, seu prætorium Sacræ Pœnitentiariæ. Primo loco expediuntur om- 15
nes Dispensationes, quæ petuntur in Gradibus remotioribus, ut in Quarto, seu Tertio, & Quarto, tam si ab uno communi, quam si ex pluribus, & multiplicatis stipitibus procedant impedimenta. Per Cancellariam expediuntur Literæ in Gradibus propin- 16
quis, non tamen in propinquioribus, & sic ibi expediuntur Dispensationes in Tertio Gradu, ac Secundo, & Tertio, tam ex uno Communi, quam ex pluribus, & diversis Stipitibus, quamvis cum ipsis propinquis Gradibus alii remotiores conjuncti sint; At 17
pro propinquioribus Gradibus, ut Primo Affinitatis, vel primo, ac secundo tam consanguinitatis, quam affinitatis; vel in secundo tantum, vel in primo, & tertio, seu in primo, ac quarto, sive ab uno Communi, sive à pluribus stipitibus procedant, expediuntur per præfecturam Brevium, & sub Anulo piscatoris: Ita se habet Notorius stylus Curiæ, de quo testatur Pyrrhus Corradus *in praxi disp. Apost. lib. 7. capit. 4. num. 6.*

Quando Impedimenta, super quibus Dispensatio 18
petitur, sunt occulta, potest pro ipsis occultis peti dispensatio à Sacra Pœnitentiaria, quæ solet dispensationem committere Confessario, pro foro conscientiæ tantum, cum clausulis, & modificationibus, prout secundum Casuum contingentiam, & diversitatem stylus ipsius pœnitentiariæ exigit, & nos toto cap. 9. dicemus.

Quod si plura Impedimenta concurrant, ex qui- 19
bus aliqua occulta, & reliqua publica sint, tunc pro publicis peti debebit Dispensatio pro utroque foro in Dataria, vel Cancellaria, seu Secretaria, prout proximitas Graduum major, vel minor requiret, secundum ea, quæ supra numer. 14. adnotata fuerunt; pro Occultis verò poterit seorsum peti Dispensatio à d. Sacra pœnitentiaria pro foro con- 20
scientiæ; exponendo ibi, quod ultra Impedimenta occulta, quæ in dict. Prætorio exponuntur, extant alia publica (narrando præcise quot, & quæ sint) super quibus Pontifex vel jam dispensavit, vel proximè dispensaturus est, ad hoc ut major pœni- 21
tentiarius, qui in his, quæ ad ejus Officium pertinent, vicem gerit Summi Pontificis, Gabriel *cons.* 83. *numer.* 73. *tomo primo*, & ab eo pro occultis tantum Impedimentis est deputatus, sciat quot, & quæ sint Impedimenta, super quibus Oratores egent Dispensatione; Hæ verò Dispensationes, quæ à dicto Tribunali emanant, fiunt Gratis, nec pro eis aliqua Taxa, seu Compositio solvitur, ut dicimus *d. cap. 9.*

Quid autem faciendum sit, si post concessam ab ipsa Sacra pœnitentiaria Dispensationem Impedimenta, quæ tunc occulta erant, tractu temporis publicentur, dicemus infra, ubi etiam de qualitatibus, quæ in Confessario, ad dictas Dispensationes faciendas deputato, concurrere debent, & de modo,

qui-

quibus in illis exequendis se gerere debeat, latè agemus.

22 At cum de Sacra Pœnitentiaria mentionem fecerimus, sciendum est, quod antiquo tempore, & usque ad Annum quartum Pontificatus S. Mem. Pii Papæ V. pleræque dispensationes Matrimoniales transibant per Officium Sacræ Pœnitentiariæ, sub nomine Majoris Pœnitentiarii, sed d. Pontifex transtulit hujusmodi Officium in Cancellariam Apostolicam, & illius Officiales; unde à d. tempore non Officium S. Pœnitentiariæ, sed minoris Gratiæ fuit dictum, ut ex Constitutione *propterea* specialiter edita sub datum Romæ apud S. Petrum A. I. D. 1569. quartodecimo Cal. Junii, Pontificatus sui Anno quarto; Quæ constitutio cum contineat, & præscribat modum; & formam in impetratione Matrimonialium dispensationum, & expeditione Literarum super eisdem servandam, operæ pretium duximus, ac valde opportunum hic totum illius tenorem subnectere; ex cujus lectione unusquisque scire poterit totam fere praxim impetrationum hujusmodi dispensationum; & est infrascripti Tenoris.

PIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei; Ad Perpetuam rei Memoriam.

23 *IN earum rerum commutatione, quam magnis suadentibus causis facere compellimur, hoc quoque à nobis sedulo curandum est, ut ille Ministrorum numerus, qui novo Ordine compositio, uno in loco usui esse desiit, in alium magis convenientem commodis rationibus elocetur.*

Cum igitur in Generali Reformatione Officii nostri Pœnitentiariæ, & quam nuper edidimus, inter talia multa duo Officia correctorum, itemque functiones, & exercitia omnium, & singulorum Scriptorum, qui viginti septem, & Procuratorum Literarum d. Pœnitentiariæ, qui viginti quatuor sunt, in prædicto Pœnitentiariæ Officio de Apostolicæ Potestatis plenitudine extinxerimus, & aboleverimus, ac eorundem Scriptorum, & Procuratorum, qui tunc Literarum Pœnitentiariæ erant, rationem aliorsum habituri, eos omnes ab ipso Pœnitentiariæ Officio subduxerimus, quemadmodum Literis nostris desuper confectis plenius continetur.

Nos dictis Officiis Scriptorum, & Procuratorum, eorumque Collegiis novum statum inducere, & quantum in nobis est, singulorum ea obtinentium indemnitati consulere volentes; De simili Potestatis plenitudine, omnia, & singula Officia, & loca Scriptorum, & Procuratorum prædictorum, ipsorumque personas, & Collegia (novo Nomine, & Titulo utriusque indito, & libera concessione, & omnimoda alia dispositione octo officiorum hujusmodi procuratorum majori pœnitentiario) eodem, quo antea, Jure perpetuo remanentes ad Cancellariam Apostolicam transferimus, & cum ea perpetuo conjungimus; itaut quondam Scriptores Literarum pœnitentiariæ, de hinc Scriptores Literarum Apostolicarum minoris gratiæ; alii vero Procuratores Literarum earundem appellentur, & inscribantur.

Quibus concedimus, & assignamus Mensam, seu Bancum utriusque commune in eadem Cancellaria post milites SS. Petri, & Pauli, aut alio ibi loco à Dilecto Filio nostro S. R. E. Vice Cancellario constituendo, ad quem Literæ omnes, hoc de hinc Officio Literarum Minoris gratiæ expediendæ in primis deferantur.

Statuentes ut materiæ, quæ in d. pœnitentiarii Officio proximis ante dictam reformationem temporibus communiter habebantur, & ex ordinatione nostra in summam redactæ sunt, deinceps per nostram, ac Romani Pontificis pro tempore existentis, deputatorumve signaturam fiant. Harum omnium libellos supplices, & item Literarum super eis conficiendarum schedulas, seu minutas soli Procuratores ad d. Cancellariæ stylum conscribant; conscriptas minutas Abbreviatores Literarum Apostolicarum de majori præsidentia in primis examinent, & corrigant; Correctas soli Scriptores hujusmodi Literarum minoris gratiæ describant; ut inde Literæ ipsæ ad Cancellariam prædictam, & defensores, aliosque Præsidentes in banco prædicto deferantur, ibique secundum regulam ad Ritum d. Officii pœnitentiariæ moderandam taxentur; Mox ab abbreviatoribus prædictis instar aliarum in eadem Cancellaria recognitæ, & ad Supplicationem collatæ, ad Bullariam mittantur, subjectoque plumbo protinus à Sigillatore dicti Officii pœnitentiariæ capiantur, qui taxa ad præscriptum nostrum recepta, eas per descriptores ad id assumendo, juxta nostras super hoc Ordinationes regestari, & regestatas ad exemplum, ut in aliis moris est, conferre; denique singulis Literis prædictis omnem impensam per Verbum, Exposuit, uti Literis officii pœnitentiariæ prædictæ moris erat, subscribere, idque etiam in Regesto prædicto adnotare procuret;

Percipiendorum autem à quoquam fructuum, & emolumentorum suorum ea ratio esse debeat, ut finito mense in primis salaria eorum omnium, qui ad mensam prædictam defensores, & alio munere Scriptoribus, & Procuratoribus Literarum minoris Gratiæ hujusmodi constituantur, & solvantur. Demum Procuratores, & Scriptores suam quisque portionem viritim per sua Collegia, ut antea, distribuendam capiant; Regens vero d. Cancellariæ, & Abbreviatores prædicti pro laboribus, illud idem de singulis expeditionibus, quod olim prædicti duo Correctores, & stipendium, & emolumentum libere, & licite percipiant; Cætera item Salaria, & emolumenta in plumbo, & utroque Regesto videlicet Supplicationum, & Literarum prædictarum, & alibi necessaria, juxta Ordinationes nostras prædictas, capiantur; De Taxa vero à d. Sigillatore capienda, stipendia Regentis, Datarii, Correctoris, Theologi Doctoris, Procuratorum, Scriptorum, Sigillatoris, cæterorumque Ministrorum officii pœnitentiariæ; Item impensæ omnes etiam pro charta, atramento, cera, capsula, cordulis, & alia quomodocumque ad expeditionem Literarum d. pœnitentiariæ necessaria, quam gratis ubique fieri, & concedi jam præcepimus, ante omnia desumantur, & singulis persolvantur; Quod vero, his omnibus omnino deductis, & persolutis, reliquum erit, majoris pœnitentiarii prædicti esse debeat.

Ad hæc quoque prædictus Sigillator curam habeat prædictas Supplicationes è manu Datarii recipiendi, & per alios ad id ordinandos describendi, in Regestum ab altero distinctum referendi, & utrumque fideliter custodiendi. Cæterum nullæ omnino Supplicationes super hujusmodi materiis signandæ inter Abbreviatores prædictos distribuantur, neque cuipiam relinquantur, neque super iis sumpta, aliave exempla ex Regestis describantur, etiam postquam Literæ Apostolicæ super illis expeditæ, & partibus eas prosequentibus redditæ fuerint, sed Supplicationes ipsæ apud Regestum prædictum sub Cura d. Sigillatoris, qui pariter ipsi Regesto præfectus sit, fideliter custodiantur. Præcipimus igitur, atque interdicimus Abbreviatoribus, Scriptoribus, Procuratoribus, cæterisque dictis tam conjunctim, quam divisim, ne quid vel minimum, etiam sponte oblatum à partibus sibi pro expeditionis maturatione, sive alio extraordinario labore capiant, aut à famulis, aliisve personis capere permittant, sed suis quisque Taxis, & stipendiis, uti constituta sunt, contenti esse debeant; Quicumque secus fecerint, præter illas Censuras, & pœnas, quæ in talia perpetrantes impositæ sunt, suorum Officiorum privationem incurrant, & ad futura inhabiles, ac etiam infames censeantur, uti nos illis privatos, & infames declaramus eo ipso; & nihilominus mandamus prædicto Vice Cancellario, & Abbreviatoribus, necnon Rescribendario, & Scriptoribus Apostolicis, cæterisque, ad quos pertinet, tam conjunctim, quam divisim, ut Scriptores, & Procuratores prædictos, eorumque singulos, sic cum universo Corpore prædicto conjunctos fraterna charitate prosequantur, & ad hujusmodi Officia, ipsorumque liberum exercitium, necnon honores, onera, & emolumenta omnia recipiant, & admittant, ac faciant prædicta omnia, & singula probabiliter observari; non permittentes quemquam contra præsentium tenorem quomodolibet impediri; Rursus

ſus ejuſdem Scriptoribus, & Procuratoribus ſic cooptatis, & adſcriptis, ut prædicto Vice Cancellario, tanquam Capiti, aliorum d. Cameræ Collegiorum inſtar, obediant, & obſequantur. Non obſtantibus de certo Scriptorum Literarum Apoſtolicarum numero, & aliis eorum, ad d. Cancellariæ ſtatutis, Stylo, Inſtitutione, Conſuetudinibus, Stabilimentis, & Reformationibus quantocumque tempore obſervatis, ac etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliaroboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam noſtræ Translationis, conjunctionis, ſtatuti, præcepti, interdicti, declarationis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſo temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum A. I. D. 1569. Quartodecimo Calendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Cæſar Glorierius.

H. Cumin.

24 Expedita igitur Supplicatione ſuper Diſpenſatione, ut moris eſt, conficiuntur Literæ Apoſtolicæ, juxta ipſius Diſpenſationis qualitatem; quarum tenor infra erit regiſtratus, ubi de præcipuis ipſarum Clauſulis agemus.

25 Hæ autem Literæ an neceſſariæ ſint ad valorem Gratiæ, variæ ſunt opiniones. Prima eſt communior tam Canoniſtarum, quam Theologorum, & Summiſtarum docentium, non requiri ad valorem Gratiæ Scripturam, imo in foro Conſcientiæ poſſe Delegatum Gratia uti, etiam non expeditis Literis; ſed tantum ipſas Literas requiri ad probationem Gratiæ pro foro externo; Sic Navarrus *lib. 4. conſil. titulo de privilegiis conſ. 6. in prim. edit.* Sylveſter *verbo privilegium q. 14.* Afflictus *dec. 253. num. 4.* Gomeſ. *regula de non vindicando juxta formam Supplicationis quæſt. 14.* Seraphinus *dec. 775. n. 2.* Pontius *de matr. l. 8. c. 15. num. 2.* Diana *part. 8. tract. 3. reſol. 84.* Filiuccius *quæſt. mor. tract. 10. c. 10. part. 2. num. 349.* Maſcard. *de probat. concl. 845. num. 14.* Reginald. *l. 31. c. 27. num. 211.* Merolla *diſp. 4. cap. 6. num. 554. tom. 2.* Lezana *QQ. Reg. tom. 3. verbo Gratia pro Regular. num. 13.* Tuſch. *concl. 475. num. 1. littera D. & concl. 52. num. 1. littera S.* & innumeris citatis hanc Doctrinam docet

26 Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 29 à num. 2.* quia in ſolo Verbo, ſeu Reſcripto Papæ Gratia perficitur, Clem. *Dudum §. Nos etenim de Sepult.* Rota *dec. 418. num. 3. part. prim. Diverſ.* Lotherius *de re benef. l. 3. quæſt. 1. num. 4. & num. 15.* Pariſ. *de reſignat. lib. 8. quæſt. 2. num. 8. & lib. 10. quæſt. 1. num. 3.* Cævallos *quæſt. comm. contra comm. quæſt. 779. num. 1.* Rota *dec. 628. num. 7. part. 3. rec.* Eſcobar. *Theol. mor. tract. 7. exam. 9. cap. 8. verſ. Ad valorem*, Imo Gonzales *ad Reg. 8. Cancell. Regula de menſib.* Gloſſa *12. num. 47.* & Hector Capyc. Latr. *Dec. L. conſ. Neap. dec. 154.*

27 *num. 17.* ajunt quod in Lingua Principis ſtat Gratia; In Scriptura Teſtimonium; In Exequutione Commo-

28 dum; Et in Literis Exequibilitas. Imo nulla Verba ſunt ad diſpenſandum Jure præſcripta, ſed ſufficit ſive verbo, ſive facto deducatur animus in Diſpenſare potente, ut bene docet Sanchez *lib. 8. diſp. 4. numer. 1.* P. Leo *in S. pœnitentiaria part. 2. rubr. Quid ſit diſp. verſ. Canonice pag. mihi 197.* Et ex ſola Signatura Gra-

29 tia dicitur perfecta; Pariſ. *de reſignat. lib. 8. quæſt. 7. num. 74.* Caputaquenſ. *dec. 88. num. 2. part. 3.* Rota *dec. 628. num. 6. & 7. d. part. 4. rec.* Rota in Noviſſimis *dec. 68. num. 12.* Rota coram Merlino *dec. 281. num. 12.* Tuſchus *concl. 52. num. 4. littera S.* Gamb.

30 *de poteſtate Legati lib. 10. num. 490.* Quando Gratia obtinetur ad ſupplicationem partis, validam eſſe, etiam non expectatis Literis de Gratia fidem facientibus, apertiſſime docet Rota *dec. 11. num. 1. lib. 3. & dec. 85. num. 1. lib. 2. part. 3. diverſ.* Ratio prædictæ opinionis negantis neceſſitatem Literarum ad Gratiæ valorem eſt; quia Gratia eſt quædam Donatio, hæc autem etiam abſque Inſtrumento Donationis eſt perfecta.

Altera Opinio affirmat Gratiam non ſuffragari Li- 31
teris non expeditis, & huic adhærent Gamb. *l. c. numer. 490.* Gomeſius *Reg. de non judicando quæſt. 1.* Pariſ. *de Reſig. benef. lib. 10. quæſt. prim. numer. 7.* Quæ opinio fundatur ſuper Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, quæ ſunt univerſales Leges: Rota *dec. 666. nu-* 32
mer. 5. part. 1. rec. Lother. *de re benef. lib. 2. quæſt. 36. num. 12.* nec per quamcumque Generalem Derogationem, quantumvis prægnantem, & amplam, cenſetur illis derogatum, Gomeſ. *ad Regul. Cancell. q. 5. in procemio*; Lother. *dict. l. 2. q. 39. num. 19.*

Regula namque vigeſima ſeptima ait, ut infra: *Item cum ante confectionem Literarum Gratia Apoſtolica ſit informis; Voluit, ſtatuit, & ordinavit idem D. N. quod Judices in Romana Curia, & extra eam pro tempore exiſtentes, etiamſi S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Cauſarum Palatii Auditores, vel quicumque alii, non juxta Supplicationum Signaturam ſuper quibuſvis Impetrationibus (niſi in dicta Curia dumtaxat ſint Commiſſiones Juſtitiam concernentes per placet, vel per S. Romanæ Eccleſiæ Vice Cancellarium juxta facultatem ſuper hoc ſibi conceſſam ſignatæ) ſed juxta Literarum ſuper ejuſdem Impetrationibus, & Conceſſionibus confectarum tenores, & formas judicare debeant; Decernentes irritum, &c.*

Regula inſuper trigeſima prima decernitur. *Quod omnes, & ſingulæ commiſſiones cauſarum, quas in antea fieri contigerit, obtentæ, vel occaſione conceſſionum dumtaxat Apoſtolicarum de Beneficiis Eccleſiaſticis Gratiarum, ſuper quibus Literæ Apoſtolicæ confectæ non fuerint, ac proceſſus deſuper habendi nullius ſint roboris, vel momenti.*

Regula tandem quinquageſima ſecunda diſponit, uti infra: *Item cum conceſſiones ſuper Gratiis Diſpenſationum quarumcumque, quibuſvis per ipſum D. N. conceſſarum, vel concedendarum, per Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, ſint provide limitatæ, licet aliquando in petitionibus ſuper hujuſmodi conceſſionibus oblatis multa ſint petita, ne quis talium Conceſſionum prætextu id Diſpenſative tenere, aut facere præſumat (ad quod conceſſiones hujuſmodi ſe non extendant, Voluit idem D. N. quod nulla talis Diſpenſatio cuiquam in Judicio, vel extra ſuffragetur, antequam ſuper ea Literæ Apoſtolicæ ſint confectæ.* Et ſic iſta ultima regula rationem ſatis aperte affert, ob quam prohibet gratiam ſine Literis ſuffragari, quam etiam referunt Gomeſ. *ad Reg. de non judicando juxta formam Supplicationis quæſt. 1. n. 2.* & Pirrhus Corrad. *in praxi diſp. Apoſt. lib. 1. cap. 1. num. 3.* nempe quia DD. Abbreviatores, & alii Offi- 33
ciales, ad quos ſpectat Literarum Apoſtolicarum expeditio, interpretantur & limitant Gratiam à Papa factam ſecundum Cancellariæ regulas, quas propterea Summus Pontifex ipſis Officialibus tradit, quæ Can- 34
cellaria eſt organum mentis, & vocis Papæ; Rota *dec. 387. numer. 6. part. 3. rec.* Mandoſius *regula 34. quæſt. 45. num. 2.* Pariſ. *de reſig. lib. 3. quæſt. 6. num. 3. & lib. 9. quæſt. 26. n. 4.* Garcia *de benef. part. 4. cap. 2. num. 18.* Julianus Vivianus *de Jure Patronatus lib. 13. cap. 2. num. 17.* & Pirrhus Corrad. *in d. praxi lib. 2. cap. 3. num. 21.* Et quod facit Cancellaria, ipſemet 35
Papa facere videtur; Gomeſius *reg. de trienn. poſſeſſ. quæſt. 7. verſ. præterea*; Reſponſa Marantæ *reſp. 39. num. 61. part. 1.* cum dicatur factum in Conſiſtorio 36
Papæ: Pariſ. *de reſig. benef. lib. 9. quæſt. 26. numer. 5.* unde ejuſdem Cameræ ſtylus prævalet diſpoſitioni Juris communis, Gonz. *ad Reg. 8. Cancellariæ*, Gloſſ. *6. num. 210.* Garzia *de benef. part. 1. cap. 5. numer. 87.* 37
Unde ante confectionem Literarum gratia dicitur informis, & rudis; Rota *dec. 273. num. 3. lib. 3. part. 3. diverſ.* Pariſ. *de reſig. lib. 10. quæſt. 1. num. 8.* cum egeat expolitione circa Clauſulas, & earum extenſionem per dictos Officiales, qui, ut ajunt Bellam. *dec. 110. n. 6. & num. 7.* Mandoſ. *ad Reg. de non judicando quæſt. 3. nu. 4.* & Gomeſ. *l. c.* poſſunt ſoli eam in mundum reducere, & expolire, ac etiam poſſunt Literas denegare.

Aliam rationem reddit Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 8. quæſt. 2. numer. 15.* ob quam neceſſariæ ſint Literæ, nempe ut Officiales Romanæ Curiæ, qui bona fide officia acquirunt, non fraudentur eorum juribus,

& emo-

38 & emolumentis, quibus nunquam intendit Papa præjudicare, ut teſtantur idem Pariſ. *lib.* 10. *quæſt. prim. numer.* 15. & Pirrhus Corradus *in Praxi diſpenſat. Apoſt. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 15. & omnis Gratia concedi videtur ſub quadam tacita conditione; nempè ſi Literæ expediantur; Gomeſ. *d. reg. de non judicand. quæſt.* 1. ferè in principio; Maſcard. *de probat. concluſ.* 1303. *numer.* 2. *tom.* 3. Cævallos, & alii infra citandi.

40 Et quidem, antequam Literæ conficiantur, gratia æquiparatur homini adhuc clauſo in utero Matris, qui licet in his, quæ ejus favorem concernunt, inter humanas res reputetur, ad alios tamen effectus non prodeſt *l. qui in utero de ſtatu homi.* Sic gratia à Principe facta, dum ex reſcripto, ſeu ſignatura deducitur ad illam perfectionem, quam recipit ex Literis, duci videtur ex quodam tenebroſo utero ad lucem hujus Mundi; Gomeſ. *l. cit. quæſt.* 1. Lotherius *libr.* 3.

41 *quæſt.* 2. *n.* 19. At ſtatim ac expediuntur Literæ, gratia à puncto Conceſſionis ſuffragatur; etiamſi mortuo interim Papa, qui eam conceſſit, Literæ à ſucceſſore expediantur in forma, *Rationi congruit*; Gomeſ. *reg. de non judicand. quæſt.* 6. Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 29. *num.* 9. Diana *part.* 8. *tractat.* 3. *reſol.* 44. *verſ. Reſpondeo ſecundò*; Filliuccius *part.* 2. *tract.* 10. *capit.* 10. *num.* 349. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1182. *num.* 2. *tom.* 3.

42 Unde prima Opinio vera erit quoad ſolam partem, quod gratia facta valida ſit nec perdatur, quamvis non conficiantur Literæ, ſed tamen ejus effectus, & uſus ſuſpendatur, & retardetur, donec ipſæ Literæ conficiantur, firma tamen manente ipſa Gratia; Mantica *dec.* 3. *nu.* 1. *de reſcript.* Pirrhus Corrad. *d. cap.* 6. *nu.* 10. & ſecunda opinio vera erit in illa parte, qua dictum fuit gratiam non ſuffragari abſque Literis; Quamvis enim (ut diximus) Gratia in voluntate Papæ perficiatur, ad ipſius tamen Gratiæ extrinſecum uſum, & exequutionem Literæ requiruntur, Caputaquenſ. *dec.* 45. *art.* 2. *num.* 2. *par.* 3. Lotherius *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 2. *n.* 12. quia reſpectu ipſius uſus, & exequibilitatis non poteſt dici perfecta, niſi ea perfectione, qua ſe habet Potentia ad Actum, quæ dicitur ens æquivoce, veluti habitus quidam dumtaxat, & principium poſſibile; propterea hic uſus extrinſecus, atque exequibilitas ſumit quidem initium,

43 & principium ſuum ex reſcripto, ſed perfectionem, atque ipſum ens habet in Literis, ut optimè Lothe-

44 rius *loc. cit. num.* 11. Et ſic videmus, quod ſi proviſus à Papa de beneficio ante Literarum expeditionem capiat Poſſeſſionem, non facit fructus ſuos, & tanquam intruſus tenetur in conſcientia illos reſtituere, quamvis etiam nemo ſe oppoſuerit, Lotherius *d. lib.* 3. *quæſt.* 2. *numer.* 6. Imo docet Cævall. *qq. Comm.*

45 *contra communes quæſt.* 779. *numer.* 23. collationem beneficii non poſſe probari teſtibus, eo quia Literæ neceſſariæ ſint, & in materia cujuſvis gratiæ Pontificis idem docent Maſcard. *de probat. concluſ.* 491. *n.*

46 5. *conclu.* 524. *num.* 2. *& conclu.* 1270. *num.* 6. Caputaquenſ. *dec.* 61. *num.* 2. *part.* 2. Didacus Ludovicus de Lima in addit. ad Molina *de privileg. lib.* 2. *capit.* 8. *num.* 8. Hector. Capyc. Latro *dec.* 1. *conſ. Neap. dec.* 154. *num.* 36. Donatus Antonius de Marinis *reſol. quotid. capit.* 124. *num.* 25. *libr.* 1. Vivus *dec.* 240. *num.* 6. Rota coram Durano *dec.* 208. *num.* 12. Petrus de Ledeſma *in ſumma capit.* 27. *concluſ.* 3. *verſ. dico primo*; Manuel Rodriquez *in Summa tom.* 1. *cap.* 235. *num.* 8. *in fine*; Joannes Valerus *diff. utr. fori v. g. diff.* 1. *n.* 1.

47 Ex dictis Infertur, quod ſi Papa diſpenſet, ut Oratores poſſint inter ſe Matrimonium contrahere, non obſtante impedimento dirimente inter illos exiſtente, gratia facta valebit quidem, cum d. Regula 52. non dicat diſpenſationem, non expeditis Literis, non valere, ut bene hoc idem ponderat Sanchez *dicta diſput.* 29. *in fine*, ſed non ſuffragabitur eis; &, ſi velint Matrimonium contrahere, neceſſaria erit Literarum expeditio: alias diſpenſatio, ſive ſit in for-

48 ma commiſſaria, ſive gratioſa, etiam in foro conſcientiæ non ſuffragabitur; Et ita acerrime, & egregie defendunt idem Lotherius *d. lib.* 3. *quæſt.* 2. *à numer.* 59. omnino videndus, & Cævall. *dict. quæſt.* 779. *num.* 20. ubi refert ſic fuiſſe pluries à Rota deciſum, quia in Gratiæ conceſſione ineſt tacita conditio, ſi Literæ expediantur, idem Cævallos *numer.* 15. *l. citat.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 2. *numer.* 49

17. *& lib.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 10. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1303. *num.* 2. Rodriquez *in ſumma cap.* 236. *num.* 8. *in fine*, Paulus Comitolus *reſp. mor. lib.* 1. *de Sacrament. quæſt.* 105. & tandem id ſatis bene confirmat Garc. *de benef. part.* 4. *capit.* 2. *num.* 31. ubi animadverterim, quod quicquid fuerit pro conſcientiæ 50 foro tempore antiquo, cum tamen à tempore Pii V. fuerit in d. regula declaratum, quod diſpenſatio non ſuffragetur niſi Literis expeditis, & fuerint addita verba, *in judicio nec extra*, non videtur quod abſque Literarum expeditione, etiam in foro conſcientiæ poſſint eſſe tuti diſpenſationem Impetrantes: excipe tamen niſi in reſcripto Pontificis adeſſet clauſula, ut ſola ſupplicatio ſufficeret, quia tunc aliæ Literæ non requirerentur; Tuſch. *dict. concluſio* 52. *numer.* 7. *littera G.*

Porro id eſt ſingulare, quod ad impetrandam di- 51 ſpenſationem nomine alterius, non requiritur ſcientia, vel mandatum ejus, pro quo impetratur; Nec hujuſmodi mandatum, vel ſcientia ſunt de eſſentia ad valorem diſpenſationis; Rota *inter dec. impreſſas poſt ſecundum volum. conſil. Farinacii dec.* 34. *n.* 6. Ita Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 26. *n.* 4. *& n.* 5. Bonacc. *de leg. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 3. *num.* 1. Filiuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *par.* 2. *capit.* 10. *numer.* 341. Diana *par.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 87. Trullenck *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 4. *numer.* 16. *tom.* 3. Pontius *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 15. *num.* 3. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell.* Gloſſa 63. *numer.* 16. Stephanus à S. Gregorio *de Vinculis Di. Piet. lib.* 3. *capit.* 113. *num.* 141. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 29. *numer.* 364. Lotherius *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 32. & Pirrhus Corrad. *in Praxi diſp. Apoſt. lib.* 7. *cap.* 5. *nu.* 101. Et colligitur *ex capit. Si motu proprio* 23. *de Præbend. in* 6. *& cap. nonnulli* 28. §. *ſunt & alii*, *de reſcript.* Quæ jura, licet loquantur in individuo de Literis ad beneficia, tamen ſunt ita intelligenda etiam quoad alias gratias, Privilegia, & diſpenſationes, per ea, quæ docent Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 26. *n.* 4. & Trullenck *l. c. & facit l. Univerſi* 6. *C. de Precib. Imperatori offerendis*, ubi de- 52 cernitur, non referre à quo impetratum ſit Privilegium, dummodo à Principe conceſſum ſit. Ad hoc 53 tamen, ut diſpenſatio, & Gratia proſit illi, cui impetrata fuit, neceſſe eſt, ut acceptetur ab eo, ut docent Doctores ſupra citati, & nos dicemus infra. Quia gratia diſpenſationis collata cenſetur, quatenus 54 diſpenſatus ea uti velit; Rota coram Pænia *dec.* 447. *numer.* 14. & cum expeditio Literarum non fiat, niſi cum impenſa conſiderabili, ut notum eſt, & nemo præſumatur jactare ſuum; Maſcard. *de probat.* 55 *conclu.* 1150. *nu.* 6. Rota *dec.* 134. *numer.* 1. *part.* 4. *recentior.* Rota in noviſſimis *dec.* 93. *num.* 74. coram Coccino, Rota coram Buratto *dec.* 85. *num.* 8. Rota inter impreſſas per Ludovic. Cenc. *poſt tract. de Cenſib. dec.* 161. *num.* 11. Caputaquenſ. *dec.* 143. *numer.* 4. *par.* 1. Ludovicus Poſtius *reſol.* 136. *numer.* 56 42. ideo præſumitur diſpenſationem fuiſſe impetratam pro eo, qui hujuſmodi expeditionis expenſas ſuſtinuit, Rota coram Buratto *dec.* 203. *num.* 10. *in annotation.* Rot. *deciſio* 425. *numer.* 2. *part.* 1. *recent.* Thomas Pelliccionus *QQ. Illuſtr. quæſt.* 31. *pag. mihi* 241. *col. pr. in medio*. Dixi neceſſe eſſe, ut diſpenſatio acceptetur, ad hoc ut poſſit diſpenſatus ea uti, quia cum per diſpenſationem concedatur Perſonæ privatæ, ut contra communem Legem operari poſſit, ad hoc ut ſciat ſe poſſe licite, & valide contra legem 57 generalem operari, neceſſaria eſt notitia facta diſpenſationis, alias non proderit in uſu, & exercitio ejus; Rebuff. *in Praxi benef. titulo de diſpenſat. numer.* 12. Sanchez, & Diana *ll. cc.* & alii communiter.

Ampliatur prædicta Doctrina, itaut vera ſit, & pro- 58 cedat etiam eo caſu, quo exiſtente inter conjuges impedimento dirimente, quod utrumque conjugem afficeret, ab altero eorum, abſque alterius ſcientia,

impetrata fuisset Dispensatio; Navarrus *lib. 4. consil. titul. de sponsa. cons.* 14. *num.* 2. *in prim. edit.* Gutierez *de matrim. cap.* 81. *num.* 12. Sanchez *l. c. num.* 6. Stephanus à S. Gregorio *l. c.* Franc. Merolla *d. dub.* 29.
59 *num.* 475. At si Impedimentum, super quo impetrata fuisset Dispensatio, non afficeret utrumque Conjugem, v. g. si esset Votum Castitatis, seu Religionis, vel quid simile, tunc illi tantum, qui vovit, vel alio simili impedimento est impeditus, Dispensatio suffragatur; quia tunc non trahitur per necessariam consequentiam ad alterum, qui impedimento non afficitur; Sanchez *n.* 7. & Diana *ll. cc.*

60 Est autem ita necessaria notitia obtentæ Dispensationis ad effectum, ut possit Dispensatus ea uti, ut si ante ipsius Dispensationis notitiam Matrimonium ab impeditis contraheretur, nullum, & irritum esset, quamvis vere fuisset impetrata Dispensatio, quia Dispensatio per se est relaxatio à Lege adhuc vigente, & obligante, unde ad hoc ut licite effectum suum operari valeat, debet esse ipsi impedito nota:
61 Non enim est præsumendum, ut Superior velit Subditum à Legis obligatione eximere, nisi quando tuta conscientia, & absque peccato possit contra illam agere: Subditus itaque non potest tuta conscientia, & absque peccato contra illam agere, nisi post notitiam Dispensationis factæ, cum ante hujusmodi
62 notitiam, Lex, saltem in Subditi conscientia, suam vim obligandi obtineat; Nec præsumi debet, Pontificem velle suam Dispensationem contra Legem valere, antequam Dispensationis notitia devenerit ad dispensatum; Gutierez *de matr. c.* 81. *num.* 12. Diana *part.* 8. *tr.* 3. *resol.* 88. & faciunt dicta per Sanchez *l.* 5. *disp.* 8. *num.* 26. ubi aperte docet, quod si impediti obtenta Dispensatione,
63 sed ante illius notitiam, se carnaliter cognoscunt, est perindè ac si sine Dispensatione copulam inter se habuissent.

Et quoniam diximus esse necessariam expeditionem Literarum ad hoc, ut Dispensatione quis uti possit,
64 est quod nunc breviter dicamus, quomodo succurri possit Oratoribus, si Literæ commissionis Delegato factæ, antequàm exequutæ sint, deperdantur, & amittantur. Et quidem remedia, quæ adhiberi solent in Romana Curia, si perdantur supplicationes, & Bullæ, ante, vel post earum Regestum, recensent Pirrhus Corrad. *in praxi disp. apost. lib.* 7. *cap.* 7. *nu.* 89. Quæ hic non adnotavi, cum ut plurimum inserviant pro stylo, & usu Officialium ipsius Romanæ Curiæ; At loquendo de illis Literis, quæ jam fuerunt plumbatæ, & in totum expeditæ, & fortasse etiam ad ipsos Oratores transmissæ, sed nondum Exequutori præsentatæ, si hæ deperditæ sint, utilius remedium Oratores habebunt, si à D. Auditore Cameræ Apostolicæ Literæ fiant, quæ in forma *Vidimus*, appellantur; Pro quibus conficiendis debet in primis extrahi ex Registro Bullarum sumptum primarum Literarum deperditarum, quod clausum, & sigillatum consignatur Oratori, seu alteri pro eo, & deinde præsentatur d. D. Auditori, seu alicui ex ejus Notariis, qui sumptum ipsum aperit, & juxta illius tenorem expedit quasdam Literas, quæ de stylo Curiæ in forma *Vidimus* appellantur, & in eis inseritur per extensum, & ad verbum tenor Literarum deperditarum; & si quas Clausulas cæteratas in illis Notarius reperiat, eas juxta stylum Cancellariæ Apostolicæ extendit, ita ut nihil prorsus desit solitæ formæ Literarum lectura videri potest, quarum tenor hic subjicitur.

65 *In Nomine Sanctiss. & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; Amen. Noverint universi, & singuli hoc præsens publicum Transumptum inspecturi, quod Nos Odoardus Vecchiarellius Protonotarius Apostolicus, utriusque Signaturæ Sanctissimi D. Nostri Papæ Referendarius, necnon Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor: Inspeximus Literas Apostolicas sub Plumbo, ut moris est, expeditas, ac omni suspitione carentes; quarum quidem Literarum tenor talis est, ut infra, videlicet.*

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei, &c.

Et hic apponitur per extensum tenor Literarum Pontificis ad Dispensandum concessarum, &c.

Quibus quidem Literis diligenter inspectis ad requisitionem N. & N. per infrascriptum Curiæ nostræ Notarium ipsas exemplari mandavimus, & transumi, ac in publicam formam redigi; Decernentes, & volentes, ut huic nostro præsenti Publico Transumpto, sive Exemplo plena fides deinceps adhibeatur ubilibet, omnibus in locis, ubi fuerit opportunum; Ipsumque Transumptum fidem faciat, illique stetur, ac si Originales ipsæ Literæ apparerent; Quibus omnibus, & singulis Auctoritatem Nostram Ordinariam interponimus, & Decretum.

Datum Romæ ex Aedibus nostris, &c. Anno &c. Indictione, &c. Die vero, &c.

Pontificatus, &c. Anno Primo.

N. Notarius.

L. Locumtenens.

Loco Sigilli A. C. †

Quæ Novæ Literæ sic in d. forma expeditæ, eo 66
quia jam per omnes soluta fuerit pro hujusmodi Dispensatione debita Taxa, & debitæ expensæ fuerint supportatæ, expediuntur cum modica expensa, & ad partes transmittuntur, & Ordinario præsentatæ, sunt fide dignæ, & Authenticæ, eandemque merentur exequutionem perinde, ac ipsæ Originales, & Apostolicæ Literæ, & sic multories in Curia Episcopali Lucana servari vidi, dum Literæ Dispensationis deperditæ, vel interceptæ fuerint; Idque est remedium satis utile, & facile, quia cum modica, & fere nulla impensa succurritur Oratoribus in tali casu.

Quod si Literæ fuissent jam Exequutori præsenta- 67
tæ, & in Processu informativo registratæ, si postea casu aliquo deperdantur, possunt probari per testes, deponentes super illarum tenore, & amissione, ut docent Franciscus Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *capit.* 4. *dub.* 27. *numer.* 262. Joannes Valerus *diff. utr. fori* verbo gratia *diff.* 1. *numer.* 1. Didacus Ludomer de Lima *in addit. ad Molina de Primog. lib.* 2. *capit.* 8. *numer.* 8. Paris. *de resignat. benef. lib.* 8. *quæst.* 2. *num.* 26.

Quoad expensas, quæ pro impetratione Dispensa- 68
tionis fiunt in Romana Curia, sciendum est, Taxas, quæ propterea in Cancellaria Apostolica solvuntur, esse duplicis generis; Aliæ congeruntur in communi mensa cujusliber Collegii, & in fine mensis singulis de Collegio distribuuntur, & hæ proprie appellantur Taxæ, eo quod rata expensarum ad unumquodque Collegium spectans taxatur; Aliæ autem debentur ipsis Officialibus tantum, & appellantur Regalia, & solvuntur illis pro actuali sui officii exercitio, & assistentia in Cancellaria; Videlicet Rescribendario, seu Computatori, aut Defensoribus Collegii, idest Scriptorum Apostolicorum: & hæ expensæ, quæ his ero- 69
gantur, quamvis ob aliquem errorem corrigendæ, seu reficiendæ sint Literæ, non solent restitui, nec bonæ fieri in nova Literarum expeditione; sed solum eo casu bonæ fiunt Taxæ primo loco, ut supra declaratæ.

Cæterum à quibus supportandæ sint expensæ pro 70
Dispensationum matrimonialium impetratione necessariæ, communis Doctorum sententia est, quod si inter contrahere volentes nulla interceſſit pactio super ipsis expensis, tunc communibus utriusque Sponsi expensis sit impetranda Dispensatio; quia cum uterque sentiat Dispensationis commodum, par est, ut sentiat uterque incommodum, & cum isti promiserint sibi ipsis ad invicem Matrimonium contrahere, nec possint absque Dispensatione id facere, includitur in ea promissione tacita conditio petendi consequenter Dispensationem super impedimento dirimente inter eos existente, sine qua inter se contrahere non possent; Ita Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 36. *numer.* 1.

mer. 1. Gutierez *de matrim. cap.* 128. *numer.* 25. Bonacina *de Legib. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 11. *propos.* 2. *num.* 3. Filiuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *capit.* 10. *num.* 364. Pirrhus Corradus *in praxi disp. apost. lib.* 7. *cap.* 5. *numer.* 106. Si tamen colligeretur alterum ex Oratoribus aliunde teneri ad integras expensas persolvendas, v. g. quando vigore Legati, aut successionis in majoratu, tenetur Matrimonium contrahere cum Consanguinea, tunc quia iste commodo Legati, seu Majoratus frui vult; debet etiam incommoda ferre, quæ ad illius consequutionem inducunt; Sanchez *de matrim. lib.* 5. *disp.* 5. *num.* 21. Bonacina *loc. cit.*

Si quis insuper peteret Dispensationem ad contrahendum cum Consanguinea inscia futuri Matrimonii, nondum facta conventione Matrimonii ineundi, tenebitur de suo ad expensas; quia præsumitur expensas libere feciisse de suo, & suo Juri cessisse in obsequium suæ voluntatis; Bonacina *l. c.* Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 36. *num.* 3. ubi tamen declarat id intelligi, si tempore, quo de Matrimonio conventum fuit, alter norit ab alio fuisse impetratam Dispensationem, quia tunc cum nihil de expensis pepigerit, & jam sit impetrata Dispensatio potest, beneficio ipsius Dispensationis, nullo onere expensarum collato, frui; At è converso, quamvis tempore promissi Matrimonii Dispensatio jam obtenta sit, si eam alter Sponsus ignoret, & tamen Matrimonium promittat, quod non potest ob impedimentum dirimens absque Dispensatione consistere, tenebitur ad suam partem expensarum, ad quam, hujusmodi Matrimonium promittendo, se tacite obligavit; quia si impedimentum dirimens fuit illi notum, præsumitur etiam sciviisse Dispensationem ipsam necessariam fore ad contrahendum, & sine ea non posse Matrimonium iniri.

71 Si post obtentam communi consensu Dispensationem, quis injuste renuat Matrimonium contrahere, ad integras Dispensationis expensas tenebitur; cum non sit æquum, ut alter damnum patiatur ob injustam ejus actionem: Bonacina *n.* 6. loco citato; Si
72 vero juste, sed sine alterius culpa, ut si ob supervenientem notabilem deformitatem in altero Sponso, vel ob ingressum Religionis resiliat, tuncis, qui juste renuit, ad solam expensarum medietatem tenetur; Sanchez *d. lib.* 5. *disp.* 5. *num.* 33. Bonacina *l. c.* Filiuccius *num.* 365. *l. c.* Excipe tamen, nisi is dolose Matrimonium contraxisset, animo etiam juste resiliendi, vel Religionem ingrediendi; quia quamvis ingrediendi Religionem jus haberet, non tamen habebat jus alterum decipiendi, & expensis gravandi; Sanchez *lib.* 8. *dict. disp.* 36. *numer.* 5. Filiuccius *loc. cit.*

73 At si quis, ob alterius culpam, & justam sibi datam resiliendi causam, renuat, ad nullas teneretur dispensationis expensas; sed eæ omnes supportari debent ab alio, qui causam sufficientem dedit, ut alter juste resilire posset, v. g. si fœmina post contracta sponsalia, & post dispensationem obtentam, fornicaretur; Sanchez *num.* 34. & Bonacina *n.* 8. *ll. cc.*

74 Dixi si post contracta sponsalia fornicaretur, quia si ante Matrimonii promissionem fornicata fuisset, & deinde post obtentam Dispensationem, alter fornicatione detecta resilire vellet, non videtur illam debere integras expensas sufferre, quia vere post promissum Matrimonium nullam injustam exercuit actionem, ac Sponso injuriosam; Sanchez *l. c.* Bonacina *n.* 10. *l. c.* Addit Sanchez ubi supra secus esse dicendum
75 de Sponso, qui etiam post sponsalia contracta fornicaretur, quia ob id non videtur justam resiliendi causam Sponsæ præbere, cum nullam jacturam honoris faciat, si illi nubat; sequitur Filiuccius *loc. cit. num.* 366.

76 Quod si post Matrimonii promissionem, culpa unius ex Sponsis induceretur impedimentum dirimens, ut si Sponsus cognovisset matrem, vel sororem, seu filiam Sponsæ, tunc ille, cujus culpa inductum fuit hujusmodi impedimentum, tenebitur ad integras Dispensationis expensas; cum æquum non sit, ut ipsius culpa Conjux innocens damnum patiatur, habet enim Jus, ne Matrimonium cum suo damno inire cogatur; Sanchez *lib. prim. disp.* 56. *num.* 4. Bonacina *l. c. num.* 11. Filiuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 1. *cap.* 8. *num.* 291.

Si verò Sponsus, post defloratam Sponsam, Reli- 77
gionem ingrederetur, ad integras Dispensationis expensas teneretur, quia hujusmodi ingressus culpæ tribuendus est; quod si culpa careat, tenetur tantum ad suam partem; At si fuit injuriosa defloratio, nempe vi, aut precibus importunis violentiæ æquipollentibus extorta, tenebitur eo casu ad integras expensas, quia tunc non debet Religionem ingredi; secus erit, si, nulla data fide Matrimonii, Virgo consentiens defloratæ sit; Filiuccius *d. tract.* 10. *cap.* 10. *num. ultim.* vide Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disp.* 44. & *lib.* 8. *disp. ultim. à num.* 8. ubi hanc materiam optime agit.

CAPUT IV.

De His, quæ exprimi debent Pontifici, ne Dispensatio reddatur subreptitia.

SUMMARIUM.

1 *Subreptio, & Obreptio inter se differunt.*
2 *Subreptio quid sit.*
3 *Obreptio quid?*
4 *Illa sola taciturnitas vitiat, quam Jura jubent exprimi, vel de quibus est in Jure cautum, quod illis expressis Papa non concederet.*
5 *Voluntas Principis talis esse præsumitur, qualis est intentio Juris.*
6 *Papa præsumitur velle dispositioni Juris se semper conformare, nisi aliud expresse decernat.*
7 *Jura pro forma exigunt expressionem qualitatum à Jure requisitarum.*
8 *Forma non servata corruit actus.*
9 *Quamvis per simplicitatem, vel ignorantiam omissa sit.*
10 *Si taceatur aliqua qualitas, quam Jura non jubent exprimi, quæ si expressa fuisset, Papa difficilius concessisset, non vitiaretur dispensatio.*
11 *Quoties agitur de invaliditate gratiæ ob taciturnitatem, debet regulariter intelligi juxta veriorem opinionem, ut vitiet taciturnitas eorum, de quibus est in Jure cautum, quod illis expressis Princeps non concessisset.*
12 *Si essent exprimenda omnia, quæ retraherent, seu retardarent Principem à concessione, etiamsi Jure, vel stylo non caveatur esse exprimenda, nec de Jure præsent impedimentum, nulla fere dispensatio esset tuta, & certa.*
13 *Valet Dispensatio, tacita veritate, propter quam Papa maxima, vel majori difficultate concessisset, nisi Jus exigat, ut dicta qualitas tacita exprimatur.*
14 *Si aliqua qualitas de Jure communi exprimenda taceretur; quamvis ignoranter, & absque dolo fieret, gratia vitiaretur, nec juvaret quod nihilominus Princeps, dicta qualitate expressa, concessisset.*
15 *Ignorantia Juris communis non præsumitur, nec potest allegari.*
16 *Qui veritatem in casibus Jure expressis reticet, præsumitur in dolo.*
17 *Sublata Juris necessitate, cessat doli præsumptio.*
18 *Non solum irritatur gratia ob taciturnitatem qualitatum, quæ jure exprimi debent, sed irritatur etiam ex taciturnitate eorum, quæ stylus Curiæ exigit.*
19 *Stylus Curiæ facit Jus, & pro lege servandus.*
20 *Item irritatur gratia, tacita qualitate, cujus expressionem consuetudo Principis exigit.*
21 *An expressio falsi tam in causa finali, quam in impulsiva vitiet.*
22 *Proponitur opinio affirmans.*
23 *Literæ Pontificis habent in se tacitam conditionem* Si preces veritate nitantur.

24 *Dicta conditio quamvis expressa non fuisset, tamen subintelligitur.*

25 *Quod verum asseritur, quamvis absque dolo subreptio sequuta sit.*

26 *Falsitas, quæ Pontificem non reddidisset difficiliorem ad concedendum ex causa à Jure approbata, non vitiat.*

27 *Et eo magis si causa falso allegata, si vere expressa fuisset, faciliorem Pontificem reddidisset ad concedendum.*

28 *Verior tamen opinio est, solius Causæ finalis falsa expressione vitiari gratiam.*

29 *Quæ sit causa finalis, quæ impulsiva, & quid, si concurrant plures causæ finales, seu plures impulsivæ.*

30 *Qualitates, quæ taceri possunt, sunt in duplici differentia, nempe extrinsecæ, & intrinsecæ.*

31 *Extrinsecæ, tanquam non pertinentes ad dispensationem, si omittantur, non vitiant, ut in exemplis, quæ subjiciuntur.*

32 *Qualitates intrinsecæ sunt, quæ de Jure, seu stylo, vel consuetudine Principi exprimi debent.*

33 *Qualitates intrinsecæ, si omittantur, vitiant.*

34 *Actus nullus censetur non actus.*

35 *Limita, si gratia sit divisibilis, falsæ causæ expressio, ob ignorantiam facta, vitiat illam solam partem, in qua subreptio commissa fuit.*

36 *At si obreptio sequuta fuerit dolose, & fraudolenter culpa petentis Dispensationem, vitiatur in totum.*

37 *Falsus precator nullum commodum reportare debet.*

38 *Quando obreptio dolo admittitur, vitiat gratiam.*

39 *Dispositio Capituli* Si eo tempore *quod loquitur de solis Justitiæ literis, ex communi Doctorum doctrina, & ex consuetudine extenditur ad alia quæcumque gratiarum Rescripta.*

40 *Quamvis taciturnitas veri non vitiet Rescriptum à Principe* Motu proprio *concessum, nihilominus quando causa finalis falso exprimitur, qua non expressa non concederetur dispensatio, quamvis dispensatio cum d. clausula* Motu proprio *concessa sit, nihilominus gratia erit nulla, & irrita.*

41 *Clausula* Motu proprio *non firmat gratiam contra Concedentis intentionem.*

42 *Quid si obreptio, vel subreptio committerentur culpa Sollicitatoris.*

43 *Sollicitantes, & Officiales Romanæ Curiæ, qui in expeditione dispensationum matrimonialium committunt obreptionem, vel subreptionem, subjiciuntur pœnis contentis in* Motu proprio *Pii Quinti.*

44 *Quid si ob incuriam Scriptoris fuerit error in Literis circa expressionem speciei Impedimenti.*

45 *Non attenditur ad simplicitatem Oratorum, sed ad mentem Pontificis.*

46 *Error, quantumcumque culpa carens, non efficit ut Rescriptum extendatur ad casum, qui sub ejus verbis non comprehenditur, quamvis, si petitum fuisset, Papa non denegasset.*

47 *Differentia inter expressionem, quæ fit per modum demonstrationis, & aliam, quæ fit per modum taxationis.*

48 *Error in qualitate adjecta per modum demonstrationis non vitiat.*

49 *Error in qualitate adjecta per modum taxationis vitiat.*

50 *Quando verba censeantur apposita causa taxationis.*

51 *Quando apposita censeantur causa demonstrationis.*

52 *Hæc tamen Doctrina quoad dispensationes matrimoniales adaptari non potest.*

53 *Quando aliquid adjicitur, tanquam qualitas rei, vel requiritur demonstratio ad certitudinem, & valorem actus, censeri potest factum causa demonstrationis, & non taxationis, & consequenter pro validitate actus præsumendum.*

54 *Error Nominis non vitiat, quando constat de corpore, cui concessa est gratia.*

55 *Sic non vitiat error Pronominis.*

56 *Limita si dispensatio petatur* in forma pauperum, *quia posset hoc casu dari locus fraudi.*

57 *Quomodo fiat correctio Nominis in Romana Curia.*

58 *Cautela, qua utuntur Curiales Romanæ Curiæ, in petenda Dispensatione, si ignorent Pronomina Oratorum.*

59 *Dicta tamen Cautela non habet locum, si dispensatio petatur* In forma pauperum.

60 *Quid si erretur in expressione loci, seu locorum originis Oratorum.*

61 *Non potest delegatus mentem Pontificis aliter interpretari, quam contineatur expressa in mandato.*

62 *Mandatum Pontificis est stricti Juris, & strictissime interpretandum.*

63 *Non est in potestate Delegati protrahere verba Rescripti ad casus similes, vel minores, sed debet pure, & simpliciter id tantum exequi, quod habet in mandatis.*

64 *Si Oratores, qui petunt dispensationem ob causam angustiæ loci, sint ex diversis locis, debet utriusque loci expressio fieri, & coram delegato eorum angustia verificari.*

65 *Attenditur locus Originis, & non Domicilii Oratorum.*

66 *Expressio locorum Oratorum non est necessaria, quando dispensatio petitur ob aliam causam, quam* ob angustiam loci, *& tunc sufficit expressio eorum Diœcesum.*

67 *Expressio Diœcesis Oratorum necessaria est, non solum in impetrationibus dispensationum Matrimonialium, sed etiam aliarum gratiarum.*

68 *Intellige quod exprimenda sit Diœcesis Originis, & non Domicilii, quia Papa intendit dispensationem committere Ordinario Oratricis juxta dispositionem Concilii.*

69 *Si in expressione Diœcesis Originis erratum esset, probabilius est vitiari dispensationem.*

70 *Mandatum Pontificis ita debet interpretari, ut non trahatur ultra intentionem ipsius Mandantis.*

71 *Laudantur plures Vicarii Generales Lucani.*

72 *Item alii jam præteriti.*

73 *Expressio qualitatum Oratorum quibus casibus facienda sit.*

74 *Quid si post impetratam, & factam dispensationem super aliquo impedimento dirimenti, detegeretur aliud impedimentum dirimens.*

75 *Quomodo rescribi soleat per Pontificem in d. casu.*

76 *Quid si in Supplicatione fuissent expressa plura impedimenta, at coram Delegato non reperirentur omnia adesse.*

77 *Si post Matrimonium contractum, & consummatum aliquod impedimentum detegatur, super quo petenda sit dispensatio, exprimi debet de necessitate, an pro Matrimonio contracto Denuntiationes rite præcesserint, vel saltem de Ordinarii licentia remissæ, alias dispensatio nulla erit.*

78 *Si plura impedimenta extent inter contrahere volentes, ea omnia sunt Pontifici exprimenda.*

79 *Sublato uno impedimento remanet aliud.*

80 *Dispensatio facta super uno impedimento, non protrahitur ad aliud.*

81 *Papa nunquam censetur voluisse sanare defectus, & amovere Impedimenta, quæ ignorat*

82 *Tot sunt necessariæ dispensationes, quot sunt obstacula, & Impedimenta.*

83 *Dispensatio Pontificis ea sola Impedimenta comprehendit, quæ fuerunt ibi expressa.*

84 *Impedimenta ita sunt Pontifici exprimenda, ut quod certum est, non ponatur sub dubio; alias dispensatio nulla erit.*

85 *An omnia Impedimenta debeant simul in eadem Supplicatione exponi.*

86 *Proponitur sententia negans.*

87 *Verior sententia est, ea omnia simul, & in eadem Supplicatione exprimenda esse, maxime in dispensationibus Matrimonialibus.*

88 *Duo, vel plura Vincula fortius ligant, quam unum; maximè si ad unum eundemque finem tendant, & unum augeat aliud.*

89 *Papa difficilius dispensat cum habente plura Impedimenta, quam cum habente unum.*

90 *Si Papa non intelligat quantitatem gratiæ, quam facit, non potest eam velle, & consequenter ex*

ea ta-

ea taciturnitate, & ignorantia gratia vitiatur.

91 *Prædicta doctrina adeo est vera, ut si aliter factum fuisset, & Dispensatio fuisset obtenta super aliquo Impedimento seorsum, opus esset in Supplicatione facienda pro Dispensatione impetranda super aliis remanentibus Impedimentis, exprimere etiam aliud Dispensatum, & obtinere Literas in forma*, Perinde valere.

92 *Ignorantia Oratorum non prodest ad hoc, ut Dispensatio, quæ nulla est, validetur, sed solum ad illos excusandos à culpa.*

93 *Limita nisi Impedimenta essent diversæ rationis, ut v. gr. si cum Impedimento dirimenti concurreret Votum Castitatis, vel Religionis.*

94 *An debeat prius obtineri Dispensatio super Voto, vel sufficiat si impetretur post Dispensationem obtentam super dirimenti.*

95 *Refertur sententia affirmans posse tam ante, quam post.*

96 *Verior opinio, quod debeat prius impetrari super Voto, & deinde super dirimenti.*

97 *Intellige de Voto Castitatis, reservato Papæ, quod non possit à parentibus irritari.*

98 *Si dictum Votum esset dispensabile per Episcopum, sufficeret prius impetrari ab eo, & deinde à Pontifice dispensari super dirimenti.*

99 *Si Dispensatione egens esset etiam ligatus sponsalibus de futuro cum alia fœmina, quid agendum.*

100 *Dispensatio super dictis Sponsalibus difficillime à Papa conceditur, quia agitur de præjudicio Tertii.*

101 *Quid si post impetratas à Pontifice Literas dispensationis, Delegato commissæ, sed nondum exequutæ, superveniret affinitas.*

102 *Quid si hujusmodi affinitas superveniret post factam Dispensationem, nondum tamen exequutam.*

103 *Dicta Conclusio, quam nu. 87. diximus, limitatur etiam eo casu, quo ex Impedimentis dirimentibus, super quibus petenda esset Dispensatio, aliqua essent occulta, & alia publica.*

104 *In Prætorio S. Pœnitentiariæ non exprimuntur nomina Oratorum.*

105 *Dum in Prætorio S. Pœnitentiariæ petitur dispensatio super occultis, & à Pontifice super publicis Impedimentis, necesse est, ut in d. Prætorio non solum explicentur ipsa occulta, sed etiam alia publica.*

106 *Nec refert si prius à Summo Pontifice super publicis, vel à S. Pœnitentiaria super occultis petatur Dispensatio.*

107 *Cautela, qua uti potest, qui impetrare vult à Pontifice Dispensationem super aliquo Crimine, quod vere commisit, sed defectu probationum fuit absolutus, vel aliqua arbitraria pœna punitus, ne suum Crimen prodat.*

108 *Si quis occidisset Uxorem, non tamen animo ducendi Concubinam, & de hoc crimen fuisset in foro Judiciario inquisitus, & aliqua pœna extraordinaria punitus, si postea velit ducere Concubinam, quomodo se gerere possit, ne se prodat.*

109 *Qua circumspectione, & cautela se gerere debeant Oratores, qui cum Impedimento dirimenti, ab eis crasse ignorato, Matrimonium contraxerunt, ne in Dispensatione petenda se prodant.*

110 *Inhabilitas Oratorum, si quæ adsit, exprimi debet Pontifici in Dispensatione petenda super Impedimento dirimenti; alias Dispensatio erit subreptitia, & nulla.*

111 *Quamvis etiam* Motu proprio *Dispensatio facta esset.*

112 *Papa, dum Dispensationem concedit, non intendit approbare id, quod male, & nulliter à contrahentibus factum est, nec aliud Impedimentum non expressum amovere; unde sublato Impedimento proposito remanent alia.*

113 *Si Dispensatio aliquo modo cedat in præjudicium Tertii, id exprimi debet in Supplicatione porrecta pro Impetratione Dispensationis; alias dispensatio erit subreptitia, & nulla.*

114 *Si vidua petat dispensationem ad contrahendum, an debeat de Viduitate mentionem facere.*

115 *Singula Impedimenta in propria specie, & gradu, & cum necessariis circumstantiis debent exponi.*

116 *Pro Impedimento Consanguinitatis debet exprimi gradus præcisus, quo Oratores sunt conjuncti.*

117 *An ex uno communi, seu potius ex diversis stipitibus proveniat Consanguinitas.*

118 *Quo propinquior est gradus, & quo majora sunt Impedimenta, eo difficilior redditur dispensatio*

119 *Item exprimi debet, an distantia graduum sit in linea recta, vel transversali.*

120 *Probabile est Matrimonium in linea recta prohiberi in infinitum.*

121 *Si Oratores sint in linea inæquali infra secundum gradum, & fœmina sit propinquior stipiti, debet exprimi.*

122 *Si Oratores distent gradu inæquali infra Quartum gradum, de stylo Curiæ debet uterque gradus in Supplicatione exponi, ad hoc ut super remotiori fiat Dispensatio, & super propinquiori concedantur Literæ Declaratoriæ.*

123 *Literæ Declaratoriæ, quamvis antiquo tempore non fuissent necessariæ, hodie tamen, consuetudine legitime introducta, sunt adeo necessariæ, ut illis non obtentis, non possit Matrimonium contrahi.*

124 *Licet super solo remotiori gradu dispensetur, nihilominus, quia alterum Collateralem esse propinquiorem stipiti, efficit Dispensationem difficiliorem in eo gradu; propterea id totum erit exprimendum.*

125 *Quando propinquior gradus esset primus, exprimi debet, eo magis attenta dispositione Bullæ Specialis Pii V.*

126 *Dispensatio non præsumitur in insolitis concedi, etiam spatio 40. annorum, quamvis in aliis, quæ sunt solita concedi, spatio triginta annorum præsumatur.*

127 *Quando Oratores sunt in Primo, & Secundo gradibus, tunc quia unusquisque gradus constituit ex se Impedimentum, non dispensatur super remotiori tantum, sed super ambobus; nec declaratur casu distantiam Secundi non obstare.*

128 *Quando Oratores sunt juncti infra Secundum gradum, debet insuper exprimi provenientia consanguinitatis.*

129 *Dicta expressio necessaria etiam est si Oratores conjuncti sint Primo, vel Primo & Secundo ex actu fornicario.*

130 *Alii tamen probabilius docent in Impedimento hujusmodi affinitatis non requiri dictam expressionem provenientiæ.*

131 *Si in expressione graduum consanguinitatis fieret error, quid agendum.*

132 *Eo ipso quod Papa dispensat super Gradu superiori virtualiter, & formaliter in illo continetur minor in eodem ordine, & eadem specie.*

133 *Quid si loco majoris gradus, qui vere extat, supponeretur minor, qui non extat.*

134 *Ampliat d. casu dispensatio sit subreptitia, quamvis absque dolo impetrata fuerit.*

135 *Error, quantumcumque culpa carens, non efficit, ut Rescriptum extendatur ad casum, qui sub ejus verbis non comprehenditur; quamvis, si is petitus fuisset, Literæ similiter concessæ fuissent.*

136 *Quid si impedimentum fuisset expressum esse consanguinitatis, cum vere esset affinitatis, vel è contra.*

137 *Cum eadem compositione in paritate graduum dispensatio conceditur in affinitate, ac in consanguinitate.*

138 *Actus non operatur ultra intentionem agentis.*

139 *Consanguinitas, & Affinitas sunt Impedimenta dirimentia diversa; & dum Papa dispensat in consanguinitate, non dispensat in affinitate, vel è contra.*

140 *Prædictam doctrinam amplia, ut procedat, quamvis expressum fuisset Pontifici Impedimentum esse consanguinitatis, ex qua oritur fortius vinculum, quamvis esset affinitatis, eo quod*

141 *Consanguinitas, & Affinitas sunt Impedimenta diversa; ideò in facultatibus, quæ dantur à Pontifice Legatis, vel Nunciis ad Dispensandum super Impedimentis dirimentibus, semper dicitur, ut possint dispensare super Impedimentis consanguinitatis, vel affinitatis, quæ dictio, Vel stat alternative, ut mox dicam.*

142 *Dictio, Vel, stat Alternative: In Alternativis sufficit unam partem verificari.*

143 *Error non supplet intentionem concedentis; unde quamvis Oratores ex communi errore putarentur esse, v. gr. in Tertio affinitatis, cum vere essent in Tertio consanguinitatis, vel è contra, adhuc Dispensatio erit subreptitia.*

144 *Quando gratia emanat ad Supplicationem partis, Papa censetur se præcise fundare super narratis.*

145 *Nunquam censetur Papa dispensare super Impedimentis non expressis.*

146 *Quando Impedimentum esset solius consanguinitatis, vel solius affinitatis; Solicitatores; si nesciunt speciem Impedimenti, solent in Supplicatione exponere Impedimentum esse vel consanguinitatis, vel affinitatis.*

147 *Si Impedimenta sint partim consanguinitatis, & partim affinitatis debent exprimi ambæ species, & præcisi uniuscujusque speciei gradus.*

148 *Pro Dispensatione impetranda super Impedimentis affinitatis, & publicæ honestatis, explicari debet Gradus.*

149 *An affinitas, vel honestas ex uno, vel pluribus stipitibus insurgant.*

150 *An affinitas sit in linea recta, vel Collaterali.*

151 *An ex Matrimonio rato, vel consummato, seu potius ex illicita copula insurgat.*

152 *An ex solis Sponsalibus, vel ex Matrimonio rato oriatur honestas.*

153 *Non est necesse in Dispensatione petenda super affinitate exprimere, quod fœmina sit propinquior stipiti, sed sufficiet simpliciter describere inæqualitatem gradum.*

154 *Quando affinitas consurgat ex copula illicita, & quando ex solis Sponsalibus oriatur honestas, sufficiet dicere in genere d. Impedimenta subesse; & quamvis diceretur illa orta fuisse ex Matrimonio, valeret Dispensatio.*

155 *E' converso, irrita erit Dispensatio, si affinitas, vel publica honestas ex Matrimonio insurgerent, & id non fuisset expressum, quia tunc duo Impedimenta sunt nempe affinitatis, & honestatis.*

156 *Si diceretur honestatem esse in Secundo, vel Tertio, seu Quarto Gradu, non esset opus exprimere, quod procedat ex Matrimonio rato, quia satis constat Impedimentum publicæ honestatis non aliunde quam ex Matrimonio rato consurgere.*

157 *Si honestas insurgeret ex Matrimonio rato, & Oratores essent in gradu inæquali, sufficeret exprimere remotiorem, attento Jure communi*

158 *Constitutio Pii Quinti, qua decernitur necessarias esse Literas Declaratorias super Gradu proximiori, loquitur tantum de consanguinitate, & affinitate.*

159 *Si quis, habens tantummodo Impedimentum publicæ honestatis cum aliqua, procedens ex Matrimonio rato, & non consummato cum Sorore fœminæ, quam ducere intendit, exponeret honestatem procedere ex Matrimonio consummato, valide dispensaretur.*

160 *Quid si affinitas procederet ex copula fornicaria, & adesset etiam Impedimentum publicæ honestatis.*

161 *Si affinitas procedat ex copula licita, sufficiet hoc narrare; quia in d. affinitate tacite comprehenditur publica honestas ex Matrimonio rato.*

162 *Nec opus erit exprimere quoties copula repetita fuerit cum eadem persona.*

163 *Limita si post Dispensationem obtentam ab contrahendum, sed nondum contracto Matrimonio, copula repetita fuit cum consanguinea, Primo, vel Secundo Gradu conjuncta cum fœmina, quam quis ducere intendit, quia tunc affinitas contrahitur, & alia opus erit Dispensatione.*

164 *Rescriptum Pontificis non extenditur ad casus postea exortos.*

165 *Si honestas sit in gradu inæquali, superfluum erit explicare, quod ex Matrimonio rato proveniat, quia honestas ex Sponsalibus proveniens non excedit primum Gradum.*

166 *Quoad errorem in expressione Nominis, Pronominis, Gradus, Loci, vel Diœcesis Oratorum; prout circa Compositiones, & Taxas pro Dispensatione solvendas, eædem Regulæ assignantur in affinitate, ac in consanguinitate.*

167 *Pro obtinenda Dispensatione super Impedimento cognationis Spiritualis debet explicari qualitas cognationis.*

168 *Super Paternitate Papa non solet Dispensare.*

169 *Insuper explicari debet, an Cognatio oriatur ex Baptismo, vel Confirmatione, vel ex ambobus.*

170 *Quid si quis plures filios alicujus de sacro fonte levasset, vel plures in Confirmatione tenuisset.*

171 *Spiritualis Cognatio multiplicatur, vel ex diversis Sacramentis, nempe Baptismo, & Confirmatione, vel quando Compatres alter alterius vicissim levant filios.*

172 *Quid si aliquis plures filios alicujus baptizasset.*

173 *Etiam in casu necessitatis, & in privato Baptismo domi celebrato, Baptizans Cognationem contrahit.*

174 *Circa Dispensationem obtinendam super Voto, vel Juramento, debet exprimi, si Votum, vel Juramentum fuerunt facta unum independenter ab alio.*

175 *Quid si Juramentum factum fuisset in confirmationem Voti.*

176 *Quid si quis teneretur Voto Castitatis, & Religionis.*

177 *Quid si habens Votum non nubendi, vel non fornicandi, exprimeret se habere Votum Castitatis.*

178 *Votum, vel Juramentum si soli Deo factum sit, vel in gratiam Tertii, debet exprimi.*

179 *Quid si ille, qui eget Dispensatione super Voto, peteret Dispensationem a Juramento, vel è contra.*

180 *Qui potest Dispensare in Votis, potest etiam in Juramentis soli Deo factis.*

181 *Quamvis millies fuissent repetita Vota, nulla nova obligatio esset inducta.*

182 *Limita, nisi repetita fuissent post Dispensationem jam factam.*

183 *Assignatur Regula pro explicandis Votis.*

184 *Quid si Vota sint diversa, & unum non includatur in alio?*

185 *Quid si unum includatur in alio? Vide plura exempla, quæ subjiciuntur.*

186 *Quoad Impedimentum Raptus, debet exprimi in Dispensatione petenda, an factus fuerit ad effectum Matrimonii contrahendi.*

187 *Item exprimi debet, si factus fuerit eo fine, ut faciliorem impetraret Dispensationem.*

188 *Pro Dispensatione obtinenda super commisso, seu machinato Crimine, quid sit exprimendum.*

189 *Quid si Dispensatio petatur super iterato Crimine.*

190 *Non præsumitur Pontificem velle idem genus Criminis pluries remittere.*

191 *Indignus est venia, qui clementia Principis ad consuetudinem peccandi abutitur.*

192 *Crimina repetita semper reddunt Pontificem difficiliorem ad dispensandum, & propterea dicta repetitio exprimi debet.*

193 *Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*

194 *Solitus delinquere gravius peccat.*

195 *Intellige tamen, esse exprimendam repetitionem ejusdem generis Criminis, quod repetitum est.*

196 *Si quis fuisset prima vice Dispensatus v. gr. super Crimine Machinationis, & postmodum indigeat Dispensatione super Crimine Adulterii cum promissione, & fide data futuri Matrimonii, non erit necessaria expressio primi Criminis in Dispensatione petenda, quia sunt diversa Impedimenta.*

197 *Si quis incurrisset in Irregularitatem ob aliquod homicidium, & obtenta Dispensatione aliud homicidium*

dium

dium perpetrasset, si petat dispensationem, debet de prima dispensatione mentionem facere.

198 Quid si crimen fuisset jam deductum ad forum contentiosum, non tamen plene probatum.

199 Quid si post dispensationem obtentam super aliquo Impedimento dirimenti superveniat affinitas Matrimonium dirimens.

200 Quid si dict. Affinitas superveniat post commissam Delegato dispensationem, sed nondum ab eo exequutam.

201 Si consanguinei, vel Affines contraherent inter se Matrimonium cum dispensatione, & deinde mortuo uno ex conjugibus vellet superstes dispensari ad ducendum aliam consanguineam, an necesse sit primæ dispensationis facere mentionem.

202 Quid si post Impetratam dispensationem ad contrahendum cum consanguinea, mutato proposito vellet ducere aliam consanguineam.

203 Quid si post impetratam dispensationem ad ducendam consanguineam, aliam duceret; qua mortua, vellet prima dispensatione uti.

204 Si constitutus in Sacris dispensaretur, ut ducere posset uxorem, & deindo ducere vellet consanguineam, an primæ dispensationis mentio sit facienda.

205 Necessaria est mentio prioris dispensationis obtentæ tribus casibus.

Primò, quando casus est à jure expressus; Secundò, quando commemoratio prioris dispensationis necessaria est, ut Papa non ignoret totum impedimentum, super quo dispensatio petitur Tertiò, quando per secundam dispensationem petitur alia major gratia super eo, de quo fuit alias dispensatus.

206 Beneficiatus obtinuit dispensationem non residendi per quinquennium in beneficio cum perceptione fructuum; si expleto d. quinquennio petat super eadem re aliam Gratiam, & dispensationem, necesse erit exprimere priorem.

207 Si quis obtenta Dispensatione super Voto Castitatis, ducat Uxorem, eaque mortua velit ducere aliam, tenebitur, non solum impetrare novam dispensationem super d. Voto, sed de prima dispensatione mentionem facere, alias dispensatio erit subreptitia.

208 Si illegitimus dispensatus ad Beneficia, velit deinde dispensari super pluralitate, debebit in ista secunda dispensatione mentionem facere, non solum de prima gratia obtenta, sed etiam de illegitimitate.

209 Amplia, ut non solum eo casu necessaria sit d. expressio Illegitimitatis, sed debebit etiam de necessitate exprimi qualitas ipsius illegitimitatis, ut si sit Spurius, Sacrilegus, &c.

210 Quid sit prius absolute impetrasset à Papa legitimationem.

211 Si natus ex duplici Adulterio exprimeret simpliciter se natum ex Adulterio, vitiaretur gratia, nisi expressisset se natum ex conjugato, & conjugata.

212 Si quis dispensationem obtinuisset cum aliqua limitatione, & postea super eadem re vellet dispensari absolute, tenebitur de dict. priori dispensatione, cum limitatione obtenta, facere mentionem.

213 Si quis obtenta aliqua dispensatione super una re velit postea dispensationem, seu majorem exemptionem super eadem re obtinere, ut v. gr. si obtenta exemptione à parte decimarum, vellet majus Privilegium super eadem re obtinere, debebit de priori dispensatione mentionem facere.

214 Sic tenebitur mentionem facere de priori dispensatione cum limitatione obtenta ille, qui postea petat absolute aliam dispensationem super eadem re.

215 Tunc valida erit secunda dispensatio, non facta mentione de prima super eadem re obtenta.

216 Primò quando nova, & sufficiens causa supervenisset, ex qua præsumatur Pontifex dispensationem secundam non denegaturus.

217 Secundo, quando prima dispensatio concessa fuisset cum limitationibus, quæ de stylo Curiæ in tali concessione solitæ sunt apponi.

218 Si quis ad tollendum aliquem scrupulum, seu dubium super priori dispensatione petat de novo super eadem re, vel impedimento dispensari, & facta simili expressione quoad circumstantias obtineat illam æqualem quoad gratiam valebit ista secunda, quamvis de priori dispensatione non fuerit facta mentio.

219 Nec vitiabit, si taceatur quod eamdem dispensationem alias petierit, & non obtinuerit.

220 Vel si taceatur, quod à Pontifice denegata fuisset, eo quia judicasset non adfuisse justam dispensandi causam.

221 Amplia, ut non solum possit dictis casibus Inferior dispensare ut supra, sed consimili ratione poterit etiam dispensare habens facultatem delegatam ad dispensandum, eo quod ab habente jurisdictionem ordinariam denegata fuisset.

222 Petitio dispensationis prius à Pontifice facta non operatur Præventionis effectum.

223 In usu Jurisdictionis voluntariæ non habet locum Præventio.

224 Qui obtinuit rescriptum Apostolicum, ut possit à Confessario dispensari, eandem dispensationem obtinere poterit ab Episcopo, vel alio inferiori Prælato, qui tali facultate præditus sit, non facta mentione ejusdem Rescripti.

225 Concessa in favorem non debent in odium retorqueri.

226 Si Dispensatio prima est nulla, non est opus in secunda de priori mentionem facere.

227 Quando jura specialiter prohibent, ne, tali casu occurrente, dispensatio concedatur, necesse erit de eo casu mentionem facere, si dispensatio super aliquo impedimento dirimenti petenda sit.

228 Si consanguinei, vel affines intra 4. gradum Matrimonium scienter cum impedimento dirimenti contraxissent, & eo magis si consummare præsumpsissent, tenentur in dispensatione petenda ad contrahendum istam circumstantiam explicare.

229 Concilium Tridentinum facit jus commune.

230 Quando Papa, dispensando contra Concilium absque justa causa, peccaret mortaliter.

231 Ad Concilium spectat, ea, quæ ad fidem, & mores Ecclesiæ spectant, definire, & declarare.

232 Ad hoc, ut Papa sciat dispensationem peti super casu, in quo dispensatio prohibita est à Jure, vel à Concilio, necessaria est expressio d. qualitatis, alias dispensatio erit nulla.

233 Dispensatio in casu proxime dicto nulla erit, quamvis etiam Motu proprio facta fuisset.

234 Non solum facienda erit mentio de Matrimonio clandestine contracto inter prohibitos, in dispensatione petenda; sed & exprimendus erit finis, quo Matrimonium contractum, vel consummatum fuerit.

235 Sic pariter, si hujusmodi Matrimonium fuerit clandestine scienter contractum, post mandatum à Pontifice ad dispensandum commissum, sed nondum à Delegato exequutum.

236 Ad hoc, ut vere dici possit Tractatus, oportet, ut fuerit completus, & perfectus cum conclusione.

237 Tractatus non conclusus, nec aliis concurrentibus, non concludit ad Matrimonium.

238 Ad hoc, ut Oratores subjaceant prohibitioni Concilii sess. 24. nu. 5. de reform. Matrimonii de non dispensando, & aliis pœnis ibi appositis, non sufficit, quod sola sponsalia sint inter Oratores contracta, quamvis etiam fuerit inter eos subsequuta copula, sed requiritur quod Matrimonium fuerit clandestine contractum.

239 Concilium ibi solum Matrimonium clandestinum punit, non autem solam copulam, quamvis scienter habita sit.

240 In pœnalibus non est facienda extensio: Concilium Tridentinum punit illos, qui Matrimonium clandestinum inter se scienter contrahunt, de illis loquitur, qui cum scientia Impedimenti dirimentis coram Parocho, & testibus contrahunt.

241 Quid si inhabiles ad contrahendum contrahunt per verba de præsenti, sub conditione impossibili.

242 Ex hujusmodi Matrimonio non oritur Impedimentum publicæ Honestatis.

243 Siqui bona fide, & ignorantes aliquod Impedimentum inter se existere, Matrimonium contrahant spretis denunciationibus, si postea aliquod Impedimen-

mentum dirimens detegatur, tenentur in dispensatione petenda de hujusmodi omissione, & spretu mentionem facere, alias dispensatio nulla erit.

244 *Qui sic contraxerint, subjacebunt pœnis à Concilio comminatis.*

245 *Filii ex dicto Matrimonio nati, erunt illegitimi.*

246 *Non est dignus Ecclesiæ benignitatem experiri, qui ejus salubria præcepta temere contempsit.*

247 *Non dicitur ignorantia probabilis, quando omittuntur requisita à Jure, vel ab Ecclesia.*

248 *In Matrimonio clandestine celebrato præsumitur mala fides.*

249 *Qui male agit, odit lucem.*

250 *An Copula sit explicanda in dispensatione petenda.*

251 *Non est proprie Incestus, nisi copula fuerit perfecta.*

252 *Si illi, qui habuerunt incestum, non habebant notitiam impedimenti, non committitur incestus; nec tenetur in dispensatione petenda de hujusmodi copula mentionem facere.*

253 *Nec erit necesse hujusmodi qualitatem, & circumstantiam consanguinitatis, vel Affinitatis eo casu aperire in Confessione.*

254 *Quid si unus tantum ex habentibus copulam sciat impedimentum.*

255 *Et copula proprie dicitur incontentiosa, quæ habetur inter consanguineos, vel affines.*

256 *Copula inter impeditos cognatione Spirituali, vel Publica Honestate, non est incestuosa, nec exprimenda in dispensatione.*

257 *Copula, quæ habita sit inter consanguineos, vel affines post dispensationem factam à Pontifice, vel Delegato, antequam Matrimonium contractum sit, non est incestuosa.*

258 *Quid si post dispensationem factam à Delegato, nova insurgeret affinitas Matrimonium dirimens.*

259 *Quid si in dispensatione, seu potius mandato per Pontificem Delegato commisso adesset clausula* Dummodo copula non intercesserit.

260 *Proponitur sententia affirmans non teneri Oratores copulam manifestare, si dispensatio sit pro foro externo.*

261 *Proponitur sententia affirmans teneri illam manifestare.*

262 *Dictio*, Dummodo, *conditionem importat, ob quam Jurisdictio suspenditur, donec d. clausula non fuerit justificata, & ita qualificat gratiam, ut sive modum, sive conditionem importet, nil actum censeatur, donec sit plene justificata.*

263 *Hodie non datur dispensatio cum d. clausula.*

264 *Reprehenduntur Judices, qui cum non habeant in mandato de copula inquirere, interrogant Sponsos, an sequuta fuerit.*

265 *Ad delegatum non spectat cognoscere de his, quæ non habet in mandatis, nec tenetur verificari facere id, quod in Literis suæ commissionis non legitur, nec continetur.*

266 *Si copula habita fuit spe facilius obtinendi dispensationem super impedimento dirimenti, an, & quando explicari debeat in impetratione dispensationis.*

267 *Quid si alter conjugum habuerit dictam spem, alter vero sit innocens.*

268 *Quid si d. finis, & spes fuerit occulte habita, & solum in mente retenta.*

269 *Quid si copula non adducatur in causam, sed ob aliam causam dispensatio impetretur.*

270 *An copula sit de necessitate exprimenda, si ob aliam causam impetretur dispensatio.*

271 *Proponitur Sententia affirmans.*

272 *Proponitur Sententia negans.*

273 *Iteratio copulæ cum eadem persona, quam quis ducere intendit, non auget, nec novum impedimentum inducit.*

274 *Quid si copula habeatur post commissam dispensationem à Pontifice, sed nondum ab Ordinario exequutam.*

275 *Quid si copula habita sit, antequam Oratores intenderent contrahere.*

276 *Quid si copula sit occulta; Quando S. Pœnitentiaria dispensat super impedimento, expressa sibi copula occulto habita, solet committere Confessario non solum absolutionem ab incestu, sed & dispensationem super impedimentis, quamvis fuerit alias concessa, seu concedenda à Pontifice.*

277 *Refertur opinio affirmans, pro foro conscientiæ non esse necessariam copulæ expressionem, sed tantum esse faciendam, quando copula publica sit.*

278 *Referuntur fundamenta prædictæ opinionis.*

279 *Refertur opinio negans necessitatem expressionis hujusmodi copulæ in dispensatione petenda, si alia causa proponatur pro impetratione dispensationis.*

280 *Opinio Auctoris.*

281 *Doctrina eorum, qui dicunt illam taciturnitatem vitiare, intelligi debet de his, de quibus est in jure cautum, quod illis expressis Papa non dispenset.*

282 *Quando appareat, quod Jura jubeant aliquam qualitatem exprimi.*

283 *Quod Lex non dicit, non est ab homine præsumendum.*

284 *Dispensationem esse nullam, est pœna.*

285 *Ubi Jus pœnam non imponit, non est imponenda.*

286 *Pœna nullitatis ipso Jure non intelligitur, nisi in casibus Jure expressis.*

287 *Quamvis pœna apposita fuisset ipso Jure incurrenda, adhuc declaratoria requireretur.*

288 *Si Legislator pœnam nullitatis voluisset, utique expressisset.*

289 *Legislator id voluisse præsumitur, quod cum facile potuisset exprimere, non expressit.*

290 *Si non expressum, ergo volitum.*

291 *Non expressum à Lege habetur pro omisso.*

292 *Quando Papa aliud non explicat, constitutio non se extendit.*

293 *In odiosis, & pœnalibus omissum habetur pro omisso.*

294 *Non expressum à Lege interpretari debet fuisse omissum ex mente omittentis.*

295 *Nullo jure præcipitur copulam exprimi.*

296 *Non præcipitur Jure naturæ.*

297 *Non Jure Divino.*

298 *Non Jure positivo.*

299 *Non in Concilio Tridentino.*

300 *Non in Regulis Cancellariæ.*

301 *Non in ipsis Literis dispensationum.*

302 *In Literis dispensationum apponitur clausula,* Dummodo mulier propter hoc rapta non fuerit.

303 *Taciturnitas copulæ cum non reperiatur in Jure prohibita, utique censeri debet permissa.*

304 *Illa sola taciturnitas vitiat, quæ sit circa causam finalem dispensationis.*

305 *Copula ex se non potest esse causa finalis Dispensationis.*

306 *Ejus taciturnitas non vitiat, quamvis ob dictam copulam Papa difficilius concessisset.*

307 *Quando ad impetrandam dispens. aliqua causa exprimitur, quæ ex se sufficiens sit ad concedendum, si taceatur alia causa, quæ difficiliorem reddidisset Pontificem ad dispensandum, quamvis etiam quoad modum quemdam accidentalem, nec variantem rei substantiam, nec absolutam concessionem, sed quoad majorem concedendi facilitatem sit aliquantulum involuntaria, concessio nihilominus simpliciter, & quoad substantiam est voluntaria.*

308 *In petenda dispensatione matrimoniali non est necessario facienda mentio de criminibus.*

309 *Experientia docet plerosque incestuosos potius in peccato perseverare, si ad novas dispensationes impetrandas cum nova expensa adstringantur.*

310 *In diversitate opinionum, ea opinio est amplectenda, quæ Pietati favet, Religioni, & Animæ, ut peccatum, & scandala evitentur.*

311 *Et quæ mitior est, æquior, ac benignior.*

312 *Maxime si Libertati favet, & Matrimonio.*

313 *Quamvis in dubio practico tutior via sit eligenda, tamen in dubio speculativo tutior via est eligenda tantum in casibus à Jure expressis, non autem in aliis, nisi de consilio.*

314 *Potest quis sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori.*

315 *In*

315 *In dubio ea facienda est Interpretatio, quæ facit pro validitate actus, & Dispensationis, & ut magis sustineatur, quam pereat.*

316 *Ea Interpretatio sumenda est, per quam evitatur subreptio Gratiæ, & Dispensationis.*

317 *Nulla hucusque Constitutione, de qua authenticè constet, reperitur reprobata opinio negans necessitatem expressionis copulæ in dispensatione petenda.*

318 *Reprobata fuit, & damnata opinio, quod valida esset Confessio facta per Pœnitentem Confessario absenti per Literas.*

319 *Quod est inverisimile, non est credibile.*

320 *Quæ sunt speciali nota digna, si non sint expressa, censentur omissa.*

321 *Concilii Dispensatio sess. 24. cap. 5. de Reformat. Matrim. nullam obligationem inducit copulam exprimendi.*

322 *Pontifex expressa copula potius facilius dispensat attenta probabili, & ferè certa consequentia scandalorum, quæ ob dictam copulam ex Dispensationis denegatione possunt verisimiliter exoriri.*

323 *In gradibus propinquioribus, in quibus aliæ causæ ordinariæ non admittuntur, & est prohibita à Concilio Dispensatio, si copula exprimatur, & narrentur diffamatio mulieris, & eximium periculum, ut innupta remaneat, & gravia scandala sint verisimiliter oritura, nisi Matrimonium contrahatur, Papa dispensat.*

324 *Dum copula exprimitur, omnes aliæ causæ cessant.*

325 *Imo non solum si sequuta fuerit copula, sed etiam si Oratores insimul conversati sint, Papa concedit Dispensationem, dum scandala, & alia prædicta timentur.*

326 *Quamvis expressio copulæ sit causa, ut Dispensatio concedatur, cum majori compositione, & cum multis additionibus, id tamen non pertinet ad causam finalem, & motivam, cum non fiant pro Consanguinitate, vel Affinitate, super quibus dispensatio petitur, sed in pœnam copulæ Incestuosæ.*

327 *Incestus est gravissimum crimen, & gravi pœna dignum, & ob id incestuosi multis pœnis, & præjudiciis subjiciuntur, quæ hic referuntur.*

328 *Aliud est incestuosos copula expressa, & pro causa dispensationis allegata puniri, dum absolutio petitur a Pontifice; Aliud autem est, quod non expressa copula irritetur dispensatio ipso Jure.*

329 *Dispensatio cum majori compositione, & injunctis pœnitentiis conceditur, etiam dum Oratores inter se conversati sunt, non habita copula.*

330 *Incestus cum ipsis consanguineis, vel affinibus, qui inter se contrahere volunt, nullum est impedimentum ad contrahendum, cum non procedat ex Jure Divino, nec humano, nec ex aliquo stylo, seu consuetudine.*

331 *Incestus, quatenus esset impedimentum ad contrahendum (quod expresse negatur) adhuc non esset necessarium ob illud adire Pontificem, ex quo posset etiam Episcopus super eo dispensare.*

332 *Si Matrimonium in d. casu, quo dispensatio requireretur, absque dispensatione contraheretur, esset quidem illicitum, sed tamen validum.*

333 *Solus Incestus cum Affinibus conjugum antiquo tempore Matrimonium contrahendum prohibebat, ob injuriam, quæ inferebatur Matrimonio, non tamen erat impedimentum dirimens.*

334 *In d. incestu cum affinibus poterat, & solebat Episcopus dispensare.*

335 *Dictum impedimentum jamdiu recessit ab usu.*

336 *Generali consuetudine factum est, ut nulla sit culpa contrahere Matrimonium cum impedimentis impedientibus præter Votum, Sponsalia, & interdictum Ecclesiæ.*

337 *Et sic, ut ob nullum incestum petatur dispensatio nec à Pontifice, nec ab Episcopo.*

338 *Non est necessaria expressio impedimenti tantum impedientis, in impetratione dispensationis super alio dirimenti.*

339 *Dispensationes ideo obtinentur, ut illud valide fiat, quod sine illis, si fieret, esset invalidum.*

340 *Crimen incestus cum alia via, quam dispensationis tolli possit, non est necessaria de eo mentio in dispensatione.*

341 *Incestus est impedimentum diversum à consanguinitate, vel affinitate.*

342 *Antiquo tempore hoc impedimentum oriebatur quidem ex copula illicita habita inter consanguineos Viri, vel Uxoris inter 4. gradum, non tamen contrahebatur inter ipsos copulam habentes, qui fuerant principium affinitatis.*

343 *Hodie impedimentum ex fornicatione contractum, est à Concilio ad secundum gradum restrictum, ut sess. 24. cap. 4. de Reformatione Matrimonii, adeo ut in ulterioribus gradibus non sit illicitum contrahere.*

344 *Stylus, cum sit quid facti, eget probatione.*

345 *Stylus Curiæ non inducit necessitatem aliis judicibus, & Tribunalibus extra curiam illum servandi, nisi sit scriptus, probatus, notorius, & speciali decisione, ac declaratione Pontificis confirmatus.*

346 *Stylus Curiæ est variabilis, itaut ad mutationem Papæ, & auditorum varietur.*

347 *Stylus Curiæ modo albus, modo niger.*

348 *Pro stylo accipi debet Juris interpretatio.*

349 *Copula in dispensatione petenda de consilio Virorum Doctorum non semper exprimitur; quamvis aliquando de consilio aliorum contrariæ opinionis exprimatur.*

350 *dispensatio* In forma Pauperum *ob nullam aliam causam conceditur, quam ad succurrendum honori fœminæ, & scandala evitanda.*

351 *Qui exprimunt copulam, non propterea quoad alios legem faciunt.*

352 *Navarrus fuit unus ex consultoribus Sacræ Pœnitentiariæ.*

353 *De stylo Romanæ Curiæ ex diversis causis dispensationes Matrimoniales conceduntur, & ex his, si plures concurrant, datur optio Oratoribus allegandi quam velint, dummodo talis sit, ut moveat Pontificem ad dispensandum.*

354 *Declarationes S. Congregationis an sint Decisivæ, seu Doctrinales.*

355 *Declarationes S. Congregationis ad hoc ut obligent, quæ requirantur.*

356 *Declarationes S. Congregationis ad instantiam particularium personarum factæ, eas tantum personas obligant quibus authentice, & modo quo hic notificantur.*

357 *Declarationes prædictæ, quamvis authenticæ sint, non faciunt Generale Jus, sed solum deserviunt pro illis casibus, in quibus dantur.*

358 *Si Pontifex vellet d. Declarationes, esse universales, & infallibiles Leges, omnino recipiendas, typis mandari juberet.*

359 *Ipse Princeps dans responsum in aliquo particulari casu, non fungitur munere Principis toti Reipublicæ Jusdicentis, sed potius munus privati Judicis in causa particulari, de qua potest judicare secundum propriam opinionem.*

360 *Declarationes S. Congregationis, quæ non fiunt ad instantiam partium ad hoc ut obligent, quæ requisita necessaria sint.*

361 *Istæ declarationes, cum sint novæ leges, nova egent publicatione, ut obligent.*

362 *Non debet præstari fides Doctoribus simpliciter asserentibus sic in tali casu fuisse a S. Congregatione decisum, nisi authenticæ sint, & concurrant requisita dicta.*

363 *Ex speciali Decreto ipsius S. Congregationis non est adhibenda fides d. Declarationibus, non concurrentibus requisitis, de quibus dicimus.*

Apponitur tenor ipsius Decreti.

364 *Referuntur plures casus, in quibus publicatæ fuerunt per Episcopum Lucanum, aliquæ declarationes S. Congregationis.*

OBreptio, & Subreptio, quamvis dicantur sinonyma, & nil inter se differre, ut existimat Sanchez *l.* 8. *disp.* 21. *n.* 2. nihilominus vere inter se differunt, ut explicant magis communiter Doctores : 2 Subreptio etenim tunc proprie committitur, dum ve- 1

rum

rum ſubticetur, vel per confuſam, & perplexam narrationem aliquid occultatur: Obreptio autem fit
3 cùm aliquid falsò narratur; Sic bene diſtinguunt Menochius *conſ.* 387. *num.* 3. *&* *num.* 24. *volum.* 4. Maſcardus *de probat. concluſ.* 1210. *num.* 10. Lezana *QQ. Regul. tom.* 4. *verbo Literæ Apoſtolicæ num.* 3. Franciſcus Leo *in Theſ. Fori Eccleſiaſtici part.* 2. *cap.* 16. *num.* 12. Lotherius *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 54. *num.* 9. Franc. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *num.* 339. & alii quos refert idem Sanchez *l. c.* vide Salas *de Legib. diſp.* 20. *ſect.* 15. Pirthum Corrad. *in Praxi Diſpenſ. Apoſt. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 54.

An autem, & quando hæ Gratiam vitient, multi multa dicunt, ut videri poteſt penes ipſum Sanchez *d. diſp.* 21.

At omiſſis Diſputationibus, ſi de Subreptione loquamur, ea nobis opinio probatur, quæ affirmat
4 ſolam illam veri taciturnitatem vitiare, quam Jura exprimi jubent, vel de quibus eſt in Jure cautum, quòd illis expreſſis Papa non concederet;
5 Voluntas namque Principis talis eſſe præſumitur, qualis eſt intentio Juris *l. ex facto in principio*. Gloſſa *in cap. Paratus, cauſa* 23. *qu. pr.* Menoch. *conſ.* 52. *num.* 78. *vol. pr.* Puteus *deciſ.* 66. *num.* 5. *lib.* 1. Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 12. Seraphin. *deciſ.* 965. *num.* 15. *&* *deciſ.* 1396. *num.* 3. Ludoviſ. *deciſ.* 163. *num.* 6. Merlin. Pignatell. *controv. forenſ. cap.* 8. *num.* 5. *centuria* 2. Barboſa *de Jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 107. Et Papa ſem-
6 per præſumitur velle diſpoſitionibus Juris communis ſe conformare, niſi aliud decernat; Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 12. Lotherius *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 54. *num.* 23. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 940. *num.* 3. *tom.* 5. Menoch. *conſ.* 416. *num.* 22. *tom.* 5. Tuſch. *concluſ.* 53. *num.* 2. *lit. P.* Rota *in noviſſimis deciſ.* 196. *num.* 27. Rota coram Durano *deciſ.* 154. *num.* 23. *&* *num.* 25. *&* *deciſ.* 171. *n.* 2. Rota *inter impreſſ. poſt pr. Volum. conſil. Farinacii deciſ.* 84. *num.* 10. Et quod illa ſola Taciturnas vitiet, quam Jura exprimi jubent, vel de quibus eſt in Jure cautum, quòd illis expreſſis Papa non concederet; apertè docent Salas *de leg. diſp.* 20. *ſect.* 15. *num.* 115. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *diff. pr. num.* 347. Bellam. *deciſ.* 697. *n.* 4. *circa finem*; Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 86. *&* *lib.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 18. *&* *de Confid. quæſt.* 46. *num.* 54. Puteus *deciſ.* 97. *num.* 6. *lib.* 2. *&* *deciſ.* 187. *num.* 1. *lib.* 1. Silva *de benef. part.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 48. Caputaquenſ. *deciſ.* 46. *num.* 2. *part.* 2. *&* *deciſ.* 224. *num.* 1. *&* *deciſ.* 245. *num.* 1. *tom.* 3. Mandoſius *de Signatura Gratiæ, titulo de Abſolutione ab hæreſi, verſic. Diſpenſatum fuerat*; Fragoſius *Regim. Chriſt. Reipublicæ part.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 11. §. 3. *num.* 303. Gamb. *de Pot. Legat. lib.* 6. *num.* 367. Ludovicus Beda *Reſp. Caſ. Conſc. part.* 2. *caſu* 3. §. Sed his non obſtantib. Proſper Farinacc. *in Praxi Crimin. part.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 48. *&* *conſ.* 93. *num.* 6: Maſcard. *de probat. concluſ.* 846. *num.* 2. Navarr. *lib.* 4. *Conſil. conſil.* 2. *de Conſangu. &* *Affin. in* 1. *edit. &* *in Summa cap.* 27. *num.* 86. Menoch. *de Arbitr. Judic. caſu* 201. *num.* 26. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 86. *num.* 3. *&* *deciſ.* 105. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Rota *int. impreſſas poſt* 2. *Volum. Conſil.* Farinac. *deciſ.* 157. *n.* 3. *Reſponſa* Marant. *Reſponſ.* 39. *part.* 1. Guttierez *Canon. QQ. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 3. Caputaquenſ. *deciſ.* 310. *num.* 3. *part.* 1. Layman *Theol. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *num.* 18. Melchior Lother *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 51. *&* *quæſt.* 54. *num.* 51. Antoninus Diana *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 53. *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 50. *&* *reſol.* 83. Ludoviſ. *dec.* 108. *num.* 6. *&* *deciſ.* 150. *num.* 2. *&* *num.* 11. *in annotat.* Capyc. Latro *deciſ. Sacri Conſilii Neap. deciſ.* 182. *num.* 13. Merlin. Pignatell. *controv. forenſ. cap.* 87. *num.* 2. *centuria* 2. & alii plures, quos refert, & ſequitur Sanchez. *d. diſp.* 21. *num.* 10.
7 Ratio eſt, quia Jura pro forma exigunt expreſſionem harum qualitatum, & proinde, niſi forma
8 ſervetur, corruit Actus, ut dicimus *cap.* 6. quamvis per ſimplicitatem, vel ignorantiam omiſſa ſit; 9
Fælinus *cap. Super literis num.* 1. *verſ. Limita primò.* Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 3. Maſchardus *de probat. concluſ.* 846. *num.* 4. & ob
id ſi taceatur aliqua qualitas, quam Jura non ju- 10
beant exprimi, quamvis ſi expreſſa fuiſſet, Papa difficilius conceſſiſſet, tamen non vitiabitur Gratia; Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 21. *nu.* 11. Layman *d. cap.* 22. *n.* 18. Pariſ. *de confident. quæſt.* 46. *n.* 54. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 535. Diana *d. reſol.* 83. Lother *d. lib.* 2. *q.* 54. *num.* 31. Qui propterea refert Francum, Decium, Farinac. Bellamera, Verallum, & Puteum; quia regulariter dum agitur de invaliditate Gratiæ ob 11
Taciturnitatem, intelligi debet, juxta veriorem opinionem, ut vitiet taciturnitas eorum, de quibus eſt in Jure cautum, quod illis expreſſis Papa non conceſſiſſet, ut optimè concludunt Bellam. *deciſ.* 697. *paulo ante num.* 5. Lotherius *d. lib.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 51. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *n.* 353. Rota apud Vivian. *poſt Praxim deciſ.* 97. *num.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 535. *num.* 26. *&* *n.* 27. Ratio eſt, quia Papa, vel Princeps præſumitur Diſpoſitioni Juris communis velle ſe conformare, niſi aliud expreſſe decernat, ut *num.* 6. diximus; & propterea optimè dicunt Garzia *de benef. par.* 8. *cap.* 3. *num.* 25. Merlin. Pignatell. *controv. forenſ. cap.* 87. *num.* 13. *centuria ſecunda*, & Gratian. *l. c.* quod ſi exprimenda eſſent omnia, quæ retrahe- 12
rent, vel retardarent Pontificem à conceſſione, licet Jure, vel ſtylo non caveatur eſſe exprimenda, nec de Jure præſtent impedimentum, nulla fere gratia, ſeu conceſſio eſſet tuta, & certa, & eſſet valde durum, & grave ſubjacere hujuſmodi nullitatibus ipſo Jure; Unde non immeritò Rodriquez *in Summa tomo* 1. *cap.* 237. *num.* 1. *concluſ.* 1. docet valere Diſpenſationem tacita veritate, propter quam Papa majori cum difficultate conceſſiſſet, niſi Jus exigat, ut dicta Qualitas exprimatur. 13

At viceverſa ſi aliqua qualitas taceretur, quæ ex 14
diſpoſitione Juris exprimenda eſſet, quamvis etiam ignoranter, & abſque dolo fieret, Gratia vitiaretur, & nulla eſſet; quia Jura dictam qualitatis expreſſionem pro forma exigunt; *Colligitur ex Capitulo penult. de Reſcript. &* *cap. Si motu proprio, eodem titulo*, ubi definitur eſſe ſubreptitiam impetrationem à Sede Apoſtolica factam de Beneficio, taciris aliis jam obtentis: Sic docent Sanchez *num.* 14. *l. c.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 846. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 244. *num.* 18. *lib.* 2. Layman *l. c.* Lother. *d. lib.* 2. *quæſt.* 54. *num.* 28. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *num.* 348. Lezana *QQ. Regul. tom.* 4. *verbo Literæ Apoſtolicæ, num.* 4. Sperell. *deciſ.* 173. *num.* 54. Imo nec juvaret, quod Papa, dict. qualitate expreſſa, fuiſſet nihilominus conceſſurus; ut bene ponderat Lotherius *loc. cit.* quia cum Jus commune
omnibus pateat, & ſemper ſit certum, illius igno- 15
rantia non præſumitur; Maſcard. *de probat. concluſ.* 1191. Pariſ. *conſ.* 68. *num.* 302. *part.* 4. Rota inter impreſſas per Ludovic. Cenc. *poſt tractatum de Cenſib. deciſ.* 460. *num.* 8. imo nec poteſt ipſius ignorantia allegari; Regula *de Juris, &* *Facti Ignorantia*. Rota inter Deciſ. impreſſas poſt primum Volum. Conſilior. Farinacii *deciſ.* 66. *nu.* 4. Redenaſch. *conſ.* 79. *num.* 26. Merlinus Pignatell. *controv. forenſ. cap.* 54. *n.* 1. *centuria* 1. & faciunt dicta per Franciſcum Vivium *Deciſ. Regni Neap. deciſ.* 253. *n.* 1. & qui hoc 16
caſu veritatem reticet, præſumitur in dolo; Lotherius *l. c. n.* 9. Pariſ. *de confid. quæſt.* 21. *n.* 2. Sublata 17
autem Juris neceſſitate, ceſſat doli præſumptio, & Gratia ob id non invalidatur; Lotherius *d. quæſt.* 54. *n.* 30. Seraphin. *deciſ.* 1432. *n.* 9. Unde optime concludunt Doctores infra *n.* 26. citati, tunc ſolum vitiari Diſpenſationem, quando tacita veritas fuit cauſa finalis Diſpenſationis.

Nec ſolum ex taciturnitate Qualitatis de Jure expri- 18
mendæ vitiatur Gratia, ut diximus, ſed id ſimiliter procedit, quando ex inconcuſſo ſtylo Curiæ obtentum ſit, ut aliqua qualitas exprimi debeat; Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *num.* 352. Sanchez

d. lib. 8.

d. lib. 8. disp. 21. n. 13. Layman, *d. cap. 22. num. 18.* Salas *de leg. disp. 20. sect. 15. num. 117.* Sperellius *l. cit.* Diana *d. resol. 50. vers. Itaque in dispensationibus*

19 Mascard. *de probat. conclus. 846. num. 8.* Stylus namquæ Curiæ facit Jus, & est pro Lege servandus; Gar. *de benef. par. 1. cap. 5. num. 23.* Barbos. *in Praxi exigendi Pens. par. 1. quæst. 5. num. 16.* Paris. *de resignat. lib. 10. quæst. 2. nu. 17.* Sanchez *de Matr. lib. 3. disp. 29. numer. 17.* Diana *par. 4. tract. 4. resol. 135.* Responsa Marantæ *resp. 39. n. 62. part. 1.* Gonz. *ad reg. 8. Cancell. Glossa 6. num. 200.* Mandos. *Reg. Cancell. Reg. 33. quæst. 9. num. 7.*

20 Imò id pariter procedit, cum aliqua Qualitas de consuetudine Principis exprimi deberet; Consuetudo namque pro Lege servatur: *l. minime ff. de leg.* Layman *Theol. mor. lib. 1. tract. 4. cap. 24. n. 1.* Mascard. & Merolla *ll. cc.*

21 Obreptio autem, sive falsa expressio, an, & quando Gratiam vitiet, dissident Doctores; & quidem

22 non desunt, qui absolutè doceant, dispensationem esse irritam, & nullam, tam si falsitas contingat circa causam finalem, quam si sit circa solam impulsivam; Ita Barbosa *in Votis Canonicis libr. 2. voto 17. num. 81.* Crescentius *decis. 8. alias 139. num. 7. de Præbend.* Masc. *de prob. concl. 846. num. 1.* Gutierez *can. QQ. lib. 1. cap. 15. num. 12.* Caputaquens. *decis. 274. n. 8. 9. par. 1.* late Gar. *de benef. par. 6. c. 2. num. 200.* & alii plures, quos refert Sanchez *d. disp. 21. n. 10.* Ratio istorum est, quia Gratia Principis

23 habet in se tacitam conditionem, *Si preces veritate nitantur*, quæ clausula, quamvis etiam apposita non fuisset, tamen subintelligeretur: Petrus Paulus Paris.

24 *cons. 4. nu. 29. par. 2. & cons. 108. n. 12. par. 4.* Sanchez *lib. 8. disp. 24. num. 25.* Layman. *Theolog. mor. lib. 1. tract. 4. cap. 22.* Gutierez *can. QQ. lib. 2. cap. 15. numer. 52.* & alii plures, quos *capit. 5.* citabi-

25 mus; unde si preces veræ non sint, Gratia redditur nulla,

26 Limitant tamen plerique istorum, & alii mox citandi, ut non vitiet dispensationem falsitas illa, quæ, si expressa fuisset, Pontificem difficiliorem non reddidisset ad concedendum, ex causa tamen è Jure approbata; Ita Barbosa *In votis Canonic. libr. 2. Voto 58. num. 18.* Rota *inter. decis. impressas post Praxim* Viviani *decis. 97. num. 1.* Rota coram Merlino *decis. 688. nu. 8.* Et eo magis id procedit, dum causa falso allegata, si vere expressa fuisset, potius reddidisset

27 faciliorem Pontificem ad concedendum; quia si causa demonstrationis, & non taxationis aliqua Qualitas adjuncta esset, non vitiaretur gratia; ut si diceretur, tale beneficium esse curatum, cum vere esset simplex; Rota coram Durano *decis. 424. n. 5.* Rota coram Merlino *decis. 35. n. 12.* Sanch. *d. disp. 21. n. 35.* Merolla *tom. 2. disp. 4. c. 6. dub. 15. coroll. 1. n. 369.* Sylvest. & Gutierez *can. qq. lib. 2. cap. 15. numer. 83.* Aversa *de Matrim. quæst. 19. sect. 6. vers. Si vero.*

Quando autem censeatur expressa causa demonstrationis, vel taxationis, dicemus infra.

28 Quicquid tamen isti, & alii dicant, tu dic probabilius, solius causæ finalis falsam expressionem irritare dispensationem, quia expressio falsi facilius tantum impellentis, non tollit voluntarium, ad concessionem gratiæ substantialiter requisitum, & sine quo etiam concessa fuisset gratia, licet majori cum difficultate; constat, *ex cap. dudum 14. vers. nos igitur de Præb. in 6.* Glossa *in cap. Ex parte 14. el. 2. verbo Falsa si causa de conversi. conjug.* & sic expresse docent Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 6. dub. 15. diffic. 2. nu. 363.* Sanch. *lib. 8. disp. 21. num. 11.* Coninck *de Sacramentis disp. 33. n. 62.* Escobar *Theol. Mor. tract. 7. exam. 9. cap. 8. n. 102. vers. rescriptor.* Diana *par. 8. tract. 3. resol. 61.* Filiuccius *tom. 1. tract. 10. par. 2. c. 10. n. 324.* Marcus Paulus Leo *Praxi Pœnitent. Apostolicæ part. 1. ubi de transgress. Vot. vers. causæ impulsivæ pag. mihi 50.* Cassador. *decis. 11. n. 15. de Præb.* Lælius Altograd. *cons. 52. nu. 64.* Salas *de leg. disp. 20. sect. 16. n. 123.* Thomas Pelliccion. *Illustris. utr. Jur. Quæst. quæst. 25. capit. 2. pag. mihi 215. col. 1.* Merlinus Pignatellus *controv. forens. cap. 55. num. 5. centuria 1.*

Quæ autem sit causa finalis, & quæ sit impulsiva, 29
dicemus *lib. 3. cap. pri.* ubi de causis dispensationum late agemus.

Circa prædicta est in primis adnotandum; quali- 30
tates, quæ taceri possunt, esse in duplici differentia. Quædam enim sunt extrinsecæ, & non pertinentes 31
ad id, quod de jure, vel stylo Curiæ, seu consuetudine legitime introducta ad dispensationem requiritur; & tunc dictæ qualitates non veniunt explicandæ, nec ob illarum taciturnitatem vitiatur dispensatio, quamvis etiam d. qualitate, & circumstantia cognita, Pontifex non dispensasset; ut si dispensationem, & gratiam petens esset homo facinorosus, & valdè Criminosus, itaut si Papa d. crimina, & vitia scivisset, certe gratiam denegasset; quia hujusmodi dispensatio ob istorum criminum taciturnitatem non vitiatur, cum hæc, tanquam extrinseca, non pertineant ad ipsam dispensationem, nec illam intrinsece afficiant. Simili modo si quis sciens vacare beneficium, quod familiaris Papæ impetrare intendit, illud impetret, tacendo quod ille Familiaris impetrare volebat; validè impetrabit, quamvis certum esset, quod Papa, si scivisset desiderium sui Familiaris, ei & non Impetrantis concessisset; quia hæc intrinsece non afficiunt gratiam, ut diximus, nec eorum taciturnitas nocet. Sic pariter si quis incidat in Irregularitatem ob homicidium commissum in persona Sacerdotis, si in petenda dispensatione taceat qualitatem Sacerdotii, valida erit dispensatio, quia per solum patratum homicidium incidit in Irregularitatem. Simili modo si Bigamus peteret dispensari, & ter, aut quater Nuptias contraxisset, non esset opus istam multiplicitatem explicare, quia per solam Bigamiam fit irregularis; Vide de prædictis Doctores mox citandos,

Qualitates intrinsecæ sunt, quæ pertinent ad id, 32
circa quod fit dispensatio, nempe quæ de Jure, seu stylo, vel consuetudine exprimi debent, & hæ necessariò exprimendæ sunt, & coram delegato probandæ, alias dispensatio nulla, & irrita erit; Sanchez *lib. 8. disp. 21. n. 18.* Coninck *de Sacram. disp. 33. dub. 6. n. 61.* Pontius *de Matrim. lib. 8. cap. 17. §. 4. n. 24.* Layman. *l. c. n. 19.* Garcia *de beneficiis par. 8. capit. 3. nu. 25.* Lotherius *de re benef. lib. 2. quæst. 54. n. 16.* Rota *decis. 457. n. 2. par. 2. recent.* Unde Matrimonium contractum vigore dispensationis, quæ tacitis 33
hujusmodi intrinsecis qualitatibus impetrata fuisset, nullum, & irritum esset; colligitur *capit. Constitutus de rescript.* & docet Barbos. *in Votis Canonicis libr. 2. voto 17. num. 2.* quia cum Dispensatio fuerit nulla, 34
nullum producit effectum, regula *Quæ contra Jus 64. de Reg. Jur. in 6.* Responsa Marantæ *resp. 7. num. 30. part. 4.*

Quando tamen gratia esset divisibilis; ut si quis in 35
eadem supplicatione peteret dispensationem à Voto Castitatis ob periculum incontinentiæ, quod vere extat; & ab alio impedimento dirimenti, allegata ob id falsa causa, tunc si ex ignorantia, & absque dolo id factum sit, vitiabitur Gratia in ea sola parte, in qua, si res cognita fuisset, Papa denegasset; colligitur *cap. ad Audientiam el. Primo de rescript.* & expresse docent Afflict. *decis. 116. num. 6.* Vivianus *de Jure Patronatus lib. 14. cap. 3. num. 14.* Garcia *de benefic. par. 8. d. cap. 3. n. 16. & n. 17.* Pontius *de Matrim. lib. 8. cap. 16. n. 9.* Escobar *Theol. mor. tract. 1. examine 16. cap. 2. vers. Subreptio*; Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 6. n. 404.* Gutierez *canon. qq. lib. 2. cap. 15. n. 61.* Diana *par. 8. tract. 3. resol. 80.* Merlinus Pignatell. *controv. forens. cap. 15. nu. 1. & 11. centuria 2.* Rota *decis. 143. n. 60. part. 3. divers.* quia hæ dispensationes vere diversæ sunt, & in separabilibus utile per inutile non vitiatur; Lotherius *de re benef. lib. 1. quæst. 40. n. 330.*

At si abreptio, vel subreptio hujusmodi sequutæ 36
fuerint dolosè, & fraudolenter, nec sine culpa dispensationem petentis, tunc in pœnam malitiæ tota gratia irrita, & nulla censeri debet; Sanchez *libr. 8. disput. 21. num. 65. & numer. 74.* Pater Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ part. 1. ubi de transgress. Votor. vers. Idemque dicendum pagin. mihi 64.* nempe nullo erit ipso Jure in ea parte, in qua malitiosè,

& do-

& dolosè commissa fuit falsitas, & in alia veniet per Judicis sententiam irritanda; Sanchez *lib.* 8. *d. disp.* 21. *num.* 78. Coninck *de Sacramentis disp.* 33. *dub.* 6. *num.* 67. Escobar. *Theol. mor. tract.* 7. *exam.* 9. *cap.* 8. *vers. Rescriptorum in fine*; Merolla *tom.* 2.
37 *disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 412. quia falsus precator nullum ex Impetratis commodum reportare debet, *cap. Super literis* 20. *§. Nos igitur de rescript.* Mandosa *ad Reg. Cancell. Regul.* 19. *quæst.* 18. *num.* 3. Responsa Marant. *respons.* 55. *num.* 33. *par.* 4. Carolus de Grassis *de Effect. Clericatus Eff.* 1. *num.* 1131. Lessius *de Justitia lib.* 1. *cap.* 2. *dubiet.* 4. *num.* 27. Papa namque plurimum à fraudibus abhorret, *l. si*
38 *cui. Ibi per medias vias*, *ff. de servitut.* Unde quando subreptio dolo admittitur, vitiatur Gratia *d. cap. super Literis de Rescr.* Bellarm. *decis.* 4. *num.* 1. Seraphinus *decis.* 936. *nu.* 3. Responsa Marantæ *par.* 1. *resp.* 39. *num.* 21. Intellige tamen de subreptione, & obreptione, quæ circa causam finalem committerentur, ut diximus.

Et quod, interveniente dolo & fraude, Gratia obtenta irritanda sit in totum, sumitur *ex cap. Si eo tempore* 9. *de Rescriptis in* 6. & docent Garcia *de Benef. par.* 8. *cap.* 3. *num.* 16. & 17. Coninck *l. c.* Layman. *d. cap.* 22. *num.* 25. Bonacina *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 4. *num.* 20. Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 54. Filiuccius *tomo* 1. *tract.* 10.
39 *par.* 2. *cap.* 10. *num.* 324. Et licet in d. capit. *Si eo tempore* solùm sermo sit de Justitiæ Literis, tamen ex communi Doctorum Doctrina, & ex consuetudine introducta, extenditur ad alia quæcumque Gratiarum Rescripta, ut bene animadvertunt Sanchez, & Bonacina *ll. cc.*

40 Et quamvis Taciturnitas veri non vitiet Rescriptum à Principe, motu proprio concessum, *cap. Si motu proprio* 28. *de Præb. in* 6. Silva *de Benef. par.* 3. *quæst.* 12. *num.* 17. Sanchez *d. disp.* 21. *num.* 47. nihilominus quando falsa causa finalis exprimitur, qua non expressa Gratia non concederetur, Gratia, etiam cum dicta Clausula *Motu proprio* concessa, irrita erit, & nulla; Menochius *de arbitr. lib.* 2. *centuria* 3. *casu* 201. *num.* 80. Sanchez *l. c. num.* 32. Filiuccius *l. c. num.* 324. Paris. *cons.* 68. *num.* 217. *par.* 4. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *nu.* 395. Quia
41 Clausula *Motu proprio* non firmat Gratiam contra concedentis intentionem, Blasius Michalorius *tract. de Fratrib. part.* 3. *cap.* 25. *num.* 65.

42 Quod si Obreptio, vel Subreptio circa causam finalem committerentur culpa Solicitatoris, vel alterius Romanæ Curiæ Officialis, dùm Dispensationem peteret pro Oratoribus, qui bona fide, & absque fraude expresserunt factum, prout verè se habebat, tunc si materia sit divisibilis, ea sola pars vitiabitur in qua Subreptio, vel Obreptio commissa fuit; quia Oratores verè non possunt dici obtinuisse Rescriptum fraudulenter, & dolosè; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 66. Bonacina *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 4. *num.* 17. Merolla *l. c.* Ita etiam Ancharanus, Francus, Decius, & Corduba à d. Merolla
43 citati; Solicitatores tamen, & alii qui hujusmodi Subreptionem, & Obreptionem commiserint, subjiciuntur pœnis contentis in *Motu proprio* Pii Quinti incipiente *Cum, sicut accepimus, nonnulli suæ Conscientiæ prodigi, &c.* Quo decernitur pœnas falsi incurrere omnes, & singulos Procuratores Officii Sacræ Pœnitentiariæ, seù Contradictarum, & alios quoscumque Solicitatores, & Scriptores, qui in Matrimonialibus Dispensationibus impetrandis veritatem facti à narratione, quam ab ipsis partibus habuerunt, quoad substantialia, & qualitates necessariò exprimendas diversam faciunt, seù quoquo modo invertunt, aut immutant, vel depravant. Quam Constitutionem ad verbum refert Pirrhus Corrad. *in Praxi Dispens. Apost. lib.* 7. *cap.* 4. *nu.* 2.

Nec nobis probatur Doctrina Pauli Laymani *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *num.* 26. & 27. & Antonini Diana *par.* 8. *tract.* 3. *resol.* 63. *prope finem*, cui adstipulari videtur Doctrina Rotæ inter Decis. impressas post sec. volum. Consil. Farinacii *decis.* 270. *num.* 4. & ipsius Farinacii *cons. crim. lib.* 1. *cons.* 92. *num.* 8. dùm admittunt posse Ordinarium, cui Dispensatio commissa fuit, ad exequutionem procedere eo casu, quo per Oratores petita fuisset Dispensatio; v. gr. super Consanguinitate inter eos existente, at per in- 44
curiam Scriptoris fuisset in Literis scriptum, quod Impedimentum esset Affinitatis, & super hac commissa appareret Dispensatio; Quamvis enim vere fuerit expositum Impedimentum Pontifici, & nulla fraus ab Oratoribus commissa, nihilominus difficultas est, quomodo possit Delegatus ad Dispensationem procedere, dùm ei præsentatæ sint Literæ Apostolicæ, quibus sibi committatur Dispensatio super Affinitate, & ipse ex Informationibus habitis repererit Oratores egere Dispensatione super Consanguinitate, vel è contra; certum etenim, ac indubium 45
est, Delegatum fines Mandati egredi non posse, nec Literas Apostolicas aliter Interpretari, quam verba sonent, *cap. Cum dilecta* 22. *de Rescriptis*, ut nos diximus. Nec refert, quod Delegatus alias certus sit de errore Scriptoris, quia ad ipsum, ut Inferiorem, & simplicem Mandatarium, non spectat de validitate, vel invaliditate Literarum Pontificis, & an error in illis irrepserit, cognoscere, nec verba Rescripti distrahere ad Casus similes, vel minores, sed debet precisè id tantùm exequi, quod sibi in Mandato committitur, ut docent Pirrhus Corrad. *in Praxi Disp. Apost. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 30. Responsa Marantæ *resp.* 13. *num.* 33. *tom.* 1. Sanchez *lib.* 2. *disp.* 12. *num.* 19 Gratian. *discept. forens. cap.* 27. *num.* 4. *tom.* 1. & *cap.* 961. *num.* 10. & *cap.* 965. *num.* 18. *tom.* 5. Rota *decis.* 226. *num.* 1. *par.* 1. *divers.* Rota *decis.* 463. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* Rota coram Cavalerio *decis.* 612. *num.* 16. Rota inter impressas post sec. Volum. Farinacii *decis.* 112. *num.* 2. Nec refert, quòd Oratores non sint in culpa, sed errore Scriptoris id factum sit; quia error, quantumcumque 46
culpa carens, non efficit, ut Rescriptum extendatur ad casum, qui sub ejus verbis non comprehenditur, quamvis, si petitum fuisset, Papa non denegasset; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 39. Pirrhus Corrad. *in Praxi Dispensat. Apost. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 29., quo ita se habere stylum Curiæ testatur; Unde ad hoc ut possit Delegatus licite, & valide eo casu procedere, debebit Literas dimittere corrigendas, & interim ab illarum exequutione abstinere, & aliter faciendo, nulliter, & invalide procedet, suam, & Oratorum animas illaqueando.

Ad hoc autem, ut dignosci possit, an, & quando error in expressione facta vitiet, distinguunt communiter Doctores inter expressionem, quæ fieret per 47
modum Demonstrationis, & aliam factam per modum Taxationis; Quando etenim erratur in expri- 48
menda qualitate, per modum Demonstrationis adjecta, docent non vitiare; v. gr. si Papa, conferendo alicui Beneficium, diceret se conferre Titio tale Beneficium sub tali Titulo, in tali Ecclesia, Vacans per obitum Joannis, &c. & est de Jure Patronatus Titii; Hoc casu si hujusmodi Beneficium vere esset Patronatus non Titii, sed Caii, talis error non vitiabit, quia de ipsius rei substantia satis constat, & hujusmodi error in simplici Demonstratione irrepsit. At si erretur in qualitate adjecta per modum Taxa- 49
tionis, itaut rei substantiam contineat, & designet, tunc Rescriptum per hujusmodi errorem vitiatur, & Dispensatio inde sequuta inficitur; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 36. Paulus Laymannus *d. cap.* 22. *num.* 26.

Tunc verba, apposita censentur causa Taxationis, 50
quando sub una tantùm conceptione verborum fit expressio; ut si diceretur, Titius legavit Sempronio scuta centum, quæ ei debebat Cajus; unde si Cajus dicta scuta centum non debebat; Titio perit legatum.

At causa Demonstrationis tunc dicta censentur, 51
quando sub diversis verborum conceptionibus expressa sunt, ut supra *num.* 50. diximus; Vide Sanchez *l. c.* Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *nu.* 371.

Prædicta tamen Doctrina, quamvis in multis ve- 52
ra sit, tamen, quoad Matrimoniales Dispensationes adaptari non potest, quia quæcumque qualitates semper appositæ viderentur causa Taxationis, & conse-

quen-

quenter Diſpenſationem irritarent; ut ſi diceretur, Oratores eſſe Tertio Conſanguinitatis Gradu conjunctos, cùm verè eſsent in Quarto ejuſdem ſpeciei; quia ſi ad Diſpenſationes hujuſmodi Regula adaptaretur, vitiaretur dicto caſu Diſpenſatio; & tamen certum eſt in majori Gradu comprehendi minorem ejuſdem Speciei, & ordinis, ut diximus cap. 2. Un-
53 de in materia Diſpenſationum Matrimonialium potius dicendum eſt, quòd quando aliquid adjicitur tamquam qualitas rei, vel requiritur Demonſtratio ad certitudinem, & valorem Actus, cenſeri poteſt factum cauſa Demonſtrationis, & non Taxationis, & conſequenter pro validitate Actus præſumendum eſt, ut bene animadvertunt idem Sanchez *l. c. in fine*, & Merolla *l. c. num.* 372.

54 Et ut magis ad particularia deſcendamus, error Nominis non vitiat Gratiam, quando conſtat de Perſona, cui conceſsa eſt, quia Summus Pontifex intendit Diſpenſationem concedere petenti, ſive is ſit Petrus, ſive Paulus, vel Franciſcus, quod æquus Diſpenſator non ſpectat, nec ſpectare debet, ſed ſolam Cauſæ æquitatem, ut docent Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 37. Merolla *d. dub.* 15. *num.* 373. Rota *deciſ.* 87. *num.* 3. *par.* 2. *recent. & deciſ.* 566. *num.* 3. *eodem tomo, & deciſ.* 319. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* Bonacina *de leg. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *puncto* 4. *num.* 5. & 6. Layman. *dict. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *num.* 27. *circa finem*; Pariſ. *de Reſignat. Benef. lib.* 11. *quæſt.* 6. *num.* 53. & 54. Eſcobar *Theol. mor. tract.* 1. *exam.* 16. *cap.* 2. *verſ. Aliquid*; Seraphinus *deciſ.* 701. *n.* 1. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 919. *num.* 5. *tom.* 5. & ita de Jure indubitanter procedére teſtatur Diana *par.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 63.

55 Nec pariter vitiabitur Diſpenſatio, ſi erratum fuerit in pronomine Oratorum, dum de perſona certe conſtet, ut concludunt Doctores in *l. ultima C. de hæred. inſtit.* Layman *d. cap.* 22. *num.* 27. Pariſ. *l. c. num.* 55.

56 Excipe tamen, ſi petatur Diſpenſatio *in forma Pauperum*, quia cum Diſpenſatio in dicta forma non concedatur, niſi ſolis Pauperibus perſonis, quæ ex ſuo labore, & induſtria tantum vivunt, ut dicemus; tunc ſi erretur in nomine, ſeu pronomine Oratorum, opus erit correctione, antequam Delegatus Diſpenſationem exequatur, cum aliàs dari poſset locus fraudi, quia Officialibus Romanæ Curiæ pro eorum emolumentis damnum inferretur.

Quando, poſt regiſtratam Supplicationem, ſed antequam Literæ expeditæ ſint, neceſsaria eſset correc-
57 tio Nominis, fit Supplicatio infraſcripti tenoris.

Pater Sancte; Dignetur Sanctitas Veſtra ſuper Præinſerta conficiendas Literas cum expreſſione, quod Orator non Joannes, ſed Vincentius, & non aliter nominatur, & cognominatur; in reliquis verò juxta ejuſdem Præinſertæ vim, formam, continentiam, & tenorem expediri mandare de Gratia ſpeciali, non obſtantibus omnibus, quæ eadem S. V. in dicta Præinſerta conceſſit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque, &c.

58 Nec parvi facienda videtur cautela, qua in Romana Curia pro Diſpenſationum Impetratione uti ſolent Practici Curiales, qui ſi Pronomina Oratorum
59 ignorent, apponunt Nomina eorum Genitorum, quæ ex Arboris ſibi tranſmiſſi inſpectione deſumunt, ſic dicendo, videlicet, *Vincentius Flaminiæ*, *Dorothæa Benigni*, *&c.*

60 Si error ſit in expreſſione loci, ſeu locorum originis Oratorum, ut quia Oratores eſsent, v. gr. ex loco de Corelia orti, & dictum fuiſset eos eſse ex loco de Camajore, tunc ſi Diſpenſatio obtenta eſſet ob cauſam anguſtiæ loci, ſeu locorum utriuſque Sponſi, ſi de diverſis locis Oratores ſint, non poteſt Delegatus Literas exequutioni demandare, ſed debebit illas dimittere corrigendas, quia cum cauſa finalis, qua motus fuit Pontifex ad diſpenſandum, fuerit anguſtia eorum locorum, in quibus Oratrix Virum ſibi non Conſanguineum, vel Affinem, paris conditionis, cui nubere poſſit, invenire nequit, cum eo caſu error irrepſerit in Cauſa finali, eſt inſanabilis per ea, quæ dicimus *lib.* 3. Nec valet dicere, quòd nihilominus Pontifex æque, vel etiam facilius conceſſiſſet, ſi expreſſus fuiſſet verus locus dictæ Originis; quia, ut diximus non eſt in poteſtate Delegati interpretari mentem Pontificis Diſpenſationem 61
committentis, niſi eatenus, quatenus verba Reſcripti, ac Commiſſionis ſonent; cum etenim ſit ſimplex Mandatarius, & Exequutor ea tantum poteſt exequi, quæ habuit in Commiſſione, & quatenus narrata Pontifici vera ſint, ut diximus, & dicemus 62
Cap. ſequenti. Et cum Reſcripta Pontificis ſint ſtricti Juris; Fœlin. *cap. Significante de Reſcript. num.* 2. Rota coram Pœnia *deciſ.* 415. *num.* 4. Cæphalus *conſ.* 338. *num.* 12. *tom.* 3. Pariſ. *de Reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 17. *num.* 133. *tom.* 2. Lælius Altograd. *conſ.* 71. *num.* 35. *lib.* 2. Franciſcus Merlin. *Deciſ. Rotæ Lucenſ. deciſ.* 96. *nu.* 97. Pyrrhus Corradus *in Praxi Diſpenſat. Apoſt. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 82. ejus ver- 63
ba reſtringuntur tantum ad expreſſa, Marius Anton. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 39. *num.* 21. Lælius Altograd. *l. c.* & nos alibi diximus. Nec facit ad validitatem hujuſmodi nullitatis bona fides, aut ſimplicitas Oratorum; cum hæ excuſent ſolum à culpa, non tamen efficere poſſint, ut ſanetur defectus, aliàs inſanabilis.

Dixi, ſi erratum fuiſſet in expreſſione loci, ſeu 64
locorum originis Oratorum, quia dum petitur Diſpenſatio ob dictam cauſam Anguſtiæ, &c. ſi Oratores ſint ex diverſis locis, debet utriuſque loci Anguſtia explicari, ac coram Delegato verificari, ut late *lib.* 3. dicemus, ubi de cauſa ipſius Anguſtiæ fuſiſſimè agemus.

Dixi inſuper, ſi erretur in expreſſione loci Ori- 65
ginis Oratorum, quia is exprimi debet, & non Domicilii, ut late dicemus Cap. ſequenti.

Id tamen eſt adnotandum, quod expreſſio loci O- 66
ratorum neceſsaria eſt, ſi Diſpenſatio petatur *Ob anguſtiam, &c.* at in aliis caſibus neceſsaria non eſt, cum de ſtylo Curiæ ſufficiat exprimi Diœceſim Oratorum, ut notum eſt; quæ Diœceſis expreſſio omnino neceſsaria eſt, Pariſ. *de Reſignat. Benefic. lib.* 67
8. *quæſt.* 7. *num.* 46. quia Papa facilius providet Originariis, quam exteris; Textus eſt in *cap. Sanctorum Canonum* 2. 70. *Diſt. l. in Eccleſiis C. de Epiſcopis, & Cler.* Aliàs, juxta probabiliorem opinionem, Gratia ſubreptitia erit, & nulla; Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 39. Franciſcus Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *coroll.* 3. *num.* 376. Rebuff. *in Praxi Beneficiaria par.* 1. ubi de forma ſignaturæ ſimplicis §. *ejuſdem Diœceſis*; Pyrrhus Corradus *in d. Praxi Diſpenſat. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 39. & *d. lib.* 7. *conſ.* 5. *num.* 26. ubi ita de ſtylo Curiæ ſervari teſtatur. Intellige tamen, exprimendam eſſe Diœceſim 68
Originis, & non Domicilii Oratorum: Rebuff. *l. c. verſ. Magalonenſ.* & nos dicemus ſuo loco. Quamvis enim Papa cum eadem facilitate Diſpenſationem committeret Ordinario Domicilii Oratorum, ſi hoc in Supplicatione ſibi porrecta expreſse petitum fuiſſet; nihilominus, quando id non fuit petitum, Papa ſemper intendit Diſpenſationem committere Ordinario Oratricis, ut ſe conformet diſpoſitioni *Concilii Tridentini ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *de Reform.* ubi decernitur hujuſmodi Diſpenſationes Ordinario Oratricis eſſe committendas. Unde ſi in expreſſione ori- 69
ginariæ Diœceſis erratum ſit, ut ſi, v. g. dictum fuiſſet Oratores eſſe Florentinæ Diœceſis, cum vere ſint Lucanæ, & ſic per errorem Diſpenſatio commiſſa eſſet Vicario Florentiæ, ſubreptitia erit, tanquam contra Concedentis intentionem extorta, & neuter ex dictis Vicariis illam exequi poterit; non Florentinus, cui per errorem, & contra intentionem Pontificis commiſſa fuit; non Lucanus, cui non fuit facta commiſſio, ut bene prædicta docent Sanchez *lib.* 8. *d. diſp.* 21. *num.* 39. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dict. dub.* 15. *coroll.* 3. *num.* 376. Rebuff. *l. c.* Pirrh. Corrad. *lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 39. Thom. Pelliccion. *QQ. Ill. quæſt.* 25. *cap.* 3. *col.* 2. *pag. mihi* 217. cum Mandatum Pontificis non de- 70
beat trahi ultra intentionem mandantis, *l. non omnis ff. ſi certum petatur*; Lotherius *de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 32. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 800.

num.

nu. 12. *tom.* 4. Sbrozius *de Offic. Vicarii lib.* 2. *quæſt.* 36 *num.* 2. nec extendi debet de caſu ad caſum, qui ſub reſcripti verbis non comprehenditur, ut dictus Pelliccionius *l. cit.* & nos *alibi* diximus. Idque eſt mente tenendum, quia hic Caſus multoties accidit; Et quidem alias Literati in hujuſmodi diſpenſationibus exequendis decipiuntur; putant enim Literas Pontificis ſuper diſpenſationibus Matrimonialibus editas poſſe executioni demandari, quamvis erratum ſit, vel in expreſſione locorum, ob quorum anguſtiam conceditur diſpenſatio, vel in expreſſione Diœceſum, vel etiam ſpeciei impedimenti; & adducunt rationem, quod Papa adhuc cum eadem facilitate conceſſiſſet, ſi petitus fuiſſet: Et quidem toto aberrant Cœlo, quia mandatum Pontificis eſt ſtricti Juris, ut diximus, & cum verſemur in materia diſpenſationum, quæ eſt odioſa, non valet in illa argumentum de ſimili ad ſimile, nec de majori ad minus, ut diximus *Cap.* 2. ſed verba reſcripti interpretari debent ſolum quantum ſonant, *ut dicto Cap.* 2. probavimus.

71 Hic autem non debet ſub ſilentio præteriri, quanta cum laude, tam in hujuſmodi diſpenſationibus, quam in aliis quibuſcumque rebus gerendis ſe geſſerint tres magni Viri undequaque celebratiſſimi, tum generis ſplendore, tum multiplici eruditione, gubernandi Peritia, Juſtitiæ cultu, Doctrinæ præſtantia, ac morum integritate, nempe Reverendiſs. DD. Alexander Cenami Prior ſæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Alexandri Majoris de Luca, Vic. Gener. tempore, quo Eccleſiæ Lucanæ præerat Eminentiſs. D. Cardinalis Franciottus; Ludovicus Cittadella Prior Sæcularis, ac Collegiatæ Inſignis SS. Joannis, & Reparatæ de Luca, dum eſſet Vicar. General. Illuſtriſs. & Reverendiſs. Epiſcopi, D. Joan. Baptiſtæ Raynoldi, & Flamminius Nobili Canonicus Cathedralis, Vicarius Generalis Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Petri Rota pariter Epiſcopi; Nec non omni laude
72 digni fuerunt Reverendiſs. DD. Antonius Nobili, Tobias Sirti, Joann. Baptiſta Bottini, & Daniel de Nobilibus, qui diverſis ante temporibus Vicarii Generalis munus ſubjerunt.

73 Expreſſio qualitatum Oratorum, ut ſi ſint Nobiles, vel de Nobili Genere procreati, vel Illuſtres, ſeu Principales, vel ex Principalioribus Oppidi, vel ſaltem ex honeſtis familiis, duobus tantum caſibus eſt neceſſaria; Primo ſi dicta qualitas adducatur pro cauſa finali diſpenſationis; Secundò ſi ea qualitas exprimatur ad effugiendam probationem alicujus clauſulæ coram Delegato, quæ clauſula, ſi dicta qualitas appoſita non fuiſſet, de ipſo ſtylo in propoſito caſu apponi debuiſſet; ut ſi Oratores eſſent in ſecundo, & tertio conſanguinitatis, vel affinitatis Gradibus, & peteretur diſpenſatio ob *cauſam Anguſtiæ Loci, &c.* quo caſu ſolet apponi clauſula, *Et ſi extra, &c.* & tamen ſi exprimitur qualitas Oratorum, dicta clauſula omittitur, ut late dicimus infra lib. 3. ubi quando, & quomodo hæ qualitates proba ri debeant, fuſe declaramus.

74 Si jam obtenta per Impeditos diſpenſatione ſuper aliquo impedimento dirimenti Pontifici expreſſo, aliud dirimens detegatur, tunc, ſi hoc publicum ſit, denuo ſupplicari debebit ad Sanctiſs. eidem narrando totum factum prout ſe habet, nempe Oratores alias ob tale impedimentum, & ex tali cauſa, Literas à Sede Apoſtolica obtinuiſſe, directas Vicario, per quas imponebatur, &c. & narretur tota ſeries facti, repetendo tenorem Supplicationis antea porrectæ, & reſcripti deſuper emanati, faciendo inſuper mentionem de præſentatione Literarum jam Delegato facta, & diſpenſatione ſequuta, & quod poſtmodum ad eorum devenit notitiam ultra impedimentum, ſuper quo jam fuerunt diſpenſati, aliud dirimens exiſtere (exprimendo quale ſit) & quod, ſi divortium fieret (quatenus Matrimonium jam contractum ſit) vel ob
75 aliam cauſam (ſi adhuc contractum non fuerit) gravia exinde immminerent ſcandala, & propterea petant, &c. Et tunc ſuper dicta nova ſupplicatione concedi ſolent Literæ in forma *Perinde valere*; per quas committitur ordinario, ut negotium reaſſumens Literaſque primas valere decernens, ſervata alias earum forma, diſpenſet, &c. perinde ac ſi in primis Literis expreſſum fuiſſet ipſos Oratores, non ſolo v. gr. tertio conſanguinitatis, ſed duplici Tertio, &c. eſſe conjunctos; prolem, &c. legitimam nunciando, &c. *Vide infra lib.* 3. de hac re late dicimus, & hujuſmodi Literarum formulam apponimus.

At ſi Impedimentum, quod detegeretur eſſe occultum, vide quæ dicimus infra.

Quod ſi è converſo fuiſſent per errorem Pontifici 76
in ſupplicatione expreſſa duo, vel plura impedimenta, ſed coram delegato, ex informationibus habitis, non reperirentur ea omnia adeſſe, ſed id per errorem expreſſum fuiſſet, ſufficiet eo caſu diſpenſari ſuper impedimento, quod vere adeſt, quia cum partes Reſcripti ſeparatæ ſint, & ceſſet fraus; reſcriptum in ea parte, qua verum eſt, ſuſtinetur, & utile per inutile non vitiatur, & ita paſſim practicari teſtatur Pirrhus Corradus *in praxi diſpenſ. Apoſt. lib.* 7. *cap.* 6. *n.* 80. *& lib.* 8. *cap.* 1. *nu.* 31.

Si tamen poſt Matrimonium contractum aliquod 77
detegeretur impedimentum, ſuper quo petenda eſſet diſpenſatio, debebit de neceſſitate exprimi, an pro Matrimonio contracto præceſſerint legitimæ denuntiationes, vel ſaltem de licentia ordinarii omiſſæ ſint, & an dicta licentia fuerit fraudolenter extorta, alias diſpenſatio ſubſequuta erit nulla, & invalida per ea, quæ dicimus *lib.* 3.

Porro ſi plura impedimenta extent inter contrahere 78
volentes, quæ non poſſint alia via, quam diſpenſationis, tolli, ea omnia exprimi debent, ad hoc ut
per diſpenſationem tollantur; uno namque ſublato re- 79
manet aliud; Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 13. *nu.* 85. *& ſeqq.* Bellam. *dec.* 697. *num.* 2. Navarr. *de Horis Canonicis num.* 638. Gar. *de benef. par.* 8. *cap.* 3. *num.* 54. Fragoſius *l. cit. num.* 321. reſponſa Marantæ *reſponſ.* 69. *nu.* 36. *part.* 4. Carolus de Graſſis *de eff. Cleric. eff.* 4. *n.* 56. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 96 *n.* 8. *& num.* 16. *tom.* 1. Balth. de Thomaſis *prima Decade tract.* 1. *titulo* 16. *num.* 10. Et diſpenſatio 80
facta ſuper uno defectu, & impedimento, non protrahitur ad aliud; Afflictus *dec.* 320. *nu.* 12. Gamb. *de Off. & Auct. Legati lib.* 10. *nu.* 214. Alex. Sperell. *dec.* 112. *n.* 23. Duardus *de Cenſib. tom.* 1. §. 1. *quæſt.* 81
12. *nu.* 36. Nec unquam cenſetur Papam voluiſſe ſanare defectus, quos ignorat *capit. ſi eo tempore* 9. *de reſcript. in* 6. Ludoviſ. *dec.* 164. *num.* 6. Pirrhus Corradus *in Praxi diſpenſ. Apoſt. lib.* 1. *c.* 2. *nu.* 2. Un- 82
de tot ſunt neceſſariæ diſpenſationes, quot obſtacula ſunt, ac impedimenta, Rota *dec.* 233. *num.* 22. *par.* 1. *diverſ.* Gonzal. *Gloſſa* 13. *nu.* 97. Ludov. *dec.* 87. *n.* 16. *in annot. & deciſ.* 209. *num.* 6. Reſponſa Marantæ *reſponſ.* 69. *n.* 38. *part.* 4. Gratianus *diſceptat. forenſ. cap.* 397. *nu.* 39. *tom.* 2. Sperell. *l. c. num.* 24. 83
Quia diſpenſatio Pontificis ea ſola impedimenta comprehendit, quæ fuerunt expreſſa; Puteus *dec.* 39. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 143. *nu.* 25. *part.* 4. Pat. Leo *in Praxi S. Pœnitentiariæ part.* 1. Ubi de forma commut. Cælibatus *verſ. Præmiſſis, pag. mihi* 122. & ita impedimenta exprimi debent, ut quod certum eſt, non po- 84
natur pro dubio; alias diſpenſatio nulla, & invalida erit; Coninck *de Sacram. diſp.* 33. *dub.* 6. *num.* 70. Sanchez *libr.* 8. *d. diſp.* 21. *nu.* 40. Bonaccina *de leg. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 4. *num.* 7. Anton. de Eſcobar *Theol. Mor. tract.* 1. *exam.* 16. *cap.* 3. *verſ. Eſtne validum.* Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *n.* 387. quia cum eo caſu error ſit in ſubſtantia rei, in qua diſpenſatur, vitiatur diſpenſatio.

Sed difficultas eſt, an omnia Impedimenta debeant 85
ſimul in eadem ſupplicatione explicari Pontifici; &
quidem ſunt, qui putant poſſe ſeparatim exponi; ea 86
præcipuè ratione, quod ligatus pluribus Excommunicationibus poteſt abſolutionem ab una petere, & alias tacere; Ita ſentiunt Sa, verbo *diſpenſatio num.* 16. Navarr. *l.* 4. *conſil. titulo de conſ.* 1. Salas *de leg. diſp.* 20. *ſect.* 15. *in fine*; Genuenſ. *in Praxi Archiepiſcopalis Curiæ Neapolitanæ cap.* 20. *num.* 8. *in fine*; Sayrus *in Floribus l.* 1. *tit.* 3. *dec.* 3. Fragoſius *n.* 323.

His tamen non obſtantibus, quicquid forſan circa 87
alias materias in contrarium dici poſſet, certum eſt, omnia impedimenta ſimul, & in eadem Supplicatione in

ne in impetratione Matrimonialium dispensationum
88 exprimi debere; duo etenim, vel plura impedimenta, quando ad unum, eundemque finem (ut in casu nostro) tendunt, & unum auget aliud, fortius ligant, quam unum; & Papa difficilius dispensat
89 cum habente plura impedimenta, quam cum habente unum (ut est notum) ideo quoad hujusmodi dispensationum impetrationes omnia impedimenta simul in eadem supplicatione exprimi debere, expresse docent, Cævallos *Comm. contra Comm. quæst.* 829. *num.* 1. Responsa Marantæ *respons.* 20. *numer.* 36. *par.* 1. Gonzales *ad Reg.* 8. *Cancell.* §. 3. *Proœm. num.* 67. *& Gloss.* 13. *nu.* 92. Gratianus *discept. forens. cap.* 827. *n.* 19. Joannes della Crux *in directorio cas. conscientiæ quæst.* 4. *art.* 6. *dub.* 16. *concl.* 1. Suarez *de leg. lib.* 6. *cap.* 24. *litera B. col.* 2. *nu.* 2. Franciscus Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 404. *& nu.* 451. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 23. *numer.* 2. *& disput.* 21. *numer.* 71. *& num.* 72. Bonaccina *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 5. *num.* 3. *& punct.* 9. *num.* 1. Diana *par.* 1. *tract.* 10. *resol.* 39. *& part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 25. Coninck *dict. disp.* 33. *dub.* 2. *nu.* 21. *& num.* 73. Filiuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *n.* 326. Raphael Aversa *de Matrim. quæst.* 19. *sect.* 5. Laymanus *Theol. mor. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *num.* 19. Trullenck *Opere Moral tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 4. *num.* 1. Reginaldus *lib.* 31. *cap.* 26. *n.* 200. Pontius *de Matrim. lib.* 8. *capit.* 17. *§.* 5. *n.* 25. Escobar *Theol. Mor. tract.* 1. *exam.* 16. *cap.* 2. *vers. Habetur quis.* Salgado *labyrinto Creditor. par.* 1. *cap.* 28. *numer.* 4. Marcus Paulus Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiar. part.* 2. ubi de secundo, ex actu fornicario de Contract. *vers. Nihilominus pag. mihi* 266. optime Garcia *de benef. part.* 8. *cap.* 3. *numer.* 54. & novissime Balthassar de Thomasis *l. cit.* Et sic se habere stilum Curiæ testantur Merolla, & Marcus Paulus Leo *ll. cc.* Ratio est, quia dicta plura impedimenta simul conficiunt quandam indecentiam, ac repugnantiam cum Matrimonio contrahendo, majorem, quam singula conficerent, ut est duplex consanguinitas, vel affinitas, sive consanguinitas, & affinitas simul, respectu earumdem Persona-
90 rum. Et etiam quia, si ipse Papa non intelligat quantitatem gratiæ, quam facit in eodem Matrimonio, non potest eam velle, & consequenter ex ea taciturnitate, & ignorantia rescriptum vitiatur, ut docent plerique Doctores supra citati. Unde si dispensatio super aliquo ex impedimentis fuisset obtenta, tacitis aliis, quæ ad unum eundemque finem tendunt, non solum ea dispensatio nulla, & irrita erit, sed
91 oportebit novas Literas in forma *Perinde valere* impetrare, narrando in nova supplicatione omnia Impedimenta, & quod super uno ex eis (specificando quale sit) Oratores fuerunt jam dispensati; & tunc Pontifex committere solet ordinario, ut deposita omni spe cujuscumque muneris, aut præmii, &c. negocium reassumens, Literasque primas valere decernens, dispenset, & prolem legitimet. Nec juvaret
92 ad sustinendam dictam dispensationem ignorantia, & bona fides Oratorum, & quod absque dolo dicta alia impedimenta tacuissent; quia simplicitas excusabit quidem Oratores à culpa, sed non poterit efficere, ut dispensatio, quæ nulla est, validetur, ut docet Sanchez *lib.* 8. *disp.* 23. *numer.* 3. & nos diximus supra.

93 Prædictam conclusionem limitant, ut non habeat locum, si Impedimenta non se contingant, sed sint diversæ rationis; ut si Orator, qui petit dispensationem super Impedimento dirimenti, habeat etiam Votum Castitatis, vel Religionis, quia tunc, si adsint
94 causæ sufficientes, saltem ad commutandum, poterit prius impetrari dispensatio, seu commutatio super Voto, & deinde super impedimento dirimenti, juxta Doctrinam Ægidii de Coninck *l. c.* Sanchez *dict. disp.* 23. *nu.* 4. Pontii *lib.* 8. *cap.* 17. *§.* 4. *num.* 22. Layman. *d. cap.* 22. *num.* 21. Garciæ *d. cap.* 3. *num.* 64. Merolla *d. cap.* 6. *num.* 454. Navarr. *lib.* 4. *consil. titulo de Privileg. conf.* 12. *in* 1. *edit.* Et faciunt d. per Merlin. Pignatell. *controv. forens. cent.* 2. *capit.*
95 15. *n.* 1. *& n.* 11. Nec relevant, quæ in contrarium docet Bonacc. *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 5. *num.* 14. quia hæc Impedimenta vere diversæ sunt rationis, & ob id non constituunt unam, eandemque repugnantiam respectu Matrimonii contrahendi; nec impedimentum Voti auget difficultatem in sui ablatibnem, sed potius periculum Incontinentiæ, quod solet esse causa dispensationis in hujusmodi Voto, facilitat ad Matrimonium, nec ita afficit aliud Impedimentum dirimens, ut debeat simul cum illo de necessitate explicari, ut docent Doctores præcitati; imo Aversa *de Matrimonio quæst.* 19. *sectio.* 5. *vers. juxta has rationes*, admittit posse non solum peti dispensationem Impedimenti dirimentis, sed etiam posse dispen- 96
sari à Voto post impetratam super ipso dirimenti dispensationem: Nobis tamen magis probatur Doctrina Sanchez, & Merolla, & aliorum supra citatorum, & magis tuta videtur; quia sublato Voto solum remanet impedimentum consanguinitatis, vel Affinitatis, & de eo solo tunc sufficit facere mentionem.

Intellige tamen de Voto Castitatis, vel Religio- 97
nis, quod ipsi Pontifici reservatur, quia si emissum fuisset ante annos Pubertatis, nec postmodum ratificatum, posset hujusmodi Votum à Parentibus irritari, & sic alia via, quam dispensationis tolli; & sic
etiam dato, quod in eo Voto posset Episcopus dispen- 98
sare, poterit super illo impetrari dispensatio, eaque obtenta, recurri ad Pontificem pro dispensatione super Impedimento dirimenti. Simili modo si petens di- 99
spensationem ad ducendam Consanguineam esset ligatus Sponsalibus de futuro cum Fœmina, posset impetrare dispensationem super consanguinitate, nulla de Sponsalibus facta mentione; dummodo antequam Matrimonium contrahatur cum consanguinea, ea Sponsalia sibi à dicta Fœmina remittantur, quia cum possint Sponsalia à dicta Fœmina absque Pontificis dispensatione remitti, vel aliter irrita sint, non est opus illa narrare Pontifici; si tamen a dicta Fœmina non remitterentur, non posset contrahi Matrimonium, nisi super ipsis Sponsalibus à Pontifice dispensaretur; vide Sanchez *lib.* 8. *dict. disp.* 23. *num.* 6. *& disp.* 27. *numer.* 4. Bonaccina *de Leg. disput.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 9. *numer.* 1. Layman. *d. capit.* 22. *numer.* 19. 100
Nota tamen, quod difficillime, & non nisi ex urgentissimis causis Pontifex dispensationem super hujusmodi Sponsalibus concedit; attento præjudicio ipsius Fœminæ; cum Papa non intendat Juri Tertii præjudicare, nisi ex justissima causa moveatur, ut dixi- 101
mus. Quid autem dicendum sit, si post impetratas à Pontifice Literas dispensationis Delegato commissæ, sed nondum exequutæ; & quid, si post factam dispen- 102
sationem, sed non dum exequutam, superveniret affinitas; videbimus capp. seqq.

Limita secundo, & dic, posse impedimenta separatim exponi, quamvis etiam se contingant, & unum augeatur ab alio, & ad unum eundemque finem tendant, & repugnent Matrimonio contrahendo, quando aliqua ex dictis impedimentis sunt publica, & re- 103
liqua occulta, quia tunc pro publicis peti poterit dispensatio in Dataria, vel Cancellaria, seu Secretaria, secundum qualitatem impedimentorum, ut diximus *Cap.* 3. & pro occultis recurri ad Sacram Pœnitentiariam pro solo Conscientiæ foro. Exempli gratia; Petrus intendit ducere Bertam suam consanguineam infra quartum Gradum, cujus Sororem, vel Matrem, seu Filiam ipse Petrus antea secreto cognovit; poterit peti dispensatio super consanguinitate, quæ publica est, à Pontifice, tacita affinitate ob justam causam, quam habet, se Bertam, & alias ab ipso cognitas non infamandi; & deinde pro affinitate, quæ occul- 104
ta est, recurrere ad Prætorium Sacræ Pœnitentiariæ, in quo cum non exprimantur Oratorum nomina, sed tantum dicatur *Ex parte latoris præsentium*, non est periculum manifestationis. Quamvis autem pro solis occultis impedimentis Matrimonialibus habeatur recursus ad ipsam Sacram Pœnitentiariam, debebunt nihilominus ibi exponi non solum occulta, 105
sed etiam publica impedimenta, quæ extant inter Oratores, exponendo qualia præcise sint, & quod super dictis publicis Papa jam dispensavit, vel de proximo dispensaturus est. Et sic de necessitate ex-

primi debet, ad hoc, ut, per forum Pœnitentiariæ omnia Impedimenta simul proponantur Pontifici, & per dictam integram Impedimentorum expressionem ipse Pontifex sciat, quot, & quæ sint Impedimenta, super quibus Oratores egent dispensari, &
106 sic in Praxi servatur. Nec refert, si prius à Summo Pontifice super publicis, vel à Sacra Pœnitentiaria super occultis petita sit Dispensatio; vide Pontium *de Matrim. §. 4. n. 23.* Sanchez *num. 2.* Trullenck *d. dub. 4. n. 2.* & Bonacina *ll. cc.*

107 Si quis autem vellet Dispensationem à Pontifice Impetrare super aliquo Crimine, quod vero commisit; & licet de eo data fuerit notitia in foro contentioso, cum tamen non fuerit plene probatum, vel fuit absolutus, vel aliqua arbitraria pœna punitus; tunc, ne se prodat, poterit narrare Pontifici in foro externo, quod de tali crimine diffamatus fuit, & defectu Probationum absolutus, vel arbitraria pœna punitus, prout factum se habet; Deinde debebit recurrere ad Sacram Pœnitentiariam, & exponere veritatem facti, & quod in petenda Dispensatione à Summo Pontifice, & ne se proderet, exposuit tali modo, &c. quia, ut diximus, cum in dicto Tribunali non exprimantur Nomina Oratorum, non est periculum, quòd Crimen manifestetur; Ita Pontius *l. c.* Sanchez *lib. 8. disp. 24. n. 22.* qui exemplificat casum in eo, qui Uxorem interfecit animo ducendi Concubinam, & ob id cum fuerit in foro contentioso, & judiciario; delatus, non tamen convictus aliqua fuit arbitraria pœna punitus, quia si postea velit Concubinam ducere, poterit in petitione Dispensationis explicare, ut supra dictum fuit, &
108 veritatem Pœnitentiariæ narrare; At si occidisset Uxorem, sed absque animo ducendi Concubinam; tunc si Concubinam ducere velit, docet sufficere, ut exprimat Pontifici fuisse sibi oppositum Impedimentum interfectionis Uxoris, cum verè non interfecerit, & se Dispensationem petere, ut foro externo satisfaciat; Nec in hoc mentitur, quamvis coram Delegato juret preces veras esse, quia machinatio, absque animo ducendi Concubinam, non dirimit Matrimonium; & quamvis antiquo tempore impedierit, hodie tamen est ab usu sublatum; ut bene idem Sanchez *l. c.* Et si hic dicit non occidisse, intelligitur non occidisse, quatenus d. occisio sit Impedimentum ad Matrimonium.

109 Qua autem circumspectione, & cautela se gerere debeant Oratores, qui cum Impedimento dirimenti, ab eis crasse ignorato, Matrimonium contraxere, fuse docet Sanchez *lib. 8. tota disp. 25.* & nos diximus *lib. 3. cap. 15.*

Nec solum exprimi debent Pontifici omnia Impedimenta simul in petenda Dispensatione, ut diximus, sed narrari debebit etiam Inabilitas, si quæ
110 sit in Oratoribus dispensari petentibus; ut si ipsi; vel eorum alter sit puer, impubes, furiosus, vel aliter de jure inhabilis ad contrahendum, & gratiam consequendam; alias Dispensatio subreptitia erit, & nulla, ob præsumptam voluntatem Pontificis eo casu Dispensationem verisimiliter non concessuri; Constat *ex Cap Si motu proprio 23. de Præb. in 6.* & expresse docent Petrus Rebuff. *in Praxi Benef. ubi de Mandatis Apostolicis num. 19. pag. mihi 67.* Sylvester *verbo Rescriptum quæst. 6. vers. Addo etiam.* Sanch. *lib. 8. disp. 21. num. 49.* Mantica *decis. 122. numer. 3. & num. 8.* Caputaquens. *decis. 43. num. 8. part. 2.* Silva *de Benef. part. 3. quæst. 12. num. 17.* Merolla *tom. 2. dis. 4. cap. 6. numer. 390.* ubi ex Sylvestro, & San-
111 chez ampliat, vitiari eo Casu Dispensationem, quam-
112 vis motu proprio facta sit, Papa enim dum super Impedimento proposito dispensat, non intendit approbare id, quod alias male, & nulliter à contrahentibus factum sit, nec aliud Impedimentum sibi non expressum amovere; unde sublato proposito Impedimento remanent alia, quæ non fuerunt expressa, & sublata, ut supra diximus. Si in Dispensa-
113 tione, quæ petitur, Jus Tertii ledatur, debet id exprimi; Sanchez *lib. 8. disp. 21. num. 50.* Merolla *d. cap. 6. numer. 391.* alias Dispensatio nulla erit, & irrita, quia Papa nunquam præsumitur velle Juri Tertii præjudicare, nisi apertissime exprimat, ut diximus *Cap. 2.*

Si Vidua contrahere velit cum Consanguineo, 114
vel Affine intra Gradus prohibitos, existimat Pontius *lib. 8. cap. 17. §. ultimo*, teneri in Dispensatione petenda de qualitate Viduitatis mentionem facere, præsertim si filios ex primo Matrimonio susceperit; alias Dispensationem obtentam videri subreptitiam, quamvis ex ignorantia hæc Viduitatis qualitas tacita sit; quia Leges de hujusmodi Viduis maritandis nullam curam habent, sed solum de Virginibus, aut alias innuptis Mulieribus maritandis, & ad hæc probanda allegatur ab ipso *Authent. Cui relicto C. de Indicta Viduitate*; Quidquid tamen ipse dicat, id non servatur in Praxi, & quotidie videmus concedi Literas Apostolicas Dispensationum Matrimonialium eadem facultate, & pari modo, tam si hæc qualitas exprimatur; quam si taceatur, nec umquam vidi, nec audivi super hoc fuisse factam oppositionem, nisi eo solo casu, quo ob ætatem Mulieris petita fuisset Dispensatio, quia ob dictam causam non conceditur Dispensatio ipsis Viduis, & propterea in Literis Dispensationum, quæ ob dictam causam ætatis conceduntur, Clausula, quòd dicta Oratrix vigesimum quartum annum, & ultra agens hactenus virum paris conditionis cui nubere possit, non invenit, per quam Dictionem *Hactenus*, excluduntur Viduæ, & consequenter si taceretur eo casu qualitas Viduitatis, subreptitia esset Dispensatio

Cæterum ita exprimenda sunt Impedimenta in 115
Dispensatione ad contrahendum petenda, ut singula in propria specie, & gradu, & cum necessariis circumstantiis exponantur, nec unum pro alio, nec certum pro dubio, vel è contra, supponatur; quia si unum pro alio, nec in sua specie, & existentia proponatur, non valebit Dispensatio, cum neutrum Impedimentum ob id auferatur; non etenim amovetur id, quod falso narratur, cum vere non extet; nec id, quod verum est, si subticeatur, vel in dubio proponatur; Et propterea ne Dispensationes Matrimoniales obreptionis, vel subreptionis vitio subjaceant, erunt infrascripta respective exprimenda.

Quoad Impedimentum Consanguinitatis exprimi 116
debebunt præcisi Gradus, quibus Oratores sunt conjuncti, ut si sint in Secundo, Tertio, vel alio Gradu; Nec sufficiet dicere in genere, se esse Consanguineos, alias Dispensatio non valebit; cum defectus sit in qualitate necessario exprimenda, ut inter alios docent Sanchez *lib. 8. disp. 24. n. 23.* Filiuccius *tom. 1. tract. 10. part. 2. c. 10. n. 327.*

An ex uno Communi, seu potius ex diversis sti- 117
pitibus proveniat Consanguinitas, omnes suos gradus explicando, quia quo propinquior est Gradus, 118
& quo majora sunt Impedimenta, eo difficilior Dispensatio redditur; Filiuccius *d. n. 327. & 328.* Sanchez *d. disp. 24. n. 5.* Aversa *de Matrim. d. q. 19. sect. 5. vers. Affirmandum tamen.*

An distantia Graduum Consanguinitatis sit in li- 119
nea recta, vel transversali, quia in illa non dispensatur, non solum in primo Gradu, sed nec umquam in aliquo ejus Gradu dispensatum fuisse legitur: imo non desunt, qui probabiliter asserant, in hujusmodi 120
linea in infinitum esse prohibitum Matrimonium, ut dicimus *lib. 2.*

An Oratores, qui sunt infra secundum Gradum 121
conjuncti, distent in Gradu inæquali, & Fœmina sit proximior stipiti, quia id pariter exprimi debet, ob maximam indecentiam, quæ inde resultat ex eo, quod Matertera, vel Amita, quæ jure naturæ superior est, subdatur Viro in Matrimonio; Sanchez *l. c. num. 12.* Bonacina *de Legibus disp. 1. quæst. 2. punct. 5. num. 16.* Laymanus *lib. 5. tract. 10. part. 4. c. 6. n. 9.* Filiuccius *l. c.* Et hoc casu Papa vel non dispensat, vel difficillime concedit.

Si Oratores distent in inæquali Gradu, (ut si di- 122
stent tertio, & quarto, à communi stipite provenientibus, Consanguinitatis gradibus) de stylo Curiæ debet uterque Gradus in Supplicatione exprimi, ad hoc ut super remotiori dispensetur, & super propinquiori concedantur Literæ declaratoriæ, quod

quod ejus distantia non obest: quæ Literæ, quam-
123 vis antiquo tempore necessariæ non fuissent, hodie tamen consuetudine legitimè introducta necessariæ sunt, itaut illis non obtentis Matrimonium contrahi non possit, & sic declarasse Urbanum Octavum Summum Pontificem refert Barbosa *in votis Canonicis*, quem nos propterea referimus *lib.* 2. Unde quamvis verissimum sit, quod in linea inæquali super solo remotiori Gradu dispensatio necessaria sit, per ea, quæ dicimus *dict. Capitul.* unde non videatur necessarium exprimere eo casu gradum propinquiorem, nihilominus quia alterum Collateralem esse propinquiorem stipiti efficit dispensationem in eo gradu
124 difficiliorem, ideo id totum in eadem supplicatione exprimendum erit in petenda dispensatione, ut docent Molina *de Just. tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 161. Diana *part.* 8. *tractat.* 3. *resol.* 60. Nec quoad hoc audiendi sunt Pontius *num.* 27. & Aversa *vers. Excipit etiam ll. cc.* contrarium docentes; Hodie tamen de stylo Curiæ dispensatio super Remotiori, & declaratio super Propinquiori unica Bulla conceduntur, ut est notum; quod idem suo tempore servatum fuisse testatur Franciscus Leo *in Thes. Fori Eccles. part.* 2. *capit.* 8. *numer.* 45. Et eo magis exprimi debet propinquior gradus, si is esset primus, cum propterea emanaverit specialis Bulla Pii V. Anno 1566. die 26.
125 Augusti, unde si Orator esset v. gr. Patruus, vel Avunculus magnus Oratricis, vel si quis vellet contrahere cum Sorore sui Patris, vel Matris, vel Avi, seu Aviæ, vel Proavi, seu Proaviæ, id necessario exprimi debebit, quia in his Gradibus Papa non solet dispensare, & difficillime dispensat ob singularem indecentiam, quæ ex hujusmodi conjugiis resultat; quia ut bene animadvertit Coninck *d. disp.* 34. *num.* 72. eadem fere reverentia istis personis debetur, quæ parentibus ipsis debita est.

Et cum hoc casu agatur de dispensatione insolita, quamvis aliæ, quæ solitæ sunt concedi, spatio triginta annorum præsumantur, ut docet Puteus *decisio* 257. *numer.* 3. *libr.* 3. illæ tamen, quæ non
126 sunt solitæ, nec spatio quadraginta annorum præsumuntur: idem Puteus *decision.* 139. *numer.* 3. *eodem libro.*

Id tamen est singulare, quod si Oratores sint in primo, & secundo ex communi stipite provenientibus consanguinitatis gradibus, uterque gradus con-
127 stituit de per se impedimentum, & propterea non dispensatur solum super secundo remotiori, nec dantur Literæ Declaratoriæ super primo, ut in aliis casibus fit, sed debet dispensari super utroque gradu, sic dicendo, *quod impedimento primi, ac etiam secundi consanguinitatis Graduum hujusmodi, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, Matrimonium inter se se publice, &c.* Et sic se habet notorius Curiæ stylus, ut dicemus *lib.* 2.

128 Dictus stylus Curiæ servat, ut, si Oratores sint infra secundum gradum, debeat etiam exprimi provenientia ejusdem Consanguinitatis, sic dicendo, quod ipsi sunt conjuncti v. gr. secundo consanguinitatis gradu ex eo proveniente, quia Orator est Patruus Oratricis, vel aliter, prout res se habet, quia in his gradibus tam propinquis Papa vult scire omnes qualitates præcise: Quod idem servatur etiam in primo, & se-
129 cundo ex actu fornicario, teste Pirrho Corrado *in Praxi dispensat. Apost. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 22. 23. *&* 24.

130 Alii tamen probabilius docent in hujusmodi Affinitate, non requiri de necessitate expressionem hujusmodi provenientiæ; Ita inter alios docent Sanchez *lib.* 8. *disp.* 24. *n.* 25. Bonaccina *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 5. *n.* 18.

131 Si in expressione graduum fieret error, tunc si fuisset expressus major pro minori (dummodo sit in eadem specie) valebit dispensatio, quia eo ipso, quod
132 Papa dispensat super superiori, virtualiter, & formaliter in illo continetur minor in eodem ordine, & eadem specie; Rodriquez *in Summa tom.* 1. *cap.* 237. *numer.* 3. Sanchez *libr.* 8. *disp.* 24. *numer.* 27. Pontius *lib.* 8. *cap.* 17. §. 5. *n.* 31. Bonaccina *d. puncto* 5. *num.* 15. Aversa *de Matrimon. quæst.* 19. *sectio.* 5. *vers.* 5. Trullenck *d. dub.* 4. *n.* 6. Escobar *tract.* 1. *exam.* 16. *cap.* 2. *vers. Est ne dispensatio;* Quia in gradu superiori includitur inferior ejusdem ordinis, & speciei: Filiuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *par.* 2. *capit.* 10. *nnmer.* 327. Sperellius *decis.* 112. *num.* 16. Bonaccina *l. cit.*
133 Esset quidem subreptitia dispensatio, si loco majoris impedimenti, quod vere extat, fuisset suppositum aliud minus, quia tunc esset error circa substantiam ipsius dispensationis, & nullatenus eo casu in dicto gradu superiori dispensaretur, utpote qui nec formaliter, nec virtualiter includitur in minori; Sanchez *d. disp.* 24. *num.* 5. Barbosa *in votis Canonicis lib.* 1. *voto* 4. *numer.* 13. Rota *decis.* 117. *numer.* 2. *part.* 3. *diversor. libr.* 1. eo maxime, quod dispensatio difficilius, & cum majori compositione conceditur in propinquiori, quam in remotiori Gradu, ut alibi dici-
134 mus; Idque verum est, quamvis absque dolo, sed bona fide factum sit, quia licet eo casu Oratores excusentur à culpa, non tamen valebit Dispensatio; Pontius *numer.* 31. Sanchez *numer.* 18. *ll. cc.* Error
135 enim, quantumcumque culpa carens, non efficit, nec efficere potest, ut rescriptum extendatur ad casum, qui sub ejus verbis non comprehenditur, quamvis etiam simili modo Pontifex concessisset, si petitus fuisset; Sanchez *lib.* 8. *disput.* 21. *numer.* 39. Pirrhus Corrad. *in d. Praxi dispensat. Apost. lib.* 7. *capit.* 5. *n.* 29. Et nos alibi diximus.

Dixi, si impedimentum sit in eadem specie, quia si
136 error contingeret in diversa specie, ut si diceretur, impedimentum esse consanguinitatis, cum esset affinitatis, vel è contra, &c. subreptitia esset dispensatio, li-
137 cet cum eadem compositione, in paritate graduum,
138 dispensetur in consanguinitate, ac in affinitate, quia
139 cum consanguinitas, & affinitas sint impedimenta diversæ speciei, dispensando in consanguinitate, non dispensatur in affinitate, nec e contra; Imo ob dictam rationem non solum erit subreptitia dispensa-
140 tio, si loco consanguinitatis, quæ majus, & fortius est Impedimentum, expressa fuisset Affinitas, quæ minus est vinculum, & super ea facilius Papa dispensare solet, sed & nulla, ac invalida erit Dispensatio, quamvis loco affinitatis expressa fuisset consanguinitas, unde concesso quod majus est, videretur concessum quod minus; Ita expresse docent Sanchez *lib.* 8. *disp.* 24. *num.* 19 Coninck *disput.* 33. *dub.* 2. *numer.* 13. Bonaccina *dict. puncto* 5. *numer.* 8. Filiuccius *dict. numer.* 327. *in fine*; Stephanus à S. Gregorio *univ. tract. de Vinculis Div. Pietat. lib.* 3. *capit.* 113. *num.* 7. Escobar, Pontius, Aversa, & Trullenck *ll. cc.* Ita etiam Lessius *de Just. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 11. *n.* 79. Gutierez *de Matrim. cap.* 124. *n.* 10. Pirrhus Corradus *d. cap.* 5. *n.* 71. *&* *num.* 72.
141 Et sic videmus, quod in facultatibus, quæ dantur à Pontifice Legatis, vel Nunciis Apostolicis, seu aliis, ut dispensare possint super impedimentis dirimentibus, semper dicitur, ut dispensare possint super impedimentis consanguinitatis, vel affinitatis; quæ dictio,
142 *Vel*, cum sit alternativa, ponitur inter diversa; Lotherius *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 37. *n.* 37. Gonzales *ad reg.* 8. *Cancell. Glossa* 52. *n.* 3. & novissime celebratissimus Doctor noster Lælius Altogradus *libr.* 2. *cons.* 13. *numer.* 8. Bertazzol. *de Claus. in repetit. Legis, si quis major quæst.* 22. *numer.* 356. Unde cum consanguinitas, & affinitas sint impedimenta omnino diversa, non valebit dispensatio facta super consanguinitate, si impedimentum affinitas sit, vel è contra, cum de diversis non fiat illatio *leg. Papianus Exul. ff. de minor.* Lotherius *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 24. *numer.* 83. Marius Antonin. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 106. *numer.* 42. Paris. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 8. *num.* 8. Stai. *de Interesse lib.* 2. *titulo* 16. *quæst.* 5. *numer.* 20.

Amplia, & dic dispensationem eo casu subreptitiam
143 esse, quamvis etiam ex communi errore Oratores putarentur esse in tali Gradu, v. gr. consanguinitatis, cum sint in eodem affinitatis, vel è contra, quia proposito in supplicatione impedimento v. gr. Con-
144 sanguinitatis, Papa censetur se fundare solum super narratis; Rota coram Durano *decisio.* 147. *numer.* 7. *part.* 1. cum nunquam dispensare intendat su-
145 per

per impedimentis non expreſſis ; Rota *in noviſſimis dec.* 350. *n.* 20. Rota coram Pænia *dec.* 350. *nu.* 20. Franciſcus Leo *in Theſ. Fori Eccleſ. part.* 2. *capit.* 8. *num.* 49. Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 24. *num.* 20. Bonaccina *d. puncto* 5. *n.* 8. & ſic Diſpenſatio non operatur ultra mentem Pontificis, qui , ut diximus , ſe fundat tantum ſuper narratis in ſupplicatione ; & actus non operatur ultra intentionem agentis *l. non omnis initio ff. ſi certum petatur ;* Rota inter deciſ. impreſſas per Ludovicum Cencium poſt *tract. de Cenſ. dec.* 205. *num.* 2. *& deciſ.* 272. *num.* 10. Pariſ. *de reſignat. libr.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 35. Lælius Altogradi *conſ.* 45. *numer.* 40. *lib. prim.* Hieronymus Palma *conſeq.* 38. *num.* 24.

146 Quando tamen Impedimentum , quod Pontifici proponeretur, eſſet unicæ ſpeciei, nempe vel conſanguinitatis , vel affinitatis , tunc valebit Diſpenſatio , ſi Impedimentum alternative proponatur , dicendo eſſe vel Conſanguinitatis, vel Affinitatis ; tunc etenim diſpenſationem concedendo , Papa intendit amovere Impedimentum propoſitum , ſive conſanguinitatis , ſive Affinitatis ſit : Hac cautela uti ſolent practici ſollicitatores in petenda diſpenſatione , quando ignorant impedimentum eſſe conſanguinitatis , vel affinitatis, unde ſufficiet poſtea in una ſpecie coram Delegato verificari , cum in alternativis id ſufficiat *Regula in alternativis* 70. *de Regul. Jur. in* 6. Rota *dec.* 569. *numer.* 2. *part.* 1. *recent. & deciſ.* 611. *numer.* 3. *part.* 3. *recent.* Rota coram Durano *deciſio* 103. *numer.* 3. Zerola *in Praxi Epiſc. part.* 1. *verbo reſcriptum* §. 5. Lælius Altogradi *conſ.* 33. *numero* 6. *lib.* 2. Id tamen non admittitur ſi Impedimenta, quæ exponerentur alternative, eſſent partim conſanguinitatis , & partim affinitatis , quia tunc exprimi debet diſtinctim in quo Gradu conſanguinitatis , & in quibus affinitatis impedimenta ſint, & ita ſe habet ſtylus Curiæ ; vide Pyrrum Corradum *in Praxi Diſpenſation. libr.* 7. *capit.* 5. *numer.* 73.

148 Pro impedimentis affinitatis , & Publicæ Honeſtatis explicandi ſunt Gradus , quibus inter ſe diſtant contrahere volentes , ut de Conſanguinitate diximus.

149 Item , an Affinitas, vel Honeſtas ex uno , vel ex pluribus ſtipitibus inſurgant , ut quia Orator unam , vel plures Sorores , vel Matrem , ſeu Filiam Oratricis cognoviſſet.

An antea contraxiſſet Matrimonium cum duplici conſanguinea intra quartum gradum perſonæ, quam quis ducere intendit ; quia tunc ex duplici capite impeditur; Sanchez *lib.* 8. *d. diſp.* 24. *à nu.* 4. Coninck *diſp.* 33. *dub.* 6. *n.* 81. Laymanus *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *numer.* 19. Garc. *de benef. part.* 8. *capit.* 3. *numer.* 88. Pontius *d. cap.* 17. §. 5. *num.* 25. Filiuccius *l. c. num.* 329.

150 An affinitas ſit in linea recta , vel tranſverſali ; cum facilius in iſta , quam in illa diſpenſetur .

151 An ex Matrimonio rato , vel conſummato , vel potius ex illicita copula inſurgat impedimentum, quia in hac longe facilius diſpenſatur.

An ex ſolis ſponſalibus, vel ex Matrimonio rato

152 oriatur Honeſtas ; quia ex Matrimonio fortius vinculum oritur , ut animadvertunt Trullenck *tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 4. *n.* 10. Sanchez *n.* 26. Filiuccius *num.* 330. *ll. cc.*

153 In petenda diſpenſatione ſuper Affinitate, non erit opus exprimere, quod Fœmina ſit propinquior ſtipiti , ut reſpectu conſanguinitatis jam diximus ; ſed ſatis erit deſcribere inæqualitatem Graduum , quia non eſt in affinitate ea peculiaris indecentia contrahere cum hujuſmodi perſonis , prout eſt contrahendo cum conſanguineis ; Filiuccius *l. c.* Trullenck *d. dub.* 4. *numer.* 9.

154 Quando ex copula illicita conſurgit Affinitas , & ſic etiam dum ex ſolis Sponſalibus procedit Honeſtas , ſufficiet dicere in genere dd. Impedimenta ſubeſſe ; & quamvis diceretur eadem ex conjugio orta fuiſſe ; valeret diſpenſatio ; quæ tamen è converſo irrita eſſet, ſi ex Matrimonio affinitas, vel publica honeſtas inſurgerent , & id non fuiſſet expreſſum ; quia tunc duo impedimenta ſunt , nempe affinitas , & honeſtas ; Sanchez *numer.* 40. & Trullenck *numer.* 11. *ll. cc.*

Si tamen diceretur honeſtatem eſſe in ſecundo , vel 156
tertio , ſeu quarto gradibus , non eſſet opus exprimere , quod procederet ex Matrimonio rato ; quia ſatis conſtat impedimentum publicæ honeſtatis ultra primum gradum , non aliunde conſurgere , quam ex Matrimonio rato ; Sanchez *dict. diſp.* 24. *numer.* 39. Trullenck *d. dubio* 4. *n.* 10. *in fine*. Quod ſi honeſtas 157
inſurgeret ex Matrimonio rato , & Oratores eſſent in gradu inæquali , ſufficeret exprimere remotiorem , ut 158
jure communi diſponitur , quia conſtitutio Pii Quinti , qua decernitur neceſſarias eſſe Literas declaratorias ſuper gradu proximiori , loquitur tantum de conſanguinitate , & affinitate ; Pontius *nu.* 26. *l. c.* Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 24. *n.* 27.

Si quis haberet tantummodo impedimentum publi- 159
cæ honeſtatis procedens ex Matrimonio rato , & non conſummato cum Sorore Fœminæ , quam ducere intendit , valide diſpenſaretur , ſi exponeret ſe habere cum illa affinitatem ex Matrimonio conſummato ; quia in hujuſmodi affinitate includitur illa honeſtas : Unde dum Pontifex intendit per diſpenſationem auferre impedimentum affinitatis , eo ipſo aufert illud honeſtatis ; Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 24. *n.* 38. Pontius *dict. c.* 13. *n.* 30. Averſa *l. c.*

At ſi affinitas procederet ex copula fornicaria , & 160
ſimul adeſſet Impedimentum publicæ honeſtatis , tunc ſatis non eſſet dictam Affinitatem exprimere , ſed oporteret etiam eam honeſtatem exponere , quia in illa hæc non comprehenditur ; Sylveſt. *verbo Matrimonium* 8. *quæſt.* 4. Garcia *de benefic. part.* 8. *d. cap.* 3. *num.* 45. Trullenck *num.* 11. Sanchez , & Averſa *ll. cc.*

Si quis peteret diſpenſationem ad contrahendum 161
cum conſanguinea Uxoris ex Matrimonio conſummato cognitæ , & exprimeret affinitatem procedere ex Copula licita , tunc in d. Affinitate comprehenditur honeſtas , & ob id ſuperflua eſſet expreſſio exiſtentiæ dictæ Honeſtatis ; Sanchez *num.* 38. Pontius *lib.* 8. *cap.* 17. §. 5. *n.* 30. Vide Gambara *de Offic. & Authoritate Legati lib.* 10. *n.* 44.

Nec in expreſſione affinitatis exprimi debebit , quo- 162
ties copula repetita fuerit cum eadem perſona , quia affinitas non per diverſas copulas , ſed per diverſas perſonas multiplicatur ; nec ipſa copula cum eadem perſona pluries repetita reddit Pontificem difficiliorem ad diſpenſandum , nec impedimentum auget ; Sanchez *l. c. num.* 7. Bonaccina *de leg. dict. puncto* 5. *n.* 3. Garcia *part.* 8. *cap.* 3. *numer.* 77. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 58. Averſa *d. quæſt.* 19. *ſect.* 5. *verſ. affirmandum* .

Intellige tamen de copula repetita cum eadem per- 163
ſona , ante factam , & exequutam diſpenſationem ; quia ſi poſt factam dictam diſpenſationem iteretur copula cum conſanguinea intra ſecundum gradum conjuncta Fœminæ , quam quis ducere intendit , novum impedimentum inſurget , & nova opus erit di- 164
ſpenſatione ; cum reſcriptum , & diſpenſatio Pontificis non extendatur ad caſus poſtea exortos , Ludoviſ. *dec.* 34. *n.* 2. unde denuo recurri debebit ad Summum Pontificem , ſi copula publica ſit , ſeu ad S. Pœnitentiariam , ſi occulta remaneat , & exponi factum , prout vere eſt ; Sanchez *numer.* 8. & Pontius *numer.* 25. *ll. cc.*

Tandem concludo , quod , ſi Honeſtas ſit in Gra- 165
du inæquali , ſuperfluum erit explicare , quod ex Matrimonio rato proveniat ; quia id ex eo plane conſtat, quod poſt Concilium honeſtas ex ſolis Sponſalibus proveniens , non poſſit ultra primum gradum extendi , & conſequenter nulla eſſe poteſt graduum diſtantia , ut diximus *n.* 153.

Quoad errorem in expreſſione Nominis , Prono- 166
minis , Gradus , Loci , & Diœceſis Oratorum , prout reſpectu ſolutionis Taxæ , & compoſitionis pro impetranda diſpenſatione , eædem regulæ dantur , pro conſanguinitate , ac affinitate.

Quoad diſpenſationem faciendam ſuper impedimen- 167
to cognationis ſpiritualis :

Primo explicari debet qualitas cognationis , ut ſi

Orator

Orator Oratricem ipsam baptizavit, vel potius filium, vel filiam dictæ Oratricis tenuit, vel è contra; cum longe indecentius sit contrahere cum ipsa filia spirituali, quam cum matre ejusdem filiæ; & Summus Pontifex non soleat super Paternitate dispensare, ut testant Coninck *disp.* 33. *num.* 77. Aversa *de Matrim. quæst.* 19. *sect.* 5. *vers. Sexto*; Bonaccina *de legib. d. punct.* 5. *num.* 6. Sanchez *l. cit. num.* 15. qui duo ultimi affirmant, nunquam legisse, quod super dicta Paternitate fuerit dispensatum; Pontius tamen *l. c. num.* 28. refert singularem casum dispensationis factæ per Summum Pontificem Gregorium XIV. & animadvertit etiam infelicem exitum dicti Matrimonii.

169 Debebit insuper explicari, an Cognatio ex Baptismo, vel ex confirmatione insurgat, cum ex illo fortius sit vinculum; Sanchez *num.* 15. Filiuccius *num.* 331. *ll. cc.* vel si procedat ex ambobus Sacramentis, ut quia quis tenuerit unum filium in Baptismo, &
170 alium in Confirmatione, sive eumdem in utroque, quia tunc esset duplex cognatio, ut dicimus infra *libr.* 2.

At sicut Affinitas non multiplicatur, nec augetur ex repetitione Copulæ cum eadem persona, ut diximus supra; ita si quis plures filios alicujus de Sacro Fonte lever, vel in confirmatione teneat unam tantum Cognationem contrahet; Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 58. Garcia *de benef. part.* 8. *d. cap.* 3. *num.* 78. ubi refert sic fuisse declaratum à Clemente VIII. Summo Pontifice dum esset Datarius Sixti V. Multi-
171 plicatur quidem hæc Spiritualis Cognatio, vel ex diversis Sacramentis nempe Baptismo, & Confirmatione, vel si Compatres unus alterius vicissim levent filios; Vide Filiuccium *l. cit. num.* 331. Aversa *dicta quæst.* 19. *sect.* 5. *vers. affirmandum*. Trullenck *d. dub.* 4. *nu.* 13. Si quis tamen baptizaret plures fi-
172 lios personæ unius, contraheret cognationem multiplici titulo, Filiucc. & Trullenck *ll. cc.* quamvis etiam in casu necessitatis, & in privato Baptismo
173 domi celebrato baptizet, ut late dicimus *lib.* 2. aliud enim est baptizare, & aliud suscipere.

174 Quod attinet ad dispensationem Voti, vel Juramenti, primo est explicandum, an Votum, seu Juramentum fuerint facta unum independenter ab alio, quia utrumque exprimi opus erit; Sanchez *libr.* 8.
175 *disp.* 2. *n.* 124. At si Juramentum fuisset in confirmationem Voti existimat idem Sanchez *l. c.* sufficere, si super solo Voto dispensatio obtineatur, quia sublato Voto cessat Juramentum; sequitur Filliuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *n.* 334.

176 Si quis teneretur Voto Religionis, ac Castitatis, debet vel utrumque simul explicare, ut docent Laymanus *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *n.* 19. Pontius *lib.* 8. *cap.* 17. *num.* 24. §. 4. vel prius Dispensationem petere à voto Religionis, eaque obtenta, petere dispensationem à voto Castitatis; quia si prius exoneretur Votum Castitatis, non valeret super eo facta dispensatio, si remaneret obligatio Voti Religionis, ut animadvertit Merolla *tom.* 2. *disput.* 4. *capit.* 6. *numer.* 358. Quod si peteretur dispensatio super dictis Votis ad effectum contrahendi Matrimonium, crediderim utrumque simul explicari debere, per ea quæ diximus.

177 Si quis habens Votum non nubendi, vel non fornicandi, exprimeret se habere Votum Castitatis, valida esset dispensatio, quia in hoc illa comprehenduntur; Diana *par.* 8. *tract.* 3. *resol.* 66.

178 Item exprimi debebit, si Votum, vel Juramentum non nubendi sint soli Deo facta, vel potius in gratiam Tertii, quia super hoc Papa difficillime dispensat, nec unquam præsumitur velle in eo dispensare, nisi apertissime exprimat; Sanchez *in summa libr.* 4. *cap.* 47. *num.* 36. *& de Matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 50. Bonaccina *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 4. *num.* 10. Ratio est quia agitur de præjudicio Tertii, & nunquam præsumitur Papam velle Juri Tertii derogare, ut diximus *cap.* 3.

179 Valida insuper erit dispensatio super Juramento petita, & obtenta, quamvis non super Juramento, sed super Voto necessaria fuisset, vel è contra, quia hæc sunt æquiparata; Sanchez *Operæ Mor. lib.* 4. *capit.* 47. *num.* 30. *& de Matrimon. lib.* 8. *disp.* 2. *nu.* 24. Franciscus Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *capit.* 6. *dub.* 15. 180
num. 379. Qui enim potest in Votis dispensare, potest etiam in Juramentis Deo factis; Thomas Pelliccionius *Quæst. Illustr. quæst.* 10. *vers. contraria tamen pag. mihi* 94. Filliuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *n.* 334.

Et sicut diximus non esse opus exprimere repetitionem Copulæ cum eadem persona factam, quia dicta repetitio non auget, nec novum Impedimentum inducit: sic pariter dicendum est de repetitione Voti, ante ejus exequutam dispensationem facta, quia quamvis millies repetitum fuisset, nulla nova obligatio inducta esset; Vega *tom.* 2. *Summæ capit.* 129. 181
casu 8. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 27. *num.* 25. Merolla *to.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *num.* 358. *& num.* 81. Filiuccius *l. cit.* Dixi ante exequutam dispensationem, quia si post illam repeteretur Votum, nova esset in- 182
ducta obligatio, aliaque opus esset dispensatione; Merolla *dict. num.* 381.

Pro explicatione Votorum Pontifici facienda, Regula generalis assignari solet, ut si Vota sint diversa, & unum in alio non includatur, tunc de omnibus 183
illis necessaria sit mentio; quia si falso exponeretur esse unum, cum revera esset aliud diversum, dispensatio erit subreptitia, ut si v. gr. diceretur esse Votum Castitatis, cum esset Votum Jejunii, vel è contra; vel si quis esset obligatus Voto non fornicandi, & peteret dispensationem à Voto non nubendi; vel si Votum esset perseverandi in Religione, & diceretur esse Religionis, quia hæc sunt Vota diversa. Aliud enim est Votum perseverantiæ, & aliud Votum Religionis, ut bene animadvertit Sanchez *de Matri-* 184
monio libr. 8. *disp.* 21. *numer.* 23. Bonaccina *de leg. disput.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 5. *num.* 15. *& nu.* 21. Joannes de Salas *de leg. disp.* 20. *sect.* 2215. *numer.* 122. Merolla *l c. num.* 358. Amplia, ut sit nulla dispensatio, quamvis etiam Votum falso expositum gravius esset Voto vere emisso, ut si dictum fuisset esse Hierosolymitanæ Peregrinationis, cum sit Compostellanæ; Merolla *n.* 358. *l. c.*

Sic pariter si Votum, quod falso explicatur, sit inferius Voto, quod vere emissum fuit, tunc nec virtualiter, nec formaliter potest comprehendi in illo; & consequenter dispensatio inde sequuta subreptitia erit, & nulla; ut si falso exprimeretur esse Votum non nubendi, cum esset Castitatis, aut Ordinis Sacri suscipiendi; Merolla *d. dub.* 15. *n.* 378.

At è contra, si Votum expressum includatur in alio, 185
tunc expresso majori, valebit dispensatio super utroque, ut si expressum fuisset Votum suscipiendi Ordinis Sacri, cum vere esset non nubendi, quia Votum Ordinis Sacri obligat ad non contrahendum Matrimonium, & ad aliquid aliud, ut bene Sanchez *Operæ Mor. lib.* 4. *cap.* 47. *nu.* 29. Merolla *dict. num.* 358. Bonaccina *d. puncto* 5. *n.* 15.

Si Religiosus professus peteret dispensari ad contrahendum Matrimonium, & esset promotus ad Sacros Ordines, teneretur & professionem, & Ordines explicare, quia sunt diversa vincula Matrimonium dirimentia. Imo si esset Diaconus, vel Sacerdos, non satis esset exprimere in genere se esse in Sacris, sed debebit de præciso Ordine, ad quem fuit promotus, facere mentionem; Filiuccius *l. c. in fine*. Stephanus à S. Gregorio *de vinc. Div. Piet. lib.* 3. *cap.* 113. *numer.* 10. Joannes Ægidius de Trullenck *dict. dub.* 4. *numer.* 15.

Raptus, si sequutus fuerit ad finem contrahendi 186
Matrimonium cum Rapta, & petenda sit dispensatio ob aliud impedimentum dirimens, explicari debet, an fuerit factus ad finem Matrimonii contrahendi, vel potius explendi libidinem, vel facilius obtinen- 187
di dispensationem; Sanchez *libr.* 8. *disputat.* 25. *numer.* 19. quia dato, quod hujusmodi Raptus sit exprimendus, debet exprimi cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantiis, ut in casu simili, diximus infra.

Circa dispensationem obtinendam super commisso, 188
seu machinato Crimine, explicari debet, an hujus-

modi Impedimentum oriatur ex Machinatione, seu Adulterio, vel ex ambobus; si idem Crimen fuis-
189 set alia vice patratum, & deinde repetitum, debebit de hujusmodi repetitione fieri mentio, alias Dispen-
190 satio secundo obtenta erit nulla, ac subreptitia, quia Papa non præsumitur velle idem genus Criminis pluries remittere *l. Nemo* 3. *C. de Episcopali Audientia, ubi dicitur Remissio veniæ Crimina semel com-*
191 *missa non habeant*; Est enim indignus venia, qui clementia Principis ad consuetudinem peccandi abutitur, & Crimina repetita semper difficiliorem red-
192 dunt Pontificem ad dispensandum, & propterea Criminis denuo commissi expressionem esse faciendam, docent Simon Majolus *de Irregularit. lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 2. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 22. *num.* 20. Coninck *disput.* 33. *dub.* 5. *num.* 87. Pontius *lib.* 8. *cap.* 17. §. 1. *num.* 8. *in fine*; Aversa *de Matrim. quæst.* 19. *sect.* 5. Salas *de legib. disp.* 20. *sect.* 15. *num.* 116. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 75. Fragosius *lib.* 3. *disp.* 6. *num.* 79. *part.* 1. Layman. *lib.* 1. *tract.* 4 *cap.* 22. *num.* 19. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dict. dub.* 15. *numer.* 350.
193 Quia semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali: *Reg. semel malus* 8. *de Reg. Juris in* 6. Responsa Marantæ *resp.* 13. *num.* 39. *par.* 2. Paris. *de Confid. quæst.* 35. *num.* 81. Barbosa *de Axiom. axiom.* 142. *numer.* 4. Hector Gapyc. Latr. *Decis. Sac. Cons. Neapol. decis.* 168. *num.* 7. *lib.* 2. & solitus delin-
194 quere gravius peccat, idem Barbos. *axiom.* 68. *nu.* 7.
195 Intellige tamen, ut sit de repetitione Criminis mentio facienda, quando repetitum fuit idem genus
196 Criminis; si etenim quis fuisset una vice dispensatus, exempli gratia, super Crimine machinationis, & postmodum indigeat Dispensatione super crimine Adulterii, cum promissione, & fide data Matrimonii, vel è contra, &c. non erit eo casu necessaria repetitio Criminis, cum primum sit diversum ab isto secundo; Coninck *num.* 88. *l. c.* Merolla *d. cap.* 6. *dub.* 27. *in fine*; Aversa *de Matr. quæst.* 19. *sect.* 6. *vers. Demum*.

197 Si quis ob Homicidium incurrisset Irregularitatem, & post obtentam super ea Dispensationem, ob aliud Homicidium alia egeret Dispensatione, debebit de prima mentionem facere; Suarez *de Legib. lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 12. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 57. *in fine*; Menochius *cons.* 185. *num.* 3. Tusch. *concluf.* 56. *num.* 6. *lit. G.* Fragosius *Regim. Christ. Reip. part.* 1. *lib.* 4. *disp.* 11. §. 3. *n.* 309.

198 At si contingeret eum, qui Crimen commisit, fuisse delatum in Judicium, sed quia Crimen non fuisset plenè probatum, aliqua arbitraria pœna punitum fuisse, tunc si Dispensatione egeat, ut quia v. gr. interfecisset Uxorem, animo ducendi Concubinam, & postea illam ducere velit, diximus, posse exprimere Pontifici se fuisse de tali Crimine diffamatum, sed defectu probationum absolutum, vel pœna arbitraria punitum; & deinde in Sacra Pœnitentiaria exponere veritatem, prout vere est, & quod Dispensationem à Summo Pontifice petiit, subticendo eidem veritatem commissi Criminis, ne se proderet.

199 Si post impetratas à Pontifice Literas Dispensationis Delegato directas, sed nondum exequutas superveniret Affinitas Matrimonium dirimens, ut si Orator cognosceret Sororem, vel Filiam, vel Matrem ipsius Fœminæ, quam ducere intendit, oportebit iterum ad Pontificem recurrere, & novas Literas in forma *Perinde valere* obtinere, utrumque
200 Impedimentum exponendo; si tamen primæ Literæ jam exequutæ fuissent, & facta Dispensatio, sed antequam fuisset Matrimonium contractum superveniret hujusmodi Affinitas, tunc sufficiet ad Pontificem recurrere pro Dispensatione super nova Affinitate, quia cum fuerit facta Dispensatio super dirimenti, fuit hujusmodi Impedimentum sublatum; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 33. *n.* 4.

201 Si Consanguinei, vel Affines contraherent inter se cum Dispensatione, & deinde mortuo uno ex Conjugibus, vellet superstes dispensari ad aliud Matrimonium cum alia Consanguinea, vel Affine, non tenebitur in hac secunda Dispensatione de prima mentionem facere; quia hæ Dispensationes super diversis Matrimoniis sunt; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 22. *n.* 13. Bonacina *de Leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 8. *nu.* 6. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 55. Laymanus *d. c.* 22. *nu.* 21. Pontius *loco citato num.* 9. Aversa *d. quæst.* 19. *sect.* 6. *vers. Demum*; Fragosius *l. c. nu.* 314.

Ob eandem pariter rationem si quis obtenta Dis- 202
pensatione ad contrahendum cum Consanguinea, vel Affine, mutato proposito, peteret aliam Dispensationem ad contrahendum cum alia Consanguinea, vel Affine, non videtur necessaria mentio prioris Dispensationis; Diana, & alii præcitati Doctores, *ll. cc.* At si postea denuo mutato proposito, nollet 203
cum secunda contrahere, sed cum prima; docet Sanchez *lib.* 8. *disp.* 22. *numer.* 19. non posse, eo quia per impetrationem secundæ Dispensationis videatur renunciasse priori; Hæc tamen Doctrina nobis non probatur per ea, quæ dicimus Cap. seq.

Ob eandem denique rationem, si constitutus in 204
Sacris, obtenta Dispensatione, ut Uxorem ducere possit, velit postea ducere Consanguineam, vel Affinem; docent Sanchez *lib.* 8. *disp.* 22. *nu.* 5. & Gratianus *discept. forens. cap.* 827. *num.* 14. *tom.* 5. Fragosius *par.* 1. *lib.* 3. *disp.* 6. *num.* 79. non teneri in hac ultima Dispensatione mentionem facere de prima, quia sunt res diversæ; quod idem probabile ait Laymanus *d. cap.* 21. *num.* 19. *in fine*, & inclita Rota *decis.* 120. *num.* 1. *lib.* 1. *part.* 3. *divers.* Quicquid tamen isti dicant, contrarium puto verius per rationes, & Jura, quæ supra adduximus.

Tribus casibus necessaria est expressio primæ Di- 205
spensationis in petitione secundæ.

Primò, quando casus est à Jure expressus.

Secundò, quando commemoratio prioris Dispensationis necessaria est, ut Papa non ignoret totum Impedimentum, super quo Dispensatio petitur.

Tertiò, quando per secundam Dispensationem petitur aliqua major Gratia super eo, de quo quis fuit alias dispensatus; quia tunc necesse est, ut per expressionem prioris Gratiæ Papa intelligat qualitatem, & quantitatem Gratiæ, quam vel per unam, vel per plures Dispensationes super eadem re facit, quod exemplificari potest in exemplis, quæ subjiciuntur.

Primò, si Beneficiatus obtinuit Dispensationem 206
non residendi per quinquennium in Beneficio cum perceptione fructuum, si expleto quinquennio petat super eadem re aliam Gratiam, & Dispensationem, necesse erit priorem obtentam exprimere, alias hæc nulla erit, & irrita; Pontius *lib.* 8. *cap.* 17. §. 1. *num.* 8. Diana *l. c.* Sanchez *lib.* 8. *disp.* 22. *num.* 6. Menochius *de arbitr. Judic. casu* 202. *nu.* 68. *lib.* 2. Rota *decis.* 47. *nu.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *divers.* Escobar. *Theol. Mor. tract.* 1. *exam.* 16. *cap.* 2. *vers. Quid si*; Tuschus *concluf.* 460. *nu.* 2. *lit. D.* Fragosius *part.* 1. *lib.* 4. *disp.* 11. §. 3. *nu.* 312. & 317.

Secundò, si quis obtenta super Voto Castitatis 207
Dispensatione, ducat Uxorem, & soluto Matrimonio velit aliam ducere, tenebitur novam Dispensationem impetrare, & simul de obtenta mentionem facere, alias Dispensatio secunda erit subreptitia, & nulla; quia Papa ignorat quantam in eodem Voto relaxationem faciat; Pontius *dict. cap.* 17. *à nu.* 6. Puteus *decis.* 246. *num.* 1. Menochius *l. c. casu* 103. *num.* 32. Meroll. *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 415. Didac. Ludovic. de Lima *in Addit. ad Molina lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 51.

Tertiò, si Illegitimus dispensatus ad Beneficium, 208
velit postmodum dispensari super pluralitate, debebit in petenda secunda, de priori Dispensatione obtenta, & de Illegitimitate facere mentionem; Sanchez *num.* 2. Bonacina *numer.* 3. Laymanus, & Escobar *ll. cc.* Salas *de Leg. disp.* 20. *sect.* 10. §. 1. *num.* 91. Fragosius *part.* 1. *lib.* 3. *disp.* 6. *num.* 79. quia verisimile est, quòd si Papa conscius fuisset de priori Dispensatione ab Illegitimo obtenta, posteriorem denegasset. Nec solum eo casu necessaria erit dicta expressio Illegitimitatis, sed & ipsius Illegitimita- 209
tis qualitatis adhuc exprimenda erit; ut si sit Spurius, Sacrilegus, Adulterinus, seu Incestuosus, & quo

gra-

gradu, & genere fœditatis; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 24. *n.* 3. Covarruvius *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 8. §. 9. *num.* 2. & 3. Pontius *l. c.* §. 5. *n.* 25. Tuschus *conclus.* 463. *n.* 2. Fragosius *Regim. Christianæ Reip. part.* 1. *libr.* 3. *disp.* 6. *n.* 70. Laymanus *l. c.* Batbosa *in Votis Canonicis lib.* 2. *voto* 58. *nu.* 14. si tamen legitimationem 210
prius absolute à Papa impetrasset, tunc non tenebitur de illegitimitate mentionem facere, quia cum natalium defectus abolitus sit, poterit non minus, quam alii Legitimi, Beneficiorum pluralitatem cum dispensatione Papæ obtinere; Laymanus *l. c.* Molina *tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 173. §. *Item legitimatus*; Lotherius *de re Benef. lib. prim. quæst.* 40. *n.* 144.

At si esset natus ex duplici adulterio, nempe ex 211
conjugato, & conjugata, & exprimeret simpliciter illegitimitatem, narrando se natum ex adulterio, subreptitia esset gratia, nisi expresse diceret, se natum ex conjugato, & conjugata; Sanchez *libr.* 8. *disput.* 24. *num.* 5. quamvis *num.* 4. contrarium docuisset.

Quartò, si quis dispensationem obtinuisset cum 212
aliqua limitatione, & postea super eadem re vellet 213
dispensari absolute, tenebitur de priori, cum limita- 214
tione obtenta, facere mentionem; Coninck *loc. cit. n.* 92. Escobar *Theolog. moral. l. c. vers. De una*; Fragosius *d. lib.* 4. *disp.* 11. §. 3. *n.* 312. & *n.* 317. quia (ut diximus) Pontifex debet non ignorare quantam gratiam super eadem re faciat.

Admittunt plures Doctores validam censeri dispen- 215
sationem secundo obtentam, tacita alia jam super eadem re obtenta:

Primò, quando nova, & sufficiens causa supervenisset; ita ut Pontifex, inspecta dicta nova, & sufficienti causa, præsumatur dispensationem secundam non denegaturus, quamvis primæ gratiæ cum limitatione concessæ recordaretur. Vide Fragosium *d. part.* 1. *lib.* 3. *disp.* 6. *nu.* 79. *vers. Fallit secundò*; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 22. *num.* 12. Bonacc. *de Leg. l. c. n.* 1. Didac. Ludovic. *in d. Addit. ad Molina lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 51. *limit.* 2. 216

Secundò, quando prima dispensatio concessa fuisset cum limitationibus, quæ de stylo Curiæ in similibus Concessionibus solitæ sunt apponi; ut per se patet, & supra citati Doctores asserunt. 217

Si quis ad tollendum scrupulum, seu dubium super 218
priori dispensatione, petat super eadem re, vel Impedimento denuo dispensari, & facta simili expressione quoad circumstantias, obtineat illam æqualem quoad gratiam, valida erit ista secunda, quamvis prioris obtentæ dispensationis non fuerit facta mentio; quia ista tantum petita fuit ad corroborationem primæ, & quod præcipuum est, utraque dispensatio simul sumpta intentionem non excedit concedentis; Pontius *num.* 9. Bonaccina *num.* 2. Escobar, & Didacus Ludovicus de Lima, & Fragosius *vers. Illud tamen ll. cc.*

Nec tandem obstabit dispensationis validitati, quod 219
quis eandem dispensationem prius petierit, & non obtinuerit; quia nullo jure, aut ratione probatur hujusmodi dispensationem esse invalidam, nec denegationem prioris esse exprimendam, cum ejus taciturnitas versetur circa causam finalem, ut bene docent Sanchez *l.* 8. *disp.* 22. *num.* 14. Pontius *lib.* 8. *dict. capit.* 17. *num.* 4. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *numer.* 415. Bonaccina *de Leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 5. *numer.* 1. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 54. Escobar *Theolog. mor. tract.* 1. *exam.* 16. *cap.* 2. *vers. Valida ne*. Idque verum est, quamvis à Pontifice dene- 220
gata fuisset dispensatio, eo quia non judicasset causam justam adfuisse; imo si postea ab inferiore alias dispensare potente concederetur, quamvis nulla hujus prioris denegationis facta esset mentio, adhuc valida erit dispensatio; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 22. *num.* 4. Pontius, Escobar, & Diana *ll. cc.* Ratio est, quia in hac dispensatione vere adsunt omnia requisita ad ejus validitatem, nec superior ob dictam denegationem ita sibi dispensationem reservavit, ut ob id Ordinario inferiori Jurisdictionem abstulerit, ut bene Pontius *loco citat.*

Amplia, ut non solum possit in dictis casibus Infe- 221
rior dispensare, sed consimili ratione dispensare etiam possit habens potestatem delegatam ad dispensandum, si ab habente ordinariam dispensatio denegata fuisset, quia adhuc eadem ratio militat; Pontius, & Diana *ll. cc.* potest enim accidere, ut superior dispensare noluerit, vel quia scrupulosus sit, vel magis rigidus, & difficilis; non tamen ex hoc sequitur, quod voluerit potestatem dispensandi ab inferiore tollere, si alias causa, quæ proponitur, justa, ac suffi- 222
ciens videatur: nec petitio dispensationis, prius Pontifici porrecta, operatur Prærentionis effectum, quia 223
in usu voluntariæ Jurisdictionis non habet locum Prærentio, sed liberum est postulanti à priore postulatione recedere, & aliam intentare; Ita ex Suarez, Salas, & Portel, docet Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 49.

Consimili ratione, qui obtinuit rescriptum Apo- 224
stolicum, ut possit à Confessario dispensari, eandem dispensationem poterit obtinere ab Episcopo, seu alio inferiori Prælato, qui tali facultate præditus sit, non facta mentione ejusdem rescripti; quia rescriptum Apostolicum non aufert potestatem Episcopis, aut aliis dispensare potentibus; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 14. *n.* 3. Bonaccina *l. cit. num.* 6. dum etenim Gratia fuit in 225
favorem Oratoris à Pontifice concessa, non debet in ejus odium retorqueri; Regula, *Quod ob Gratiam* 61. *de Regul. Juris in* 6. Barbosa *de Axiom. axiomate* 96. *num.* 1. Gratianus *discept. forens. cap.* 651. *num.* 20. *tom.* 4.

Tandem concludo validam esse dispensationem, 226
non facta mentione prioris super eadem re obtentæ, si prior ex aliqua causa invalida fuerit; Sanchez *lib.* 5. *disp.* 22. *num.* 21. Bonaccina *de Leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 8. *num.* 7. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 59. Massobr. *de conc. prælud.* 7. *dub.* 20. *num.* 156. Mascard. *de probat. conclus.* 846. *num.* 22. Didacus Ludovic. *in addit. ad Molina libr.* 2. *capit.* 4. *limit.* 3. Tuschus *conclus.* 460. *numer.* 3. *lit. D.* & *conclus.* 56. *numer.* 22. *litt. G.* Fragosius *numer.* 310. *loc. cit.* Ratio est, quia cum prima invalida sit, non præstat impedimentum, Regula *Non præstat* 52. *de Reg. Jur. in* 6.

Cæterum si jura specialiter prohibeant, ne tali ca- 227
su, vel circumstantia occurrente, dispensatio concedatur; si dispensatio petenda sit, & talis casus, vel circumstantia concurrant, necesse erit de hujusmodi casu; seu circumstantia omnino facere mentionem, alias dispensatio nulla erit, & irrita. Exempli gra- 228
tia, aliqui consanguinei, seu Affines infra quartum gradum, Matrimonium inter se, cum scientia impedimenti dirimentis, contraxerunt, & consummare præsumpserunt; si postea super tali impedimento petant dispensationem, debebunt istam circumstantiam contracti Matrimonii, & eo magis si consummare præsumpsissent, in supplicatione explicare, quia Con- 229
cilium Trident. (quod Jus commune facit. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 2. *num.* 12.) *sess.* 24. *cap.* 5. *de reformat. Matrimon.* cum his specialiter prohibet dispensari: & quod sit necessaria hujusmodi circumstantiæ expressio colligitur *ex capit. dilectus* 26. *de rescript.* & docent Navarr. *lib.* 4. *consilior. titulo de Conf.* & *affinit. conf.* 5. *numer.* 5. *in prima edit.* Sanchez *lib.* 3. *disp.* 45. *num.* 3. & *libr.* 8. *disp.* 21. *numer.* 15. Laymanus *Theolog. mor. libr.* 1. *tractat.* 4. *capit.* 22. *numer.* 18. *vers. deinde*; Garzia *de benef. part.* 8. *capit.* 3. *num.* 41. Raphael Aversa *de Matri. quæst.* 7. *sect.* 3. *vers. aliam quoque*; Merolla *to.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *num.* 350. Salas *de leg. disput.* 20. *sect.* 15. *num.* 116. Petrus de Ledesma *in summa* ubi de Matrim. *cap.* 27. *conclus.* 1. *vers. dico primò*, & *vers. dico secundò*; Joannes de la Crux *in direct. Cas. Consc.* ubi de dispens. *quæst.* 4. *art.* 6. *dub.* 13. *conclus.* 2. Thomas Zerola *in Praxi Episcop. part.* 1. *verbo Dispensatio* §. 54. Reginald. *libr.* 31. *capitul.* 26. *numer.* 198. & attenta dict. prohibitione Concilii, quamvis alias Papa va- 230
lide possit dispensare, cum sit supra Concilium, ut dicimus *libr.* 2. tamen quia ad Concilium spectat ea, quæ ad fidem, & mores Ecclesiæ spectant, definire, & declarare; & declaraverit eo casu non esse dispensationem concedendam, non potest Papa absque 231

231 juſta cauſa licitè diſpenſare. Unde ad hoc, ut Papa
232 ſciat Diſpenſationem peti ſuper Caſu, quo prohibita eſt a Concilio, vel à Jure, neceſſe eſt, ut d. Circumſtantia exprimatur, aliàs Diſpenſatio, tanquam fraudolenter, & ſubreptitie extorta, irrita erit, & nulla; Coninck *de Sacram. diſp. 27. dub. 9. num. 81.* Sanchez *l. c.* Bonac. *de Leg. diſp. 1. quæſt. 2. puncto 5.*
233 *num. 10.* Idque verum eſt, quamvis etiam *Motu proprio* facta fuiſſet; Clem. *ſi Romanus 4. de Præb. in 6. Gloſſa in cap. Si motu proprio 23. eodem titulo in 6. in Addit.*

234 Et non ſolùm exprimi debebunt hujuſmodi qualitates, & circumſtantiæ v. gr. dicti contracti, ac conſummati Matrimonii, ſed & facienda erit eo caſu mentio, in petenda Diſpenſatione, de fine, quo contractum, vel conſummatum fuit; ut ſi fuit ex cauſa explendæ libidinis, vel potius obtinendi facilius Diſpenſationem à Pontifice, quia hæ qualitates afficiunt ſubſtantiam Gratiæ, & cum concomitentur qualitatem neceſſariò exprimendam, debet ipſa qualitas cum ſuis circumſtantiis explicari, per ea, quæ dicemus infra.

235 Idem erit, ſi hujuſmodi clandeſtinum Matrimonium, poſt Mandatum de diſpenſando à Pontifice commiſſum, ſed nondum à Delegato exequutum, fuiſſet contractum; Sanchez *lib. 8. diſp. 25. num. 21.* Ita Manuel, & Vega penes ipſum. Unde non poterit Delegatus tunc Diſpenſationem exequi, ſed Oratores egebunt nova gratia in forma *Perindè valere*, quia cum eo caſu prohibita ſit Diſpenſatio, ut diximus, oportet, ut Papa dictum Matrimonium cum ſcientia Impedimenti, & clandeſtine contractum fuiſſe ſciat, ut dignoſcere poſſit, an cauſa propoſita ſufficiens ſit ad diſpenſandum.

Prædicta tamen ſunt in aliquibus limitanda, & declaranda.

Primò, ſi inter Impeditos interceſſerit dumtaxat tractatus de Matrimonio inter ſe contrahendo. Ad
236 hoc, ut dici poſſit adfuiſſe vere, & proprie tractactum, oportet, ut hujuſmodi tractatus fuerit completus, & cum concluſione perfectus, nec ſufficit fuiſſe inanem, quia tota vis tractatus in concluſione conſiſtit *l. ſi voluntatem 8. C. de reſcind. vend. c. Tua nuper 8. de is, quæ fiunt à Prælato*; Hector Capyc. Latro *deciſ. S. Concil. Neapol. deciſ. 140. num. 5. lib. 2.* Ludovicus Poſtius *reſol. 43. num. 20.* Rota coram Durano *deciſ. 379. n. 5. par. 2.* Menoch. *de arbitr. Judic. lib. 2. caſu 470. num. 2.* Pariſ. *de conſid. quæſt. 39. num. 8. & quæſt. 40. num. 13.* Gonzal. *ad Reg. 8. in c. Gloſſa 63. nu. 34.* Mantica *deciſ. 271. n. 8.* Et niſi adſit talis vis ex concluſione, fruſtrà allegatur; Ludoviſius *deciſ. 168. num. 2. & in annot. num. 5.* Pater Leo *in Praxi S. Pœnitentiariæ part. 2. poſt deſcriptionem Impedimentorum dirimentium, verſ. Tractatus pag. Mihi 226.* Et conſequenter niſi ſit concluſus, & niſi alia
237 requiſita concurrant, non concludit ad Matrimonium; Ludoviſ. *deciſ. 247. num. 11.* Cæſar. de Graff. *deciſ. 64. alias 18. n. 10.* unde cum abſque concluſione non concludat ad Matrimonium, nec ſit attendendus, non eſt de eo facienda mentio in Diſpenſatione petenda ſuper Impedimento dirimenti.

Addo ſecundò cum Sanchez *lib. 8. diſp. 25. n. 36.* & Baſilio Pontio *lib. 8. cap. 17. §. 6. à nu. 35.* quod
238 ad hoc, ut Oratores ſubjaceant prohibitioni Concilii *ſeſſ. 24. cap. 5. de Reformat. Matrimon.* de non diſpenſando, & aliis pœnis ibi appoſitis, non ſufficit, ut ſola Sponſalia inter Impeditos contracta ſint, Quamvis etiam inter eos ſubſequuta ſit Copula; ſed requiritur, ut Matrimonium fuerit clandeſtine
239 contractum; quia Concilium ſolum Matrimonium clandeſtinum punit, non autem ſolam Copulam, quamvis ſcienter habita ſit: Et quamvis ante Concilium Sponſalia cum Copula tranſirent in Matrimonium, tamen poſt Concilium aliter eſt dicendum. Vide Marium Antoninum *var. reſol. lib. 1. reſol. 79. num. 5.* Navarr. *lib. 4. conſil. titulo Deſponſ. conſ. 53. numer. 1. in prima editione.* Cencium *in Collect.*
240 *ad Decret. Coll. 131. num. 2.* Unde in propoſito caſu, cum ſimus in pœnalibus, non eſt facienda extenſio *l. cum quidam ff. de lib. & poſthum. & ſi quis §. Divus Marcus ff. de Relig. & ſumpt. funer. Regul. Quæ à Jure 28. & Regula Odia 15. de Reg. Juris in 6.* Cævallos *Quæſt. Comm. contra Commu. quæſt. 825. num. 16. & quæſt. 833. num. 25.* Gutierez *Can. QQ. lib. 1. cap. 15.* & conſequenter non erit de hujuſmodi Sponſalibus facienda mentio in impetratione Diſpenſationis, ut bene docet Sanchez *l. c.* imo nec de Copula ſubſequuta eſſe neceſſario faciendam mentionem exiſtimo per ea, quæ dicam.

Addo Tertiò; quod dum Tridentinum punit Contrahentes ſcienter Matrimonium clandeſtinum, de illis loquitur, qui cum ſcientia Impedimenti dirimentis coram Parocho, & Teſtibus contrahunt; Unde niſi adſit præſentia Parochi, & Teſtium, dici non poteſt, quòd Oratores præſumant Matrimonium contrahere, cum in hujuſmodi contractu deficiat forma ſubſtantialis, ſine qua Matrimonium conſiſtere non poteſt, ſed potius Concubinatus nomen meretur, ut bene docent Averſa *de Matrimon. quæſt. 19. ſect. 6. verſ. Negant ex adverſo*; Sanchez *d. diſp. 3. num. 34. & 35.* Cævallos *QQ. comm. contra comm. quæſt. 130. num. 7.* Gutierez *de Matrim. cap. 76. num. 29. & Canon. QQ. lib. 1. cap. 18. n. 4.* Non ergo de hujuſmodi Matrimonio clandeſtino (ſi tali nomine dignum ſit) erit neceſſario facienda mentio Pontifici in petenda Diſpenſatione ſuper Impedimento dirimenti, ut in propriis terminis expreſſe docet idem Sanchez *l. c.*

Animedvertit, & bene, Baſilius Pontius *de Matrim. d. n. 35.* quod ſi inhabiles contrahant inter ſe 241
de facto per verba de præſenti ſub conditione impoſſibili, erit ridiculus hujuſmodi Contractus; nec ſic Contrahentes dicentur conſentire in Matrimonium; nec in Excommunicationem, contentam in Clem. prima, incurrent; nec efficientur indigni Diſpenſatione; imo nec propterea oritur Impedimen- 242
tum publicæ Honeſtatis.

Quamvis autem Oratores bona fide, & ignoran- 243
tes aliquod Impedimentum inter ſe exiſtere, Matrimonium ſpretis Denunciationibus contrahant; ſi poſtea aliquod impedimentum dirimens detegatur, ſuper quo impetrari debeat diſpenſatio à Pontifice, tenentur omnino de hujuſmodi denunciationum omiſſione mentionem facere; alias diſpenſatio ſubreptitia erit, & nulla. Patet ex ipſa diſpoſitione Concilii *loc. cit.* & docet Trullenck *Operæ Mor. tom. 3. lib. 7. capit. 10. dub. 5. num. 11.* Sanchez *lib. 8. diſp. 25. numer. 21.* Coninck *diſp. 33. num. 83.* Et Oratores ipſi
ſubjacebunt eo caſu pœnis à dicto Concilio commina- 244
tis; Jo: Baptiſta Corrad. *Reſp. Caſ. Conſcient. quæſt. 318. part. 2.* & ex d. Textu dicti Concilii colligitur, Filii inſuper ex eo Matrimonio nati erunt illegitimi; Cævallos *Comm. contra Comm. quæſt. 697.* Gratianus 245
diſcept. forenſ. capit. 83. num. 4. tom. 1. quia non eſt dignus Eccleſiæ benignitatem experiri, qui ejus ſa- 246
lubria Præcepta temere contempſit, ut idem Concilium ſtatuit *loc. cit.* Nec juvat, quod in contrahendo Matrimonio Oratores habuerint ignorantiam probabilem Impedimenti, quia non poteſt dici ignoran- 247
tia probabilis, quando requiſita à Jure, vel ab Eccleſia omittuntur; Sanchez *lib. 3. diſp. 43. num. 1.* Joannes Angelus Boſſius *de Matrimon. contractu cap. 8. n. 46.* Et in Matrimonio clandeſtine celebrato præ- 248
ſumitur mala fides; Barboſa *in votis Canonicis lib. 1.* 249
voto 2. numer. 19. qui enim male agit, odit lucem; *Joann. 3.*

Tandem occurrit illa magna, & difficilis Quæſtio, 250
an copula inter conſanguineos, vel affines præhabita, ſit neceſſario exprimenda Pontifici in diſpenſatione ſuper Impedimento dirimenti petenda, ſi alia cauſa pro diſpenſatione allegetur; & cum hic caſus frequenter eveniat, & ob diverſitatem opinionum non ceſſet ratio dubitandi, valde opportunum erit hanc materiam diſcutere, & quæ ex his nobis magis probetur opinio in medium afferre; ſed antequam ad ulteriora dilabamur, nonnulla erunt ſpecialiter adnotanda.

Et primo ſciendum eſt, non eſſe proprie inceſtum, 251
juxta probabiliorem Doctorum ſententiam, ſi copula non fuerit perfecta, & per veram virilis ſeminis intra

intra vas effusionem consummata; Ita Vivaldus *in Cand. ubi matrim. num. 97.* Gutierez *de matrim. capit. 77. num. 15.* Diana *part. 8. tract. 3. resol. 83.* Sanchez *lib. 8. disp. 25. num. 10.* Bonacina *de leg. disp. 1. quæst. 2. puncto 5. num. 11.* Filiuccius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 338.* Trullenck *dict. cap. 10. dub. 5. num. 5.* (quicquid in contrarium doceat Garcia *de benef. part. 8. cap. 3. numer. 98.*) quia si non fiat ut supra, non est vera Copula, sed instar cujusdam actus impudici; unde cum hæc sint pœnalia, sunt restringenda.

252 Adnotandum secundo, quod si Consanguinei; vel Affines, qui inter se Copulam habuerunt, non habebant eo tempore notitiam Impedimenti Consanguinitatis, vel Affinitatis inter eos existentis, non tenentur in Dispensatione petenda super hujusmodi impedimento de Copula mentionem facere; quia attenta probabili ignorantia, quam de Impedimento habebant; non commiserunt proprie Incestum; Colligitur ex Cap. primo *de eo, qui cognovit Consanguineam Uxoris suæ*, & docent Vivaldus *loc. cit. num. 99.* Gutierez *loc. cit. num. 11.* Jacobus Graffius *dec. Aur. lib. 2. cap. 81. num. 4.* Sanchez *lib. 7. disp. 15. num. 9.* Garcia *de benef. part. 8. cap. 3. numer. 106.* Rota *int. impress. post 1. vol. Consilii Farinacii dec. 35. num. 1.* Pater Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ part. 2. ubi de Absolutione ab Incestu vers. Secus vero pag. mi-*
253 *hi* 316. Imo nec necessario esse eo casu aperiendam in Confessione dictam qualitatem Consanguinitatis, vel Affinitatis, docet idem Garcia *numer. 108. loc. citat.*

254 Ampliat Sanchez *lib. 8. disp. 25. num. 10.* ut non sit Incestus, nec sit explicanda Copula in Dispensatione petenda, si unus tantum ex contrahere volentibus Impedimenti Consanguinitatis, vel Affinitatis fuisset conscius; quia, ut ipse dicit, si alter ignoret Impedimentum, non est totaliter, & undequaque Incestus; unde cum hæc sint pœnalia, sunt restringenda. Id tamen non mihi probatur, quia dato, quod de Copula necessaria esset mentio in Dispensatione super Impedimento dirimenti petenda, deberet exprimi veritas, prout se vere habet; nempe v. g. Oratorem cum scientia Impedimenti, Oratricem vero cum ejusdem Impedimenti ignorantia Copulam inter se habuisse; quia præsupposito, quod hæc expressio necessaria sit, debet consequenter cum suis circumstantiis exprimi, ut bene concludit Sayrus *in Floribus lib. 4. titul. 8. dec. 15.* Veritate enim patefacta, Orator, qui scienter cum Impedimento Oratricem cognovit, acrius de stylo Curiæ puniri solet, & gravioribus pœnitentiis affligi; Vide Filiuccium *d. cap. 10. numer. 339. in fine*; Pyrrhum Corradum *in dict. praxi dispensat. Apostol. lib. 8. cap. 1. numer. 18.* Aversa *de matrim. quæst. 19. sect. 6. vers. At si ex duobus.*

255 Addo Tertio, Incestuosam Copulam eam proprie dici, quæ inter ipsosmet Consanguineos, vel Affines intra quartum Gradum, si ex copula licita, vel in primo, & secundo, si ex illicita sunt conjuncti, vel
256 se attinent, & consequenter Cognati Spirituales, vel publica Honestate, seu altero Impedimento dirimenti impediti, si Copulam inter se habeant non committunt proprie Incestum; &, si inter se Matrimonio copulari velint, non tenentur in Supplicatione pro Dispensatione porrigenda de ea Copula facere mentionem, si aliam causam habeant, quæ Pontificem moveat ad dispensandum; Ita Sanchez *libr. 8. disp. 25. numer. 9.* Filiuccius *dict. cap. 10. numer. 338.* Gutierez *de matrim. d. cap. 87. num. 10.* Bonacina *de Leg. disp. 1. quæst. 2. puncto 5. num. 12.* Trullenck *d. cap. 10. dub. 5. num. 4.* Sayrus *in Floribus lib. 4. titulo 7. dec. 5.*

257 Dico quarto, non esse Incestum, quando post Dispensationem jam à Pontifice, seu ejus Delegato factam, nondum tamen contracto Matrimonio, habita sit Copula inter Consanguineos, vel Affines; quia per Dispensationem jam fuit sublatum Impedimentum, & propterea Copula subsequuta non fuit Incestuosa, sed simplex fornicatio, nec ullum Matrimonii Contractui Impedimentum affert; Ecclesia etenim, quæ Impedimentum constituit, ipsamet jam per Dispensationem id abstulit; & sic hujusmodi Impedimento sublato, Copula non fuit Incestuosa: Ita docent Sanchez *lib. 7. disp. 67. num. 9. & lib. 8. disp. 25. num. 4.* Gutierez *de matrim. cap. 99. num. 15.* Bonacina *de Leg. d. puncto 5. numer. 9.* Garcia *de Benef. part. 8. cap. 3. numer. 74.* Barbosa *in Summa Bullarii verbo, Dispensare pag. mihi 277.* Trullenck *Oper. moral. tom. 3. lib. 7. cap. 10. dub. 5. num. 1.* Joannes della Crux *in Direct. Cas. conscient. quæst. 4. art. 6. dubio 14.* ubi *de disp. Impedim.* Rodriq. *in Summa tom. 1. cap. 237. numer. 7.* Pyrrhus Corradus *in dict. praxi lib. 8. cap. 2. num. 43. & 44.* Sayrus *in Floribus lib. 4. tit. 1. dec. 5.*

Dixi si Copula inter ipsosmet Consanguineos, seu Affines habita sit, quia si post factam Dispensationem Copula haberetur, seu reiteraretur cum Consanguinea, v. g. Fœminæ, quam quis ducere inten- 258
dit, infra secundum Gradum conjuncta, tunc nova insurgeret Affinitas Matrimonium dirimens, unde nova opus esset Dispensatione, ut diximus.

Quinto, si in Dispensationis Mandato adesset Clau- 259
sula *Dummodo Copula non intercesserit*, tunc, si Dispensatio concessa sit pro solo conscientiæ foro, tenentur Oratores Copulam Confessario aperire, quamvis occulta sit; quia cum Dispensatio sit pro conscientiæ foro concessa, Oratores legitime interrogantur, & veritatem fateri tenentur; alias non proderit eis Dispensatio; Sanchez *lib. 8. disp. 25. num. 12. & seqq.* Aversa *de matrim. quæst. 19. sect. 6. vers. Stylus Curiæ.* Filiuccius *quæst. mor. tom. 1. tract. 10. part. 2. capit. 10. num. 338.* Trullenck *Oper. mor. tom. 3. lib. 7. cap. 30. dub. 5. num. 8.* At si Dispensatio sit pro foro 260
externo, & Copula sit occulta, docent gravissimi Doctores non teneri Incestuosos Copulam aperire, imo posse Delegato interroganti, cum Juramento Copulam denegare in animo reticendo, *Non habui Copulam, ut tibi dicam, vel ut in Judicio proferam*; Ita Aversa de Matrim. *loc. cit.* Diana *d. part. 1. tract. 10. de leg. resol. 44.* Pontius *de matrim. lib. 8. cap. 17. §. 6. num. 33.* Trullenck *l. c. n 8.* & plures alii, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 8. disp. 25. n. 13. & 14.* Ratio hujus sententiæ est, quia hæc Dispensatio intelligi debet secundum naturam concessæ dispensationis, quæ est pro foro externo, in quo de Copula non constat, ergo, &c.

Quamvis tamen hæc opinio horum Doctorum auctoritate probabilis sit, nihilominus longe probabilius existimo, dictos Incestuosos eo casu teneri ad 261
veritatem manifestandam, & Copulam, si habita sit, Delegato interroganti aperire; quia Papa Dispensationem cum d. Clausula committendo, satis aperte suam intentionem declarat, nempe, quod non intendit Dispensationem concedere, si Copula habita sit, nec distinguit an sit occulta, vel publica; unde non potest delegatus mentem Pontificis aliter, quam verba Rescripti sonent, interpretari, ut diximus. Dicta autem dictio *Dummodo*, conditionem delegato im- 262
ponit, ob quam Jurisdictio suspenditur, donec dict. Clausula justificata non fuerit; ita enim qualificat gratiam, ut sive modum, sive conditionem importet, nihil actum censeatur, donec plene justificata sit; Barbos. *in praxi exigendi pensionem part. 1. quæst. 2. num. 4.* Lotherius *de re Benef. lib. 1. quæst. 38. numer. 40.* Seraph. *dec. 1017. num. 4.* Et quod Copula eo casu sit manifestanda, docent Gutierez *de matrim. capit. 124. num. 14.* Joannes Baptista Corrad. *Resp. cas. Conscient. part. 2. quæst. 320. vers. Quando Papa*; Escobar *Theol. mor. tract. 1. exam. 16. cap. 2. vers. Estne in foro externo*, Rodriquez *in Summa tom. 1. capit. 237. numer. 8.* Joannes della Crux *in direct. cas. conscient. quæst. 4. art. 6. dub. 14. conclus. 1.* Et eo magis tenentur copulam Judici aperire, dum dicta clausula apposita sit, quia non interrogantur, ut puniantur, sed ut intentioni Papæ satisfiat, & consequenter, ut valida sit Dispensatio, quod idem animadvertunt idem Sanchez *loc. cit.* Bonacina *de Leg. disp. 1. quæst. 2. puncto 5. numer. 14.* Gutierez *de matrim. loc. cit.*

Hodie tamen non datur Dispensatio cum d. clau- 263
sula,

sula, ut sciunt curiales, & testatur Pyrrhus Corradus *in d. praxi disp. apost. lib.* 8. *cap.* 2. *nu.* 20. Et ob
264 id plures Doctores merito reprehendunt Judices, qui cum non habeant in mandato de Copula inquirere, interrogant Sponsos, an Copula inter eos habita sit, & quidem male faciunt, cum eo casu non procedant ex officio ad consulendum bono publico, vel ad cavendum Tertii damnum, *sed* in casu quodam speciali, & non jutidice; & ad ipsos, uti Inferiores, non spectat cognoscere de his, quæ non habent in mandatis; nec tenetur Delegatus verificari facere id, quod in literis suæ commissionis non legitur, nec continetur, ut bene Seraphin. *dec.* 1446. *numer.* 4.
265 Nec ad substantiam ipsius Dispensationis confert scire dictam Copulam, maxime si occulta sit; & refert Gutierez *dict. capit.* 124. *numer.* 14. *vers. Cæterum*, se, uti Officialem ordinarium Civitatensem, infinitas Dispensationes Matrimoniales expedisse, & nunquam interrogasse Sponsos, an Copula inter eos habita fuisset, cum id non haberet in mandato: quia vere Delegatus, cum absque commissione interroget ex se, non habet Jus interrogandi, ut bene Ledesma *in Summa capit.* 27. *conclus.* 3. *vers. Dico tertio*. Et quidem hanc consuetudinem interrogandi Sponsos de Copula extra fines mandati, uti corruptelam, multi Doctores vituperant, eamque esse contra expressam Summi Pontificis mentem novissime testatur Pater Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ part.* 2. ubi *de Oratoribus, qui nondum receptis Literis super Duplicis Tertii Affinitatis Gradus Impedimento, &c. vers. Animadvertat, pag. mihi* 311. subdens, quod non solum per hujusmodi Interrogationes non evitatur peccatum, sed potius plurium peccatorum occasio præbetur; cum experientia doceat, quod non solum hi, quibuscum dispensandum est, pejerant ob naturalem erubescentiam, negando Copulam, sed mala malis addendo, ne perjuri habeantur, & novas expensas cogantur facere pro obtinenda nova Dispensatione pro foro externo, Matrimonium de facto contrahunt; unde juremerito hanc consuetudinem exterminandam esse exagerat Salzedo *ad Practicam*, *Diaz capit.* 129. *alias* 136.
266 Adnotandum ultimo, quod si Copula habita fuit spe facilius obtinendi Dispensationem super Impedimento dirimenti, & Copula ipsa adducatur in causam finalem Dispensationis, vel inductivam ad finalem, nempe ad scandala evitanda, & ad reparationem honoris Oratricis, nulli dubium est, quin, explicata Copula, explicandus etiam sit d. finis; quia cum explicatio ipsius Copulæ fiat tanquam quid inducens ad causam finalem, eique inhæreat, debet ea Copula cum omnibus circumstantiis culpam aggravantibus manifestari; Ita Sanchez *dict. disp.* 25. *numer.* 22. *& num.* 38. Aversa *de matrim. quæst.* 19. *sect.* 6. *vers. Quod si Sponsi*; Garcia *de Benef. part.* 8. *cap.* 3. *num.* 93. Bonacina *de Leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 5. *num.* 10. Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 17. *§.* 6. *n.* 32. Quod si eo casu Copula cum suis qualitatibus non exprimeretur, vitium esset in causa finali, & consequenter Dispensatio nulla, & irrita esset per ea, quæ dicimus *l.* 3.
267 At si tamen alter Conjugum dictum pravum finem habuit, & alter est innocens, tunc si hæc Copula adducatur pro causa finali, vel inductiva ad finalem, ut supra, debet exprimi totum factum, prout vere se habet; Bonacina *loc. cit.* Pyrrhus Corradus *in praxi disp. apostol. lib.* 8. *cap.* 1. *numer.* 18. & faciunt dicta per Covarruv. *tom.* 1. *part.* 2. *capit.* 6.
268 §. 10. *numer.* 13. At si dictus finis fuisset internus, & mente retentus, & non publicus, poterit quoad dictum finem occultum recurri ad Sacram Pœnitentiariam, & ad Pontificem pro publicis Impedimentis, modo, & forma, prout diximus supra servari, quando concurrunt Impedimenta occulta cum publicis.
269 At si Incestuosi, qui cum d. pravo fine, & malitia se carnaliter cognoverunt, aliam causam habeant, quæ moveat Pontificem ad dispensandum, & dictam Copulam non explicent, tunc, quicquid in contrarium doceant Sanchez *lib.* 8. *disp.* 25. *num.* 38. Emanuel Sà *in Aphorismis*, *verbo Dispensatio num.* 10. necesse non erit de dicto pravo fine, & malitia mentionem facere in petenda Dispensatione super Impedimento dirimenti; quia dato, quod Copula non manifestetur, nec est explicandus finis, quo habita fuit, qui per non expressionem Copulæ cessat, ut bene docent Navarrus *lib.* 4. *consilior. titulo de conf. & affinit. conf.* 5. *numer.* 5. *in prima edit.* Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 17. *§.* 6. *num.* 32. Aversa *loc. cit. vers. Verum si adsint*; Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 82. Garcia *de Benefic. part.* 8. *d. cap.* 3. *numer.* 97. Nec obstat dispositio Concilii *sess. de matrim. cap.* 5. quia solum loquitur, quando dictus animus cum Matrimonio intervenit.

His præmissis, tanquam speciali nota dignis, difficultas remanere videtur circa expressionem faciendam de Copula, quæ ex humana fragilitate inter consanguineos, vel affines dispensari petentes habita fuit; quæ Copula, vel potest interveniisse ante Supplicationem Pontifici porrectam; vel post Pontificis Mandatum Ordinario directum, sed nondum Ordinario præsentatum; vel post dictam præsentationem, sed antequam facta sit Dispensatio; vel tandem post ipsam factam Dispensationem, sed ante Matrimonii contractum. Hoc ultimo casu Copulam non esse incestuosam, sed simplicem fornicationem, quia jam Impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis fuit sublatum, diximus.

Tota itaque difficultas restringitur quoad expres- 270
sionem Copulæ habitæ ab ipsis consanguineis, vel affinibus, antequam Supplicatio Dispensationis porrecta fuerit Pontifici, vel post Pontificis commissionem nondum ab Ordinario exequutam. Et quidem sunt in hac Quæstione gravissimæ Doctorum hinc inde opiniones.

Esse necessariam hujusmodi Copulæ expressionem 271
affirmant Petrus Andreas Gambara *de offic. & auctoritate Legati lib.* 7. *num.* 408. *&* 409. Franciscus Leo *in Thes. fori Eccl. lib.* 2. *cap.* 8. *a numer.* 48. Joannes Baptista Corradus *Respons. cas. conscient. part.* 2. *quæst.* 319. *in fine*; Emanuel Sà *in Aphorism. Confess. verbo disp. numer.* 10. Late Nicolaus Garcia *de Benef. part.* 8. *cap.* 3. *à num.* 30. *usque ad num.* 113. Paulus Comitulus *Resp. moral. libr.* 1. *quæst.* 104. ubi *de Rescriptis Pontificiis*; Antoninus Diana *resol. mor. part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 135. Joannes Gutierez *de matrim. capit.* 124. *num.* 12. *& Canon. QQ. cap.* 15. *à num.* 16. Augustinus Barbosa *in Remissionib. supra Concilium ad sess.* 24. *de Reform. matrimonii cap.* 5. *num.* 17. & latius *in Votis Canonicis lib.* 2. *voto* 17. *à num.* 57. *usque ad finem*; Martinus Bonacina *de Leg. disp.* 1. *qu.* 2. *puncto* 5. *num.* 9. Stephanus Quaranta *in Summa Bullarii verbo Matrimoniales Dispensationes*, *vers. Quibus expletis num.* 13. *pag. mihi* 399. Valerius Reginald. *in Praxi fori Pœnitentialis lib.* 31. *cap.* 26. *numer.* 200. Paulus Laymanus *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *num.* 18. Thomas Sanchez *de matrim. l.* 8. *disp.* 25. *nu.* 8. Ægid. de Coninck *de Sacramentis disp.* 33. *dub.* 6. *num.* 83. Vincent. Filiucc. *QQ. moral. tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 300. *& num.* 336. *&* 337. Thom. Zerola *in praxi Episc. verbo disp.* §. 4. *vers. Tertio si quis part. prim.* Rodriquez *in Summa cap.* 238. *num.* 7. Thomas Pelliccion. *Quæst. Illustr. quæst.* 25. *cap.* 3. *pag. mihi* 216. *vers. Displicet*; Homobon. de Bonis *exam. Eccl. part.* 3. *tract.* 13. *cap.* 11. *quæst.* 24. Stephanus à S. Gregorio *univ. tract. de Vinc. Divin. Piet. l.* 3. *cap.* 113. *num.* 11. late Pyrrhus Corrad. *in Praxi Disp. Apost. lib.* 8. *cap.* 1. *à num.* 3. Marcus Paulus Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ part.* 2. Ubi de Oratoribus, qui nondum receptis Literis, &c. *in princip. pag. mihi* 309. Antonius de Escobar, & Mendoza *Theolog. moral. tract.* 7. *capit.* 8. *exam.* 9. *vers. Quid si habita sit Copula, &c.* Ita etiam Sarmiento, Gallego, Genuens. Manuel, Ludovicus Lopez, Rebellius, & alii pro hac opinione relati à Nic. Garcia *loc. cit.* Ita Petrus Odragavia, & Tannerus relati ab Antonino Diana *dict. resol.* 135. Ita tandem Sanctarellus Gallet. Riccius, & alii, quos prætercea citat Augustinus Barbosa in dictis

dictis Remissionibus ad Concilium *d. num.* 17. Et plerique istorum indistincte ita sentiunt de Copula ante petitam Dispensationem habita, ac de ea, quæ post Literarum expeditionem, sed ante Ordinarii exequutionem, habita sit; eo quia Dispensatio Summi Pontificis non censeatur perfecta, & completa, antequam Delegatus, cui fuit à Pontifice commissa, illam fuerit exequutus.

272 Nonnulli tamen admittunt post primam expressionem Pontifici de Copula factam, non esse necessariam aliam expressionem, si postea, ante factam à Delegato Dispensationem, denuo iteretur; Ita Sanchez *lib.* 8. *disp.* 24. *num.* 8. Filiuccius *num.* 337. Bonaccina *num.* 4. *ll. cc.* Trullenck *tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 4. *num.* 3. *& n.* 9. Escobar *d. exam.* 16. *cap.* 2. *vers. Committens*; Pyrrhus Corrad. *d. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 11. Ita etiam Corduba, & Ludovic. Lopez relati à Sanchez *lib.* 8. *disp.* 25. *num.* 7. Et sic de stylo Sacræ Pœnitentiariæ servato testatur idem Filiuccius *l. c.* & huic sententiæ adhæret Garcia *d. cap.* 3. *num.* 91. quamvis *num.* 92. limitet, ut id non procedat, si Copula iteretur post factam à Delegato separationem; tunc enim docet Incestuosos nova egere Dispensatione in forma *Perinde valere*;

273 Ratio, quæ à dictis Doctoribus assignatur, est, quia iteratio Copulæ cum eadem persona, quam quis ducere intendit, nec Impedimentum auget, nec novum inducit.

274 Alii è contra existimant, non vitiari Dispensationem, si Copula habita sit post commissam à Pontifice Dispensationem, sed nondum à Delegato exequutam. Ducuntur ea ratione, quod Papa tunc non movetur ad Dispensationem concedendam ex causa dictæ Copulæ, cum expressa non fuerit, imo nec ante porrectam Supplicationem habita; unde cum fuerit motus ex alia causa finali, quæ vera fuit, non potest vitiari Dispensatio ex subsequuta Copula; Ita expresse in propriis terminis docent Rodriquez *in Summa cap.* 236. *num.* 8. *tom.* 1. & Corduba *tract. Cas. Conscientiæ, quæst.* 45. *puncto* 5. relatus à Guttier. *Can. QQ. lib.* 5. *d. cap.* 15. *num.* 11. qui *l. c.* subdit sic tenuisse duos Theologos insignes Hispanos, & bis fuisse juxta hanc Doctrinam judicatum.

275 Alii insuper sentiunt, non esse explicandam Copulam in Dispensatione petenda, si habita sit antequam Oratores intenderent Matrimonium contrahere; Ita Ludovicus Lopez, Manuale Rodriquez, & Navarrus, quos refert, & sequitur Jo. della Crux *in Directorio Cas. Consc. quæst.* 4. *art.* 6. *dub.* 14. *n.* 6.

Alii tandem affirmant nullam pro foro conscientiæ requiri Copulæ expressionem, sed eam tantum esse faciendam, si Copula publica sit; Sic Henriquez *lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 4. 5. *& 6.* relatus à Sanchez *d. disp.* 25. *num.* 6. late Trullenck *dub.* 5. *n.* 9. *loc. cit.*

276 Concedunt plerique quod, si Copula occulta sit, & alia causa adducatur Pontifici pro Dispensatione super Impedimento Consanguinitatis, vel Affinitatis pro foro externo impetranda, sufficiat pro dicta Copula haberi recursus ad Sacram Pœnitentiariam, eidem exponendo non solum Copulam secreto habitam, sed etiam alia Impedimenta publica, super quibus Pontifex vel jam dispensavit, vel proxime dispensaturus est; Ita inter alios Sanchez *d. disp.* 25. *num.* 11. Coninck *d. disp.* 33. *num.* 83. Trullenck *d. cap.* 10. *dub.* 5. *num.* 6. Filiuccius *num.* 338. *loc. cit.* Pyrrhus Corrad. *in d. Praxi lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 26. Et quoad hoc concordant omnes Doctores communiter, & eo casu solet Sacra Pœnitentiaria committere Confessario non solum Absolutionem ab Incestu, sed etiam Dispensationem super Impedimentis, quamvis fuerit alias concessa, vel concedenda à Pontifice, ut suo loco dicemus.

277 Fundamenta dictæ opinionis affirmantis necessitatem expressionis d. Copulæ in Dispensatione petenda, tria præcipua sunt.

278 Primum; Quod expressa Copula Papa difficilius dispensat, & cum majori Compositione, & multis additamentis, & conditionibus, ut Incestuosi hujusmodi Pœnitentiis deterriti abstineant ab Incestu.

Secundum; Quòd Incestus sit Impedimentum obstans Matrimonio, quo stante, hoc contrahi non possit.

Tertium; Quod stylus Curiæ, qui facit Legem, exigat hujusmodi Copulæ expressionem, non quia Incestus sit vere, & proprie Impedimentum dirimens, sed ex supra dicta causa, & ratione; nempe ut timore manifestationis deterriti Consanguinei, vel Affines retrahantur ab illa.

Addunt nonnulli, ita fuisse à Sacra Congregatione decisum.

Contrariæ tamen opinioni neganti necessitatem 279
expressionis Copulæ in petenda Dispensatione super Impedimento dirimenti, si alia causa allegatur Pontifici pro Dispensatione, adhærent Navarrus *lib.* 4. *Consil. Tit. de Cons. & Affin. cons.* 1. *in prima edit.* Vega *tom.* 2. *cap.* 34. *casu* 97. Joannes della Crux *in Directorio casuum conscientiæ part.* 2. *de Matrim.* §. *de Dispens. dub.* 14. *conclus.* 2. ubi asserit graves Doctores Romæ, & Hispaniæ consultos sic respondisse, idque esse in praxi receptum in Diœcesi Salamantina, Palentina, & aliis; & subdit quosdam Consanguineos de Oppido de Yepes Anno 1604. post commissionem Ordinario factam, & nondum præsentatam, habuisse inter se Copulam, & à Consiliariis Archiepiscopi fuisse factum præceptum Parocho sub certa pœna, ut, dicta Copula non obstante, eos Matrimonio jungeret; Basilius Pontius *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 17. *toto* §. 6. Antoninus Diana *part.* 1. *tract.* 10. *resol.* 44. *& part.* 4. *tract. Miscell. resol.* 135. & latius *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 81. late Hieronymus Cævallos *in Speculo Aureo QQ. Commun. contra comm. q.* 737. *per totum, & num.* 3. testatur se hanc opinionem defendisse in consulendo, & judicando, & bis fuisse in Archiepiscopali Curia Tolerana pro hac opinione judicatum: Raphael Aversa *de Matrim. quæst.* 19. *sect.* 6. Emanuel Sà *verbo Dispens. num.* 10. quem, & præcisa ejus verba refert Joannes de Salas *de Legib. disp.* 20. *sect.* 15. *num.* 114. Antonius de Escobar *Theol. moral. tract.* 1. *exam.* 16. *cap.* 2. *vers. Committens, & cap.* 4. *num.* 124. *vers. Est ne subreptitia*; Marius Antoninus *var. resol. lib.* 1. *resol.* 112. *casu* 33. *vers. Primò cum non reperiatur*; Ita Vvandus, Salzedo, Bernardus Diaz, Cotta, Guttierez & Rudriquez relati à Pontio *d. num.* 33. Ita Joannes Præpositus, & Adamus Tannerus penes Dianam *d. part.* 4. *tract. Miscell. resol.* 135. Ita etiam Ochavia, & Perez relati ab eodem Diana *part.* 8. *tract.* 3. *dict. res.* 81. Et hanc opinionem existimat probabilem Sanchez *d. disp.* 25. *num.* 7. *in fine*; ubi *num.* 6. dixerat eandem tenuisse gravissimos viros de hoc consultos, & in puncto Juris hanc eandem probabiliorem docet Villalobos *part.* 1. *tract.* 10. *diffic.* 27. *num.* 7. quem refert Diana *d. part.* 1. *tract.* 10 *resol.* 44. & stando in Jure communi probabiliorem, & magis Æquitati, & Rationi consonam existimat Petrus de Ledesma *ad Matrim. in addit. ad tertiam partem S. Thom. quæst.* 56. *artic.* 5. *vers. Secunda conclusio, pag. mihi* 538. Huic etiam opinioni adhærent Theologi celebratissimi, & plures Neoterici doctissimi hujus Lucanæ Civitatis.

Et quidem istorum opinio nobis etiam vera, & 280
& in Praxi tuta videtur, nec alio indiget fundamento, nisi quia nullibi reperitur in Jure cautum, ut hæc Copula sic inter Consanguineos, vel Affines ex humana fragilitate habita, exprimi debeat; & tamen verum est, quod juxta probabiliorem Doctorum sententiam illa sola taciturnitas vitiat, quam Jura jubent exprimi, ut plene probavimus, vel de qua est jure cautum, quod illis expressis Papa non concessisset; & sic intelligi debet Doctrina eorum, 281
qui dicunt illam taciturnitatem vitiare, quæ Pontificem à concessione retraxisset; quia intelligi debet de his, de quibus est in Jure cautum, quod illis expressis non dispensetur, ut bene, & egregie explicant Navarrus *lib.* 4. *consil. titulo de Cons. & Affin. cons.* 4. *in prima edit. num.* 3. Ludovis. *dec.* 150. *num.* 11. *in annotat.* Ægidius Bellam. *decis.* 697. paulo *ante num.* 5. *vers. Tertio principaliter*; Joannes della

della Crux *in direct. caſ. conſcient. quæſt.* 4. *art.* 6. *dub.* 13. *num.* 5. Melchior Lotherius *de re benef. l.* 2. *quæſt.* 51. *numer.* 51. Rota inter impreſſas poſt 2. volumen Conſilior. Farinacii *dec.* 257. *num.* 3. Rota apud Vivian. *poſt praxim Juris patronatus dec.* 97. *numer.* 1. *verſ. Amplius*; Antoninus Diana *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 81. *circa medium*, & faciunt dicta per Quintilianum Mandoſ. *ad Regul. Cancell. Reg.* 32. *quæſt.* 9. *numer.* 10. Thom. Sanchez *de matrim. l.* 8. *diſp.* 21. *numer.* 18. Seraph. *dec.* 1432. *num.* 8. Ratio eſt, quia Papa præſumitur velle ſua Reſcripta conformare Diſpenſationi Juris communis, niſi aliud expreſſe decernat, ut diximus.

282 Tunc autem apparet, quod Jura jubeant aliquam qualitatem exprimi, vel quando id ſpecifice, & expreſſis verbis jubent, vel quando prohibent, ne aliquod delictum remittatur, vel ne in aliquo caſu diſpenſetur, ut bene explicant Sanchez *libr.* 8. *diſp.* 21. *numer.* 15. Pater Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ part.* 1. ubi *de tranſgreſſ. Votorum verſ. Jura autem*, *pag. mihi* 60. ubi concludit, ita communiter Doctores *in l.* 3. *C. de Epiſc. Audien.* Unde in caſu noſtro, cum Jura nullo modo jubeant hujuſmodi Copulæ ex-
283 preſſionem, quod lex non dicit, non eſt ab homine præſumendum *l. Diſſentientis C. de Repud.* Alex. *conſ.* 3. *numer.* 10. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 52. *num.* 78. *vol.* 1. Rot. *dec.* 660. *num.* 5. *part.* 2. *rec.* Barboſa *in Votis Canonicis lib.* 2. *voto* 47. *num.* 115. Reſponſa Marantæ *reſp.* 52. *numer.* 212. *part.* 2. Redenaſch. *conſ.* 85. *num.* 17. Farinac. *conſ. Crim. lib.* 1. *conſ.* 45. *num.* 41.
284 Et cum Gratiam, & Diſpenſationem eſſe nullam, ſit pœna; Franciſcus Merolla *diſp.* 1. *cap.* 2. *corollario* 2. *tom.* 1. Caſſadorus *dec.* 14. *numer.* 6. *ad Regul. Cancell.* Rota *dec.* 59. *num.* 2. *part.* 1. *rec.* Rota inter Deciſ. impreſſ. per Ludovic. Cencium *tract. de cenſib. dec.* 67. *num.* 12. Pariſ. *de reſignat. Benef. l.* 12. *quæſt.* 2. *num.* 7. *& de conſid. quæſt.* 13. *num.* 15. Lotherius *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 6. Sanchez *l.* 8. *diſp.* 21. *num.* 12. cum ob dictam nullitatem priveturquis
285 beneficio Gratiæ, & Diſpenſationis, ideo ubi Jus non imponit, non eſt imponenda pœna; Gloſſa *cap. fin.* 31. *de Jure Patronatus capit. Is, qui in Eccl.* 18. *de ſent. excomm. in* 6. Regula *in pœnis* 49. *de Reg. Juris in* 6. Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 12. *& diſp.* 44. *num.* 2. *eodem lib.* Rota inter impreſſas poſt prim. lib. Conſil. Farinacii *dec.* 112. *num.* 8. Tuſch. *concluſ.* 216. *num.* 1. *litera* P. Barboſa *de axiom. axiom.* 181. *n.* 7. Caſſad. *dec.* 2. *num.* 4. *de Jure Jur.* Menoch. *conſ.* 107. *numer.* 44. *volum.* 2. *& conſ.* 275. *num.* 21. *volum.* 3. Gabriel *conſ.* 17. *num.* 2. *tom.* 1. Achilles de Graſſis *dec.* 358. *alias* 12. *de privil.* Mareſcott. *var. reſol. cap.* 72. *numer.* 6. *lib.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 740. *num.* 15. *&* 16. Peregr. *de Fideicomm. art.* 3. *numer.* 83. Cæphal. *conſ.* 39. *num.* 44. *volum.* 1. Bertazzol. *de clauſ. in repetit. legis Si quis major num.* 147. *& num.* 174. Rota int. impreſſ. poſt 2. vol. conſil. Crim. Farin. *dec.* 87.
286 *num.* 20. maxime cum pœna nullitatis ipſo Jure non intelligatur, niſi in caſibus jure expreſſis, ut docent Lotherius *d. lib.* 3. *quæſt.* 19. *numer.* 18. Pariſ. *de conſid. quæſt.* 22. *num.* 11. *quæſt.* 36. *numer.* 42. *quæſt.* 41. *num.* 12. *& quæſt.* 58. *num.* 8. Gonz. *ad Reg.* 8. *Cancell.* Gloſſa 15. *à num.* 136. Marius Antoninus *var. reſol. lib.* 3. *reſol.* 39. *num.* 11. *& num.* 32. Alex. *conſ.* 103. *num.* 16. *l.* 1. Rota *dec.* 8. *numer.* 2. *part.* 1. *rec. & dec.* 769. *num.* 2. *part.* 1. *diverſ.* Gabriel. *conſ.* 196. *num.* 2. *tom.* 1. Rota coram Pœnia *dec.* 52. *numer.* 3. Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 78. Pater Leo *in Praxi Sacræ Pœnitent. part.* 1. ubi, an Confeſſores delegati ſint meri exequutores *verſ.* 5. *quando Sacræ Pœnitent. pag. mihi* 31. & innumeri alii à dd. Doctoribus, & præci-
287 pue à dicto Mario Antonino relati; Imo dato etiam quod pœna impoſita, fuiſſet ipſo jure incurrenda, adhuc tamen declaratoria requireretur *cap. cum ſecundum Leges* 19. *unde hæret. in* 6. Alex. *conſ.* 103. *numer.* 17. *l.* 1. Fragoſius *Regim. Chriſt. Reip. part.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 2. §. 3. *num.* 189. Carolus de Graſſ. *de eff. Cleric. effectu* 4. *num.* 8. Capyc. Latro *dec.* 167. *num.* 40. Farinac. *conſ. crim.* 5. *num.* 24. *lib.* 1. Rota inter impreſſas poſt 1. volum. conſil. Farinacii *dec.* 16. *numer.* 3. Tuſch. *concluſ.* 238. *numer.* 15. *liter. P.* Riccius *in praxi fori Eccl. reſol.* 245. *num.* 1. Gratianus *diſcept. for. c.* 809. *numer.* 13. *tom.* 5. Gonz. *ad Reg. S. Cancell. Gloſſa* 15. *num.* 139. *& Gloſſa* 56. *numer.* 127. Menoch. *conſ.* 99. *num.* 168. Zerola *in Praxi Epiſc. verb. Privatio dub.* 3. *verſ. Ad quintum part.* 1. & faciunt dicta per Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 30. *num.* 1. & per Vericell. *de Miſſionib. Apoſt. quæſt.* 163. *num.* 10. maxime in caſu de quo agimus, ubi agitur de omiſſione, & proinde ad incurſum pœnæ neceſſaria ſit monitio, ut bene inter caſus omiſſionis, & alios commiſſionis diſtinguit; Tuſch. *concl.* 257. *num.* 7. *liter. P.* quia ſi Legislator 288
pœnam nullitatis voluiſſet, utique expreſſiſſet; Cap. *Ad audientiam* 12. *de Decimis*; Cævall. *QQ. comm. contra comm. quæſt.* 808. *numer.* 87. Barboſa *de axiom. axiom.* 136. *num.* 5. Reſponſa Marantæ *reſp.* 44. *numer.* 25. *part.* 2. Gutierez *pract. QQ. l.* 3. *&* 4. *quæſt.* 22. *num.* 6. Rota *dec.* 484. *num.* 17. *part.* 7. *rec.* Unde ſi non expreſſit, cum facile potuerit exprimere, 289
præſumitur noluiſſe; Menoch. *conſ.* 30. *num.* 8. *vol.* 1. Hieronym. Palma *conſ.* 82. *numer.* 40. Caputaquenſ. *dec.* 42. *num.* 3. *part.* 3. Gutierez *loc. cit. num.* 7. Reſponſa Marantæ *reſp.* 78. *num.* 19. *part.* 3. *& reſp.* 64. *num.* 56. *& reſp.* 78. *num.* 14. *part.* 4. Pariſ. *conſ.* 35. *num.* 18. *part.* 1. Barboſa *de axiom. axiom.* 136. *num.* 6. Rota inter impreſſas poſt 1. vol. conſil. Crimin. Farinacii *dec.* 112. *numer.* 8. & facit vulgata conclu- 290
ſio, Si non expreſſum, ergo nolitum *l.* 1. §. *Sin autem C. de Caduc. tollen.* Marius Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 1. *num.* 10. & non expreſſum à lege, ha- 291
betur pro omiſſo *ff. ſoluto matrim. l. unica* §. *ad deficientis d. C. de Caduc. toll.* Lælius Altogradi *conſ.* 76. *numer.* 68. *lib.* 1. Anchar. *conſ.* 1. *numer.* 6. Cævallos *comm. contra comm. quæſt.* 828. *numer.* 107. Et quando Papa aliud non explicat, Conſtitutio non ſe exten- 292
dit; Argum. *in cap. Non eſt vobis* 11. *de ſponſ.* Et cum 293
ſimus in odioſis, & pœnalibus, omiſſum habetur pro omiſſo; Rota *dec.* 648. *num.* 3. *l.* 3. *part.* 3. *div.* Rota *dec.* 143. *n.* 1. *part.* 2. *rec.* Caputaquenſ. *dec.* 313. *num.* 4. Pariſ. *de reſignat. libr.* 6. *quæſt.* 4. *numer.* 32. Merlin. Pignatell. *controv. for. cap.* 82. *num.* 18. *centuria* 2. Franciſc. Redenaſch. *conſ.* 19. *num.* 41. Cum itaque nullibi inveniatur appoſita obligatio iſtam Copulam exprimendi, non debet pœna nullitatis Diſpenſationis ipſo Jure habere locum, cum præſumatur 294
fuiſſe de ejus voluntate omiſſam, Pariſ. *conſ.* 69. *numer.* 180. *part.* 3. Et conſequenter iſte, tanquam caſus omiſſus, cenſeatur relictus diſpoſitioni Juris communis; Carolus Maranta *controv. J. U. reſp.* 44. *num.* 25. *part.* 2. Coccinus *dec.* 48. *num.* 4. Ludovicus Cencius *de Cenſib. quæſt.* 40. *numer.* 32. Salgado *labyrint. Credit. part.* 2. *cap.* 29. *numer.* 70. Blaſius Michalorius *tract. de Teſtibus part.* 3. *c.* 11. *num.* 135. Rota coram Merlino *dec.* 728. *n.* 7.

Et quod hæc Copula nullo Jure exprimi præcipiatur, 295
apertiſſime patet, & affirmant Cævallos *d. quæſt.* 737. Diana *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 139. *& part.* 8. *tr.* 3. *reſol.* 81. Averſa *de matr. d. quæſt.* 19. *ſect.* 6. Trullenck *l. c. n.* 7. Et quoad hoc nullus ex Doctoribus contrariæ opinionis contradicit.

Et quidem non præcipitur Jure naturæ, ut eſt no- 296
tiſſimum, & animadvertunt idem Cævallos *loc. citat. à numer.* 3. Alphonſ. à Vera Cruce *part.* 1. *artic.* 23. *concl. prim.* Non Jure Divino, quia in Levitico *ca-* 297
pit. 18. iſta prohibitio non reperitur, cum ſolum reperiatur prohibitum Matrimonium cum Affinibus, & Conſanguineis, ut bene explicant idem Cævallos, & Vera Crux *ll. cc.* Non Jure poſitivo, *quia in cap.* 298
Tranſmiſſæ 4. *& in cap. Ex literis* 8. *de eo, qui cognovit Conſanguineam Uxoris ſuæ*, ſolum impeditur Inceſtuoſos contrahere cum affinibus; Non in Con- 299
cilio Tridentino, quia *ſeſſ.* 24. *cap.* 5. ubi de hac materia decernit, ſolum punit præſumentes clandeſtine, & ſcienter in Gradu prohibito contrahere (intelligendo coram Parocho, & teſtibus, per ea, quæ diximus ſupra:) Non in Regulis Cancellariæ; & ta- 300
men conſtat Regula 49. fuiſſe plures pœnas contra Raptores impoſitas; Non denique in ipſis Literis 301
Diſpenſationis Matrimonialis cum in eis appoſita non ſit Clauſula, *Dummodo Copula non interceſſerit*, prout de ſtylo apponitur alia Clauſula, *Dum-* 302

modo

modo d. Mulier propter hoc rapta non fuerit ; & sic eo Raptu sequuto, Papa non intendit super Impedimento proposito dispensare ; ergo si solo crimine Raptus sequuto non dispensatur, sequitur, quod in aliis casibus, & criminibus non dirimentibus, nec Jure expressis, nec in commissione Dispensationis exceptis, sit dispensandum ; Argum. *in leg. Cum Prætor ff. de Judic. & l. Tribunus* §. *fin. de milit. Testam.* quod idem prudentissime ponderant idem Cævallos *d. qu.* 737. *num.* 27. Et novissime Daniel de Nobilib. *in Selectis controv. disp.* 37. *num.* 27. Et faciunt dicta à Rota *decis.* 497. *num.* 2. *part.* 4. *recent.* Paris. *lib.* 1. *cons.* 8. *à num.* 8. Et cum in Rescripto Pontificis non committatur Delegato, ut cognoscat an Copula sequuta fuerit, consequenter obligatio de illa habetur pro omissa ; Hieronymus Palma *cons.* 88. *num.* 18. Lælius Altogradi *cons.* 2. *n.* 3. *lib.* 1.

303 Cum itaque nullo Jure, Canone, Rescripto, Constitutione, Decreto, seu Lege (quæ legitime publicata sit) cautum reperiatur, quod de hujusmodi Copula sit facienda mentio in Dispensatione petenda, est casus omissus, & ob id remanet in Dispositione Juris communis ; Lælius Altogradi *cons.* 64. *nu.* 3. *lib.* 1. Hieronymus Palma *cons.* 50. *nu.* 2. *& num.* 28. Merlin. Pignatell. *controv. forens. cap.* 55. *nu.* 16. *centuria* 2. Paris. *de resignat. lib.* 10. *quæst.* 5. *num.* 7. Ludovic. Cenc. *tract. de Cens. quæst.* 40. *n.* 32. Gratian. *discept. forens. cap.* 211. *num.* 34. *tom.* 2. *& cap.* 741 *nu.* 1. *& 2. tom.* 4. Cævall. *QQ. commun. contra communes quæst.* 808. *nu.* 93. Rota coram Cavaler. *decis.* 111. *num.* 3. Barbosa *de axiom. axiom.* 39. *num.* 8. Et consequenter cum in Jure non reperiatur cautum, quod d. Copulæ mentio sit facienda in Dispensatione, nulla est obligatio illam exprimendi, quia illa qualitas de Jure non consideratur, quæ non est necessaria ad actum ; Caputaquens. *decis.* 33. *num.* 3. Imo cum nullibi reperiatur prohibita taciturnitas dictæ Copulæ, utique censeri debet permissa, per ea quæ dicunt Rota inter decis. impress. per Ludovic. Cencium post *tract. de Censib. decis.* 91. *num.* 3. Idem Cencius *dict. tract. de Censib. quæst.* 72. *num.* 12. Gratianus *discept. forens. cap.* 870. *nu.* 37. *tom.* 5. Barbos. *de axiom. axiom.* 115. *num.* 1. Speculator *part.* 1. *lib.* 1. ubi *de Accusat. partic.* 2. *num.* 1. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 16. *numer.* 2. Mascard. *de probation. lib.* 3. *concl.* 1236. *num.* 12. Pater Leo *in Praxi Sacræ Pœnit. part.* 2. *formula, de sec. ex actu fornicario de contracto, vers. Permissa, pag. mihi* 266. Tusch. *conclus.* 298. *num.* 1. *lit. P.*

Nec desunt alia Jura, & fundamenta quibus hæc doctrina sustinetur, quorum aliqua veloci calamo percurram.

304 Dico primò, illam solam taciturnitatem vitiare Gratiam, quæ sit circa causam finalem Dispensationis, ut latè probat Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 11. *& num.* 74. Filiuccius *d. tract.* 10. *cap.* 10. *part.* 2. *num.* 324. & sequitur Pontius *lib.* 8. *cap.* 17. *numer.*

305 41. Hæc autem Copula, quamvis exprimatur, non est ex se causa finalis Dispensationis, imo nec illam intrinsece afficit, cum sit res diversa ab Impedimento, super quo petitur Dispensatio, & ad ipsam Dispensationem non pertinens, ut bene docet idem Cævallos *d. disp.* 737. Et quod sola Copula ex se non sit causa finalis, patet, quia est peccatum ; ergo nec debet, nec recta Justitia potest Pontifex causam dispensandi à re peccaminosa sumere, nisi aliæ causæ explicentur, v. gr. Diffamatio Mulieris, & periculum, ut innupta remaneat, & gravia scandala sequantur, nisi Matrimonium contrahatur, ut bene docent Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 45. Bonacina *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 4. §. *Si vero conceditur num.* 8. Diana *part.* 8. *tract.* 10. *resol.* 65. ubi propterea citat Merolla, Gaeta, Texeda, & Amicum; Unde taciturnitas d. Copulæ, cum intrinsece non

306 afficiat Dispensationem, nec causam finalem concessionis, non vitiabit ipsam Dispensationem, quamvis etiam d. Copula expressa, Papa difficilius concessisset, per ea, quæ diximus supra, & dicemus *lib.* 3. *cap.* 1.

Et consequenter petita ob aliam causam, quam d. diffamationis, & scandalorum ex ipsa Copula insurgentium, exempli gratia, ob angustiam loci, defectum doris, & alias similes causas, ipsius Copulæ taciturnitas non vitiabit, ut diximus, & faciunt pro hac doctrina dicta per Lotherium *de re Beneficiaria lib.* 2. *quæst.* 54. *nu.* 31. Gratian. *discept. forens. cap.* 535. *num.* 26. *&* 27. Sanchez *lib.* 8. *d. disp.* 21. *num.* 74. qui ultimus *loc. cit. num.* 11. apertissime docet, quod si ad impetrandam Dispensationem aliqua causa exprimatur, quæ ex se sufficiens sit ad concedendum, si taceatur alia causa, quæ difficiliorem reddidisset Pontificem ad dispensandum, quamvis etiam quoad modum quendam accidentalem, nec variantem rei substantiam, nec absolutam concessionem, sed quoad majorem concedendi facilitatem sit aliquantulum involuntaria, concessio nihilominus simpliciter, quoad substantiam, est voluntaria ; ergo in casu nostro tacita Copula, quamvis etiam difficiliorem Pontificem ejus expressio reddidisset, non vitiat, quia ex alia causa movetur Pontifex ad dispensandum. 307

Addo secundò cum Cævallos *l. c. num.* 9. Felin. *c. Postulastis de rescriptis numer.* 2. & Gutierez *Canon. QQ. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 4. in petitione Dispensationis Matrimonialis non esse necessario faciendam mentionem de Criminibus non dirimentibus ; alias dici posset, quod de omni crimine, & delicto commisso in vita sua teneretur quis mentionem facere, quod nullo modo est dicendum. Ergo cum Incestus cum propria Consanguinea sit quoddam Crimen ex se Matrimonium non dirimens, non est necessario de eo facienda mentio in Dispensatione petenda super Impedimento dirimenti, cum d. Incestus non pertineat ad Dispensationem, nec de jure sit Impedimentum. Nec præsumi debet Pontificem velle obligari hujusmodi Incestuosos ad Incestum necessario manifestandum cum gravi sui, & Consanguineorum honoris, ac famæ jactura ; nisi id apertissime aliqua Lege, Constitutione, seu Rescripto expresserit. 308

Addo tertiò, plerosque Incestuosos (ut experientia docet) potius in peccato perseverare, absque spe resipiscentiæ, si post impetratas Literas Dispensationis, & solutionem expensarum propterea factam, ad novas impetrationes faciendas, & alias graves expensas adstringantur ; ex quo fit, ut eorum animæ gravius illaqueentur ; & sæpissime, ne eorum crimen, cum jactura famæ, & honoris, manifestetur, & ut novas expensas effugiant, Matrimonium malitiose contrahant, credentes se peccare lethaliter, & irrite, & nulliter contrahere, & mala malis addendo, semper pejerant. Unde non crederem à nostra opinione recedendum, cum pietatem foveat, innumera scandala tollat, & tot Viros doctissimos habeat Patronos, & Defensores. cum, maxime in diversitate opinionum, utraque probabili existente, ea amplectenda sit, ac præferenda, quæ Pietati favet, Religioni, & Animæ, ut peccata evitentur, ac scandala ; Responsa Marantæ *respons. 19. num.* 33. *part.* 3. & in dubio opinio illa est sequenda, quæ mitior, æquior, ac benignior est ; Achilles de Grassis *decis.* 12. *alias* 358. *nu.* 3. *de Privileg.* Menoch. *cons.* 215. *num.* 113. *& num.* 116. *vol.* 3. Mandosius *ad Reg. Cancell. Regul.* 29. *quæst.* 10. Farinacc. *cons. crimin. lib.* 1. *cons.* 30. *num.* 158. ita Nevizan. Cævall. & alii quos refert & sequitur Joannes Angelus Bossius *Moral. var. part.* 1. *titulo* 1. §. 27. *num.* 672. maxime si faveat Libertati, ac Matrimonio ; *cap. final. de sent. & re Judic.* Navarrus *in Manuali cap.* 27. *num.* 287. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 71. *n.* 34. 309 310 311 312

Et quamvis verum sit, quod in dubio practico tutior via sit eligenda, Sperellius *decis.* 175. *n.* 100. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 9. Coninck *de Sacram. d. disp.* 34. *dub.* 10. *num.* 88. tamen in dubio speculativo, ut in casu nostro, tutior via est eligenda in casibus tantum Jure expressis, non autem in aliis, nisi de consilio, ut bene docent dicti Sanchez *lib.* 2. *disp.* 41. *d. num.* 9. Alex. Sperell. *decis.* 175. *num.* 99. Layman. *lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 2. *n.* 8. Suarez *de censur. disp.* 4. *sect.* 6. *num.* 5. 6. 8. 9. Bossius 313

l. c.

314 *loc. cit. num.* 720. Et dato etiam, & non conceſſo, quod noſtra opinio minus probabilis eſſet, ex quo tamen probabilis eſt, ut diximus, poteſt quis, tuta conſcientia, illam ſequi relicta probabiliori; quia ad effectum non peccandi ſufficit in foro conſcientiæ ſequi opinionem probabilem; cum etenim multa ſint nobis valde obſcura, ſi non poſſemus ſequi probabilem ſententiam, ſed teneremur ſequi id tantum, quod certius, aut tutius eſt, nulla fere actio eſſet, in qua aliquid dubitandum non remaneret, & conſequenter conſcientiæ noſtræ ſemper illaquearentur. Ita expreſſe docent Gutierez *de matrim. cap.* 50. *numer.* 2. *& Can. QQ. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 23. Lælius Altograd. *conſ.* 94. *num.* 31. *lib.* 1. Sanchez *Opere moral. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 14. *& de matrim. lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 30. *in fine, lib.* 3. *diſp.* 20. *num.* 4. *& lib.* 8. *diſp.* 6. *numer.* 18. Franciſc. Merolla *tom.* 1. *diſp.* 3. *cap.* 4. *dub.* 1. *num.* 4. Filiuccius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *numer.* 128. Fragoſius *Regim. Chriſt. Reip. part. prim. lib.* 4. *diſp.* 10. *num.* 196. Bonacina *de leg. diſp.* 2. *qu.* 4. *punct.* 9. *num.* 4. Coninck *de Sacramentis diſp.* 34. *num.* 84. Leonardus Leſſius *de Juſt. cap.* 29. *dubitat.* 8. *num.* 68. Leoncillus *de opibus paupertatis part.* 2. *privileg.* 192. *numer.* 9. Diana *part.* 2. *tract.* 13. *reſol.* 1. *verſ. Sed communit.* Laymanus *Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. Trullenck *Opere moral. tom.* 2. *libr.* 8. *capit.* 1. *dub.* 6. *numer.* 1. Joannes de Lugo *de Juſt. part.* 2. *diſp.* 37. *ſect.* 10. Garc. *de Benef. part.* 11. *capit.* 5. §. 4. *numer.* 361. Rodericus de Arriaga *diſp. Theolog. tomo* 2. *diſp.* 27. *ſect.* 5. Ita Metina, Vaſquez, Valentia, Suarez, Henriquez, Azorius, Bannes, Sayrus, & alii relati à Sanchez *Opere moral. dict. capit.* 9. *numer.* 14. Ita etiam Lorea, Martinez, Alvarez, Aragona, Granado, Tanerus, & alii, quos propterea citat Merolla *dict. dub.* 1. *numer.* 24.

315 Addo quarto, in dubio illam opinionem tenendam eſſe, quæ favet ſubſtantiæ actus, & magis ut valeat, quam pereat; Maſcard. *de probat. concl.* 1115. *num.* 2. Joannes Angelus Boſſius *moral. var. part.* 1. *titulo* 1. §. 27. *num.* 725. ergo & conſequenter in dubio ea interpretatio eſt facienda, quæ facit pro validitate Actus, & Diſpenſationis, & magis ut ſuſtineatur, quam pereat; Leoncillus *de paupertatis opibus part.* 2. *privileg.* 388. *num.* 10. Gonz. *ad Reg.* 8. *Cancell. Gloſſa* 4. *num.* 153. Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 21. *numer.* 20. *&* 25. Lælius Altogradi *conſ.* 8. *numer.* 35. *lib.* 1. Hieronymus Palma *conſ.* 87. *num.* 21. *& conſ.* 88. *num.* 7. Laymanus *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *num.* 14. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 62. &
316 maxime ea interpretatio ſumenda eſt, per quam evitatur ſubreptio Gratiæ, & Diſpenſationis; Rota coram Durano poſt *dec.* 284. *diſc.* 235. *num.* 50. *part.* 3. Gabriel *conſ.* 200. *num.* 14. *lib.* 1. Sequitur igitur Diſpenſationem validam eſſe, tacito Inceſtu inter ipſos Oratores præhabito, cum inter Doctores ſit dubium, an ejus taciturnitas in Diſpenſatione petenda vitiet, nec ne, ut oſtendimus.

317 Addo quinto, plures Doctores tam antiquos, quam modernos, diverſis temporibus hanc noſtram opinionem apertiſſime in ſuis Tractatibus probabilem, & in praxi tutam docuiſſe, & in dies docere; ex quibus aliquos enunciavimus; & quamvis hi Tractatus typis excuſſi undique circumlati, & per manus plurium publice habiti, lectique ſint, & quotidie habeantur, teneantur, & publice legantur, nulla tamen hucuſque Conſtitutione, de qua publice, & authentice conſtet, fuit hæc opinio reprobata, prout ſi falſa, & erronea eſſet, præſumi debet, quod aliquo modo reprobata fuiſſet, itaut de hujuſmodi reprobatione penes Tribunalia Eccleſiaſtica publice, & authentice conſtaret; agitur enim de re graviſſima, quia ſi contraria opinio certa eſſet, inſurgerent ex hujuſmodi Copulæ taciturnitate, invaliditas Diſpenſationis, nullitas Matrimonii, irritatio Sacramenti, illegitimitas Prolis, Concubinatus, & Inceſtus perpetui, & conſequenter innumera peccata, ſcelera, & ſcandala graviſſima, & nulla fere Diſpenſatio fieret, in qua aliquid non remaneret dubitandum; ergo præſumi poteſt, & debet, quod ſi iſta opinio non eſſet probabilis, ſuſtinibilis, & tuta, aliquo modo damnata fuiſſet ab Eccleſia, & tali modo, ut ejus reprobatio ubique legitime, & authentice publicaretur; prout in alio caſu de Anno 1602. factum fuiſſe ſci- 318
mus: quo tempore cum à nonnullis probaretur quædam opinio, quod nempe valida, & licita eſſet Confeſſio facta per Pœnitentem Confeſſario abſenti, per epiſtolam, Sanctæ Mem. Clemens VIII. Summus Pontifex, die 20. Junii, in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico in Monte Quirinali, propoſita Quæſtione, utrum liceat per Literas, ſeu Internuncium Confeſſario abſenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente Abſolutionem obtinere, idem Sanctiſſimus auditis Votis Patrum Theologorum, & re cum Eminentiſſimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus mature, ac diligenter propoſita, ac conſiderata, dictam propoſitionem, ſcilicet, licere per Literas, ſeu Internuncium Confeſſario abſenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente Abſolutionem obtinere, uti falſam, temerariam, ac ſcandaloſam damnavit, ac prohibuit, præcepitque ne deinceps iſta propoſitio publicis, privatiſve Lectionibus, Concionibus, & Congreſſibus doceatur, neve unquam tanquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quoquomodo deducatur: Quod ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam diſputative tractaverit (niſi forſan impugnando) vel ad praxim directe, ſeu indirecte deduxerit, præter Excommunicationem latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrat, & à qua non poſſit, præterquam in mortis articulo, ab alio quocumque etiam Dignitate fulgente, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ majori Pœnitentiario, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolvi; Aliis etiam pœnis Arbitrio Sanctiſſimo infligendis ſubjaceat.

Si igitur hujuſmodi Copulæ expreſſio, ita neceſſaria eſſet, ut ejus taciturnitas Diſpenſationem irritaret, inveriſimile eſt, ut aliqua Declaratione, vel Conſtitutione cautum non fuiſſet, Inceſtum inter Oratores præhabitum, eſſe in Diſpenſatione petenda manifeſtandum; quod cum ſit inveriſimile (ut dixi- 319
mus) nec eſt credibile, *l. Mævius in principio ff. de legat.* 2. Farinac. *conſ.* 1. *lib.* 1. *conſ.* 25. *num.* 55. Franc. Merlin. *dec. Rotæ Lucenſ. dec.* 97. *numer.* 19. Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 46. *num.* 2. *verſ. Tertio quia;* Fontanella *de pactis Nupt. Clauſ.* 7. *Gloſſ.* 2. *part.* 2. *num.* 9. *tom.* 2. Hector Capyc. Latro *dec. S. Conſ. Neap. dec.* 138. *numer.* 2.

Et quidem iſta obligatio exprimendi Copulam, ſi 320
alias certa foret, ſpeciali nota digna eſſet; ergo dum non fuit talis obligatio Lege, vel Jure præſcripta, utique cenſeri debet omiſſa; Conſtat *l. Item apud Labeonem §. hoc edictum ff. de injuriis, & cap. Quamvis de præbend. libr.* 6. & docent expreſſe Navarrus *libr.* 4. *conſil. Titulo de Sponſ. conſ.* 27. *numer.* 1. *in prima edit.* Tuſchus *concl.* 68. *litera N.* Gutierez *Canon. QQ. lib.* 2. *capit.* 1. *numer.* 33. Pariſ. *conſ.* 112. *numer.* 33. *part.* 4. Ludovic. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 46. *numer.* 18. Gonzal. *Gloſſ.* 9. §. 1. *numer.* 33. Sanchez *libr.* 3. *diſpenſ.* 35. *numer.* 11. Et actus cenſeri debet permiſſus, ſi non reperitur prohibitus, ut diximus.

Addo demum, irritationem Matrimonii eſſe cauſam graviſſimam; Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 2. *nu.* 12. Pontius *de matrim. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 3. Rot. *inter impreſſ. poſt* 2. *vol. Concil. Trid. dec.* 94. *numer.* 7. Coninck *de Sacramentis diſp.* 30. *num.* 11. Layman. *mox citandus*: Et cum per Conſtitutionem Impedimentorum reſtringatur libertas ad contrahendum Matrimonium, quod eſt Jure naturali, & Divino unicuique permiſſum; Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 1. *numer.* 4. Pontius *l.* 6. *cap.* 3. & Reipublicæ Chriſtianæ expediat potius ea reſtringi, ut bene animadvertit Navarrus *lib.* 4. *conſil. Titulo de Cognat. ſpir. conſ.* 2. *numer.* 7. *in* 1. *edit.* & clare colligitur ex Diſpoſitione ipſius Conci- 321
lii Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. cap.* 2. ubi ait; *Docet experientia, propter multitudinem prohibitio-*

tionum, multoties in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus, vel non ſine magno peccato, perſeveratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur: Propterea Eccleſia ita ſibi Impedimenta matrimonii reſervavit, ut jam prohibitum ſit, non ſolum Principibus Sæcularibus fidelibus inter Subditos fideles; Paulus Laymanus *Theolog. moral. l. 5. tract. 10. part. 4. capit. 1. numer. 2.* Hieronymus Cævallos *QQ. comm. contra comm. quæſt. 58. num. 10.* Baptiſta Fragoſius *Regim. Chriſt. Reip. part. 1. lib. 2. diſp. 4. §. 2. num. 299.* verum etiam ipſis Epiſcopis, & aliis quibuſcumque Prælatis Eccleſiaſticis (Papa excepto) alia Impedimenta Matrimonii, præter communia univerſalis Eccleſiæ, ſtatuere; Sanchez *l. 7. diſp. 1. num. 9.* Filiuccius *tom. 1. tract. 10. part. 2. capit. 1. num. 10.* Averſa *de matrim. quæſt. 9. ſect. 3. verſ. Nihilominus*; Imo ipſemet Pontifex non niſi univerſalibus Canonibus, vel generali Concilio, hujuſmodi Impedimenta pro univerſali Eccleſia decernere poſſit, ut docet Laymanus *d. cap. 1. num. 4.* teſtans de communi Doctorum doctrina; ad quam faciunt dicta per Navarr. *l. 4. conſ. tit. de Sponſ. conſ. 2. num. 6. in 1. edit.* Raphael Averſa *de matrim. quæſt. 9. ſect. 3. in princip. & verſ. Nihilominus, & dict. quæſt. 9. ſect. 4. verſ. Nec ſane*; quia cum cauſæ, quibus Matrimonii valor vertitur, graviſſimæ ſint (ut diximus) debent univerſali Pontificio Jure definiri, ut idem Laymanus docet *l. c.*

Et quamvis ex gravi, & juſta cauſa poſſit Summus Pontifex, quibuſdam particularibus perſonis interdicere Matrimonium, eaſque prorſus reddere inhabiles ad illud contrahendum; Sanchez *l. 7. diſp. 2. dict. numer. 12.* Laymanus *loc. cit. num. 4.* Averſa *d. quæſt. 3. in fine*, nihilominus ad hoc, ut valide, & licite ea inhabilitas fiat, tria copulative requiruntur, nempe, Cauſa juſta; Sanchez *l. 7. diſp. 1. nu. 6.* Pontius *l. 6. cap. 3. numer. 1.* Diana *part. 8. tract. 1. reſol. 61.* Averſa *d. ſect. 4. in princ.* Sententia Pontificis: Laymanus *loc. cit.* Et Decretum irritans; Sanchez *l. 7. diſp. 2. num. 10.* Filiuccius *d. cap. 1. nu. 11.* Gutierez *de matrim. cap. 61. num. 56.* Et tamen hujuſmodi poteſtate Papa non facile utitur, ut animadvertit idem Laymanus *loc. cit.* Conſtat ergo taciturnitatem Copulæ ex ſe non vitiare Diſpenſationem Matrimonialem; id enim eſſet inducere novum Impedimentum dirimens, quod generaliter conſtitui non poteſt, niſi à Pontifice in univerſalibus Conſtitutionibus, vel generalibus Conciliis, ut dictum fuit; nec de aliquo ſtylo, ſeu conſuetudine in contrarium conſtare poteſt, per ea, quæ diximus, & dicemus infra *lib. 2. cap. 1.* Nec diſpoſitio Concilii *ſeſſ. 24. cap. 5. de reformat.* aliquam obligationem inducit Copulam exprimendi, ut aliqui perperam interpretantur, quia, ſicut diximus, diſpoſitio dicti Concilii procedit eo caſu, quo Impediti præſumant Matrimonium intra Gradus prohibitos ſcienter contrahere, ut patet ex lectura d. Concilii, id tamen eſt longe diverſum à caſu noſtro.

Nec me movent rationes, & fundamenta, quæ à Doctoribus contrariæ opinionis afferuntur, quæ ex infraſcriptis facile (ni fallor) diluuntur.

322 Quoad primum, nempe Pontificem expreſſa ſibi Copula difficiliorem reddi ad diſpenſandum, reſpondeo, tantum abeſſe, ut Pontifex ex hujuſmodi Copulæ expreſſione difficilior reddatur ad diſpenſandum, dum non ex fraude, ſed ex humana fragilitate habita ſit, ut potius dicendum videatur ex d. expreſſione facilius moveri, attenta probabili, & fere certa conſequentia ſcandalorum, quæ ob dictam præcedentem Copulam ex Diſpenſationis denegatione poſſent veriſimiliter exoriri, ut bene animadvertunt Baſilius Pontius *de matrim. libr. 8. capit. 17. §. 6. numer. 32.* Hieronymus Cævallos *d. quæſt. 737. numer. 12.* Eſcobar *Theolog. moral. tract. 1. exam. 16. capit. 4. verſ. Eſt ne ſubreptitia diſp. inter Conſanguineos*; Rodriq. *in Summa tom. 1. capit. 237. numer. 8.* Diana *part. prim. tract. 10. de Leg. reſol. 44. & part. 4. tractat. 4. reſol. 135.* & ſic videmus quod in proxi-
323 mioribus Gradibus (nempe infra ſecundum) in quibus regulariter non admittuntur cauſæ Anguſtiæ loci, defectus dotis, Sedationis inimicitiarum, Extinctionis litium, & aliæ ſimiles, tamen etiam in his proximioribus gradibus (licet in illis Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de reform. dict. cap. 5. prohibeat diſpenſari niſi inter Magnos Principes, & ob publicam cauſam*) ſi copula exprimatur una cum diffamatione mulieris, & exinde periculum, ut innupta remaneat, & gravia ſcandala poſſint veriſimiliter exoriri, niſi Matrimonium inter ipſos Oratores contrahatur, Papa diſpenſat, non ſolum cum perſonis Illuſtribus, ac Principibus, ut permittit Concilium, ſed etiam cum aliis infimæ conditionis. Imo id eſt ſingulare, quod 324
dum Copula exprimitur, omnis alia cauſa ceſſat, ut animadvertit Pirrhus Corradus *in Praxi diſpenſation. Apoſt. lib. 8. cap. 5. n. 58.* in fine, ubi teſtatur ſic de ſtylo Curiæ ſervari.

Imo nec ſolum, ſi Copula ſit effectivè habita, mo- 325
vetur Pontifex ad diſpenſandum etiam in his proximioribus gradibus, ſed diſpenſationem etiam in illis concedit, quamvis non ſequuta Copula, Oratores inſimul converſati ſint, ſi inde orta ſit ſuſpicio, licet falſo, quod ſe carnaliter cognoverint; cum ex iſta ſola ſuſpicione, perinde ac ex ipſa Copula, ſæpe ſæpius diffamatio Mulieris inſurgat, & quod innupta remaneat, & gravia ſcandala timeantur, & ſic quotidie hæ diſpenſationes conceduntur, ut eſt notorium.

Et quamvis expreſſio Copulæ cauſa ſit, ut major 326
compoſitio exigatur, & cum nonnullis modificationibus, & qualitatibus eo caſu diſpenſatio concedatur, id tamen non pertinet ad cauſam motivam, quia non fiunt pro conſanguinitate, vel Affinitate, ſuper quibus diſpenſatio petitur, ut bene animadvertunt Diana, Averſa, Trullenck, & Cævallos *ll. cc.* quod idem confirmat Pater Leo *in Praxi S. Pœnitentiariæ part. 2.* ubi *de impedimentis dirimentibus, verſ. Iſta autem bona fides, pag. mihi 225.* ſed in pœnam Copulæ inceſtuoſæ, cujus Abſolutio, una cum Diſpenſatione ſuper Impedimento dirimenti committi ſolet Delegato; quamvis enim inceſtus non ſit impedimentum reſervatum Pontifici, ut dicemus infra, ex quo tamen Oratores exprimunt ſe illum commiſiſſe, & petunt Abſolutionem ab eo, Papa abſolutionem delegato committit, & in pœnam d. Inceſtus Oratores majori impenſa, & pœnitentiis affligit, quia inceſtus vere eſt graviſſimum crimen, gravique pœna dignum, & ob id inceſtuoſi, ultra pœnas contra ipſos à Jure Ca- 327
nonico inflictas, & de quibus in Clem. *unica de conſang. & in cap. 1. de conſang. & affin. & in cap. Inquiſitioni 44. de ſententia Excomm.* pluribus aliis Jure civili inflictis ſubjiciuntur pœnis, ut conſtat *l. ſi quis Inceſt. 6. C. de Inceſt. & Inutil. Nuptiis; cap. cum ſecundum Leges 19. de hæret. in 6. in Authent. Inceſtas Nuptias d. C. de Inceſt. & inutil. Nupt.* Quibus Legibus Inceſtuoſi prohibentur teſtari, & alios ſucceſſores habere, niſi illos, qui alias ab Inteſtato venirent; Cadunt ipſo Jure à dominio bonorum ſuorum, & à poteſtate in filios, alias legitimos, & à lucris dotalibus, & fiunt infames: Requiritur tamen ad has pœnas incurrendas declaratoria Judicis *l. ejus qui delatorem 29. Gloſſa in capitul. Fraternitas tua; verbo cum augmento 12. quæſtio. 2.* Fælinus *capitul. Audivimus de Simonia*. Unde cum Inceſtus ſit crimen graviſſimum, gravique pœna dignus, non mirum ſi eo expreſſo Papa Abſolutionem Delegato committendo acriter Oratores puniat; non tamen ob hujuſmodi punitionem cenſetur neceſſitatem inducere ipſum inceſtum explicandi, ſi aliam cauſam juſtam, & innocentem habeant pro impetratione diſpenſationis; imo etiam Inceſtu non expreſſo, & ſine Clauſula *dummodo Copula non interceſſerit*, vel alia Clauſula neceſſitatem hujuſmodi expreſſionis denotante, Diſpenſatio-
nem concedit ex alia cauſa; aliud namque eſt, ince- 328
ſtuoſos, Copula expreſſa, eaque pro cauſa diſpenſationis, vel inductiva ad diſpenſandum allegata, puniri, dum abſolutio pro ipſo Inceſtu à Pontifice in ſupplicatione diſpenſationis petitur, & ab ipſo committitur Delegato; Aliud autem eſt, quod non expreſſa Copula, diſpenſatio irrita ſit, & nulla ipſo Jure; cum id nullo Jure, Decreto, ſeu reſcripto, nec in ipſis Literis, ſeu Mandato caveatur; & San-

chez

chez ipſe, qui licet hanc opinionem probabilem aſſerat, ut diximus, nihilominus in aliam ſententiam magis inclinat, hoc fundamentum diſcutit, & tanquam debile, nec verum rejicit, ſolumque ſe fundat in ſtylo Curiæ, ut videre eſt *dict. diſp.* 25. *numer.* 38.

329 Et quod ob dictam majorem Compoſitionis exactionem, & alias pœnitentias, quæ, ſi Copula expreſſa ſit, Oratoribus imponuntur, non inducatur neceſſitas exprimendi Copulam, clare conſtat, non ſolum ex *dictis*, ſed etiam ex eo quod eadem major Compoſitio exigitur, & dictæ additiones, & pœnitentiæ infliguntur Oratoribus, maxime in forma *Pauperum* Diſpenſationem impetrantibus, quamvis Copula nec ſequuta, nec expreſſa fuerit, ſed ſimpliciter, ſi Oratores inter ſe converſati ſint, cum ſuſpicione, quod dicta Copula ſequuta fuerit, unde diffamatio Mulieris, & quod innupta remaneat, & gravia ſcandala ſequutura timeantur, quia, ut diximus, Papa non movetur ad diſpenſandum ob Copulam ſequutam, vel converſationem ab Oratoribus habitam, ſed pietate motus, ne Oratrix, cum animæ periculo, & jactura honoris, innupta remaneat, & ne ſequantur ſcandala gravia, quæ veriſimiliter timentur, niſi Matrimonium contrahatur; cum ergo cum dict. majori Compoſitione, & cum eiſdem modificationibus, maxime in forma *Pauperum*, Diſpenſatio concedatur, tam ſi Copula expreſſa ſit, quam ſi non præceſſerit, nec allegata ſit, certum eſt dictam majorem Compoſitionis exactionem, & pœnitentias non reſpicere Diſpenſationem ſuper Impedimento Conſanguinitatis, vel Affinitatis, ſed illas imponi in pœnam, vel Copulæ expreſsæ, vel converſationis ſuſpectæ, ſuper quibus Abſolutio Delegato committitur, unde cum hæc Diſpenſationem, & ipſius cauſam finalem non afficiant, non ſunt de neceſſitate exprimenda, & ipſis tacitis, non vitiatur Diſpenſatio.

330 Nec pariter obſtat ſecundum fundamentum, cui contraria opinio nititur, nempe Inceſtum eſſe Impedimentum Matrimonio obſtans, itaut ſi Inceſtuoſi contrahere velint, neceſſaria ſit in Diſpenſatione mentio ipſius Inceſtus; loquendo etenim de Inceſtu habito inter ipſolmet Conſanguineos, vel Affines, qui inſimul contrahere intendunt; & de quo nos agimus; nullum eſt Impedimentum ad contrahendum, cum non procedat ex aliquo Jure Divino, vel Humano, ut diximus, & docent Cævallos *d. quæſt.* 737. *num.* 5. Alphonſus à vera Cruce *in Speculo part. prim. art.* 23. *concl.* 1. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 81. ubi propterea refert Covarruv. S. Antoninum, & Caſtro; nec ex aliquo ſtylo, ſeu conſuetudine, ut mox dicemus; ergo nec impedit, nec dirimit Matrimonium, & conſequenter nulla ſuper eo opus eſt Diſpenſatione.

Et quod ob crimen Inceſtus cum ipſis propriis Conſanguineis non prohibeatur Matrimonium, ex D. Thoma, Riccardo, Turrecremata, S. Antonino, Sylveſtro, Cajetano, & aliis innumeris, probat Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 15. *numer.* 16. & citatis Cordova, Ledeſma, Matienzo, & pluribus aliis confirmat idem Cævallos *loc. cit. num.* 3. Hanc etiam Doctrinam docent Vivaldus *in Cand.* ubi *de matrim. numer.* 94. Leonardus Leſſius *de Juſt. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 11. *numer.* 82. Averſa *de matrim. dict. ſect.* 6. *verſ. Inceſtus*, & materia ſatis diſcuſſa, tandem ita concludit Joannes Gutierez *de matrim. cap.* 77. *num.* 20. *verſ. Secunda opinio*, & *Can. QQ. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 6. aſſerens, eſſe communem Theologorum ſententiam; unde cum non ſit de Jure Impedimentum, non eſt neceſſaria illius mentio in Diſpenſatione petenda ſuper Impedimento dirimenti, ſi ex alia cau-
331 ſa petatur Diſpenſatio; Et quatenus etiam aliquod Impedimentum eſſet (quod expreſſe negatur) adhuc tamen nec neceſſarium eſſet ob illud adire Pontificem, ex quo poſſet etiam Epiſcopus ſuper eo diſpen-
332 ſare, ut infra dicemus; Et dato etiam, quod eſſet Impedimentum, & nihilominus abſque diſpenſatione Matrimonium contraheretur, eſſet quidem hujuſmodi Matrimonium illicitum, ſed tamen validum, per ea, quæ docet Rota *dec.* 264. *numer.* 40. *in noviſſimis*.

Solus Inceſtus cum Affinibus Conjugis, antiquo 333
tempore, Matrimonium contrahendum prohibebat, ob injuriam, quæ Matrimonio inferebatur, non tamen hujuſmodi Impedimentum erat dirimens *capit. Tranſmiſſæ* 4. *de eo, qui cognovit Conſanguineam Uxoris ſuæ*; Vera Crux *in Speculo part.* 1. *art.* 23. *in princ.* Cævallos *d. quæſt.* 737. *n.* 1.

In iſto tamen, ſicut in aliis Impedimentis non di- 334
rimentibus, poterat, & ſolebat Epiſcopus diſpenſare, ut bene Rodriquez *in Summa capit.* 238. *num.* 5. Sperellius *dec.* 112. *num.* 36. Cævallos *loc. cit. numer.* 16. Gutierez *de matrim. cap.* 87. *num.* 23. Navarrus *lib.* 4. *conſil. conſ.* 2. *num.* 2. *titulo de Sponſ. in prim. edit.* Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 259. Barboſa *de Offic. & poteſtate Epiſcopi alleg.* 35. *numer.* 2. At jamdiu hoc Im- 335
pedimentum receſſit ab uſu, ut docent Sanchez *l.* 7. *diſp.* 17. *num.* 8. Coninck *de Sacram. diſp.* 30. *dub.* 3. *num.* 25. Pontius *de matrim. lib.* 6. *cap.* 14. *numer.* 4. Eſcobar *Theolog. moral. tr.* 7. *exam.* 9. *cap.* 9. *verſ. Septimo dixiſti*. Et ex generali conſuetudine factum eſt, 336
ut nulla ſit culpa Matrimonium contrahere cum Impedimentis impedientibus, præter Votum, Sponſalia, & Interdictum Eccleſiæ; Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 19. *num.* 9. & ob nullum Inceſtum petatur diſpenſatio, nec à 337
Papa, nec ab Epiſcopo; Navarrus *in Manuali cap.* 22. *num.* 75. & *lib.* 4. *conſil. titulo de conſ. & affinit. conſ.* 1. *in* 1. *edit.* Sanchez *libr.* 7. *d. diſp.* 17. *à num.* 4. & latius *num.* 9. Pontius *lib.* 8. *cap.* 13. *numer.* 12. Diana *part.* 8. *tr.* 3. *reſol.* 81. Reginald. *l.* 31. *cap.* 27. *n.* 201. Leſſius *de Juſt. d. dub.* 11. *in fine*; Gutierez *loc. citat. num.* 22. Coninck & Averſa *ll. cc.* & alii plures à prædictis citati.

Et quod neceſſaria non ſit expreſſio Impedimen- 338
ti tantum impedientis in impetratione diſpenſationis ſuper alio dirimenti, noviſſime docet Marcus Paulus Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ part.* 2. *formula de ſecundo ex actu fornicario de contracto*, *verſ. Quæ omnia*, *pag. mihi* 267. ubi expreſſe affirmat non eſſe neceſſariam, ad validitatem Matrimonii, Diſpenſationem ſuper Impedimento non dirimenti, nec illius taciturnitatem vitiare Diſpenſationem; quia Diſpenſationes ideo obtinentur, ut illud valide fiat, 339
quod ſine illis, ſi fieret, eſſet invalidum; Cum ergo hoc crimen, quatenus eſſet Impedimentum, alia 340
via, quam Diſpenſationis, tolli poſſit, non eſt neceſſario facienda mentio de eo in diſpenſatione ſuper conſanguinitate, vel affinitate; Ita expreſſis verbis, docent etiam Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 23. *numer.* 6. Bonacina *de leg. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 9. *numer.* 1. *verſ. Prima eſt*; Laymanus *Theolog. moral. libr.* 1. *tract.* 4. *capit.* 22. *numer.* 19. *verſ. Sexto*, *qui petit*; maxime cum ſint diverſa ab eis, ſuper quibus petitur Diſpenſatio; Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 22. *numer.* 5. *in fine*. Unde cum Inceſtus ſit Impedimentum di- 341
verſum à conſanguinitate, & affinitate; Rodriquez *in Summa*, *tom.* 1. *capit.* 237. *numer.* 5. & nos diximus ſupra, non eſt de eo facienda mentio, ut bene Rota *in noviſſimis dec.* 7. *numer.* 16. & 17. coram Coccino.

Nec dicatur, quod ex Inceſtu contrahatur Impedimentum affinitatis, Matrimonium contrahendum impediens, & contractum dirimens. Cap. *Diſcretionem* 6. *de eo*, *qui cognovit Conſanguineam Uxoris ſuæ*; *cap. Extraordinaria* 11. *cauſa* 35. *quæſt.* 3. *Gloſſa recepta in arbore affinitatis*: quia reſpondetur cum Gutierez *Can. QQ. lib.* 1. *capit.* 15. *numer.* 10. quod antiquo tempore hoc Impedimentum oriebatur quidem 342
ex Copula illicita, habita inter Conſanguineos Viri, vel Uxoris, intra quartum Gradum, *ut in capit.* 2. & *cap. non debet* 8. *de Conſ. & Affinit.* non tamen contrahebatur inter ipſolmet Copulam habentes, qui fuerant principium Affinitatis, ut patet ex his, quæ docent Sylveſter *verbo matrimonium* 8. *Impedimento* 15. Gabriel Palæot. *de Noth. & Spur. cap.* 7. *numer.* 4. & 5. *Speculum conjug. part.* 1. *art.* 47. Ferdinandus de Loazez *de matrim. dub.* 1. & *dub.* 15. relati à d. Gu- 343
tierez *loc. cit.* hodie tamen hoc Impedimentum, ex fornicatione contractum, ad ſecundum Gradum eſt à

Con-

Concilio Tridentino reſtrictum, *ut ſeſſ. 24. c. 4. de Reform. Matrimonii;* adeo ut in ulterioribus Gradibus non ſit illicitum Matrimonium contrahere, ut habetur in Motu proprio Pii Quinti anni 1566.

Minus obſtat tertium fundamentum, ſuper quo potiſſimum contraria opinio fundatur, nempe quod ſtylus Curiæ hujuſmodi Copulæ expreſſionem in Diſpenſatione petenda exigat; primo, quia hic ſty-
344 lus, cum ſit quid facti, eget probatione, Cævallos *QQ. comm. contra comm. quæſt. 737. nu. 24.* Rota coram Pænia *deciſ. 66. num. 3.* Mantica *deciſ. 8. n. 4.* & dato etiam, quod probaretur, adhuc non inducit
345 neceſſitatem aliis Judicibus, & Tribunalibus extra Curiam illum ſervandi, nec illum ſequendi, niſi hujuſmodi ſtylus ſit ſcriptus, probatus, notorius, & ſpeciali Deciſione, ac Declaratione Pontificis confirmatus, ut docent Cævall. *d. quæſt. 737. numer. 21.* Ferrettus *conſ. 48. num. 19. vol. 1.* Gratianus *diſcept. forenſ tom. 2. cap. 236. nu. 29.* Nicolaus Boerius *conſ.*
346 *8. nu. 13.* cum maxime variabilis ſit, itaut ad mutationem Papæ, & Auditorum varietur, ut animadvertunt Boerius *nu. 14* & Cævallos *num. 22. ll. cc.* Hoſtienſis *in Summa num. 4. in Proœmio*, *Gomeſius ad Reg. Cancell. Reg. de Trienn. Poſſeſſ. quæſt. 53. circa finem*, Ferretus *l. c.* quod idem confirmant Sta-
347 phil. Mandoſ. & alii penes ipſum Cævallos *l. c.* unde dictum ſtylum modo album, modo nigrum, dicunt Pariſ. *de Reſignat. lib. 3. quæſt. 6. num. 24.* Caſſador. *deciſ. 7. num. 4. de reſcript. & deciſ. 13. de præbend. circa finem*, Gomeſ. & Cævall. *ll. cc.* quapropter pro
348 ſtylo accipi debere Juris interpretationem, docent Melch. Lotther. *de re benef. in Apparatu numer. 74.* Secundo, quia hic ſtylus, circa dictam obligationem exprimendi Copulam, non ſolum non fuit hucuſque confirmatus ſpeciali declaratione Papæ, de qua publice, & authentice conſtet, ſed nec de eo conſtare poteſt, quoad omnes Inceſtuoſos Diſpenſationem petentes ad contrahendum; quis enim ſcit (ut ait Averſa *dict. quæſt. 19. ſect. 6.*) quot Conſanguinei, & Affines Diſpenſationem petant ad contrahendum, & exequutionem ab Ordinario accipiant, præhabita inter ſe Copula, nullaque de ea facta mentione in hujuſmodi Diſpenſationis impe-
349 trationem? Hæc namque Copula, ut ponderant Diana *part. 4. tract. 4. reſol. 135.* & Trullenck *d. dub. 5. numer. 7.* de Conſilio Virorum Doctorum non ſemper exprimitur, quamvis aliquando de conſilio aliorum, contrariæ opinioni adhærentium, exprimatur; Illi autem, qui dictam Copulam exprimunt in Diſpenſatione petenda, id faciunt, vel quia aliam innocentem cauſam non habent pro Diſpenſatione, maxime in gradibus propinquioribus, ubi urgentiores cauſæ requiruntur, vel quia, cum pauperes ſint, nec poſſint Diſpenſationem in for-
350 ma ordinaria impetrare, illam petunt in forma *Pauperum* (quæ ob nullam aliam cauſam concedi ſolet, quam ad ſuccurrendum honori Mulieris, & ſcandala, quæ propterea timentur, evitanda) vel quia opinioni contrariæ adhærent, vel ad majorem cautelam; non tamen ob id legem faciunt, ut be-
351 ne docet idem Averſa *l. c.* & faciunt dicta per Pontium *d. num. 33.* & Gratianum *diſcept. forenſ. c. 752. num. 87.*

Et quidem de hoc ſtylo, an forte eſſet, Henriquez, & Sà, qui Romæ ſcripſerunt, nullam mentionem faciunt, ut bene animadvertit Diana *part. 8. tract. 3. d. reſ. 81.* & Navarrus, qui longo tempore in Alma Urbe commoratus fuit, ibique centeſimum explevit ſuæ ætatis annum, teſtatur *in Summa c. 22. n. 75.* ſe nunquam vidiſſe, nec audiſſe, Inceſtuoſos petere Diſpenſationem ad contrahendum; & tamen affirmat Pyrrhus Corradus *in Praxi Diſpenſ. Apoſt. lib. 7. cap. 4. nu. 72.* dictum Navarrum fuiſſe unum
352 ex Conſultoribus Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ: unde præſumi poteſt, quod, ſi dictus ſtylus viguiſſet, de eo mentionem feciſſet.

Quod ſi rem diligenter conſideremus, certum eſt
353 de ſtylo Romanæ Curiæ ex pluribus, & diverſis cauſis Diſpenſationes Matrimoniales concedi; exempli gratia, propter anguſtiam loci, defectum dotis Oratricis, ſedationem inimicitiarum, extinctionem litium, honoris Oratricis reparationem, ſcandalorumque evitationem, meritorum remunerationem, ætatem Oratricis, & plures alias cauſas, quas toto Libro tertio adnotabimus, & pro ſingulis cauſis ſua peculiaris formula adaptatur, & in Reſcripto apponitur; ex his tamen cauſis, ſi plures concurrant, optio datur omnibus, ut quam maluerint, explicent, dummodo hæc talis ſit, ut ſoleat ob illam Diſpenſatio concedi; unde ſi Oratores ex humana fragilitate habuerint inter ſe Copulam, vel ſuſpectam converſationem, ex qua ſuſpicio ipſius Copulæ orta ſit, & conſequenter inſurgat diffamatio Mulieris, & pericula, ut innupta remaneat, graviaque ſcandala exinde veriſimiliter timeantur, & prædicta adducere in cauſam Diſpenſationis eligant, non conſequitur, quod ſi aliam innocentem cauſam haberent pro impetratione Diſpenſationis ſufficientem, tenerentur neceſſario de Copula mentionem facere, & dicta cauſa reparationis honoris Oratricis, & ſcandalorum evitationis uti; quia, ut diximus, optionem habent, quam maluerint cauſam exprimendi, & cum nullibi reperiatur id prohibitum eſſe, cenſetur permiſſum, ut docent Doctores, quos ſupra retulimus.

Nec denique obſtant aſſertæ declarationes Sacræ Congregationis, quæ à nonnullis Doctoribus pro contraria opinione referuntur; omiſſa etenim nunc quæſtione, an declarationes iſtæ ſint deciſivæ, vel 354
doctrinales, de qua re ſunt opiniones, ut videre eſt penes Sanchez *lib. 8. diſp. 2. num. 10.* Bonac. *de leg. diſp. 1. quæſt. 1. puncto 8. num. 4.* Diana *tract. 10. reſol. 29. & part. 5. tract. 2. reſol. 12.* Pontium *de matrim. lib. 5. c. 13. §. 2. numer. 7.* Barboſa *de jur. Eccl. univ. l. 1. c. 4. numer. 83.* Carolum Maranta *in controverſis I. V. Reſp. reſp. 99. num. 43. part. 45.* Joannem Angelum Boſſium *de triplici Jubilæi privileg. ſect. 3. caſu 2. §. 7. de elect. Confeſſarii à numer. 223.*
Dico primum; Aſſertas declarationes, non proba- 355
re, nec de eis curandum eſſe, cum non conſtet de illis authentice, nec concurrant requiſita neceſſaria, ad hoc, ut in utroque foro obligent, & tanquam leges ſervandæ ſint; vide Sanchez *d. numer. 10. circa finem.* Diana *part. 5. tr. 2. reſol. 96.* Reſponſa Marantæ *reſp. 80. numer. 34. d. part. 4.* ſi etenim
de iis declarationibus loquamur, quæ ad inſtantiam 356
partium, in aliquo peculiari caſu, emanant, docent Joannes Valerus *in differ. utr. fori verbo Abſolutio, differ. 1. numer. 20. verſ. Sed obſerva*, Joan. Baptiſta Lezana *in Summa tom. 3. verbo Congregat. numer. 8.* & Joan. Angelus Boſſius *numer. 225. l. c.* adhuc non ſufficere, ad hoc, ut vere obligent in utroque foro, quamvis vere emanaverint, ſintque ſigillo Sacræ Congregationis ſignatæ; ſed inſuper, ex uſu Curiæ, requiri vel quod Papa det Breve, quo jubeat illas ſervari, vel quod D. Auditor Cameræ Apoſtolicæ, in earum exequutionem, det Monitorium, ſeu ſub Cenſura mandet ſervari; quod idem confirmat Garcia *in Præfatione ſui tr. de Benef.* Et propterea ſtylus Curiæ ita ſe habet teſte dicto Valero *loc. c.* ut partes, ſi dictas declarationes impetrantes, velint ad illarum obſervantiam aliquas perſonas adſtringere, præſentent ipſas declarationes originales authenticas, & clauſas ipſi D. Auditori, ut illas obſervari faciat; & tunc d. D. Auditor dat ſuas Literas, ſeu Monitorium ſub Excommunicationis pœna, inſerens in eo præfatas declarationes, & mandat iis, quos ſupplicans nominat, ut illis, tanquam Literis Apoſtolicis, omnino obediant; & ſic ſe practicaſſe, contra Canonicos Eccleſiæ Segobienſis, teſtatur dictus Joannes Valerus *loc. cit.* Dicto tamen caſu docent præcitati Doctores, dictas declarationes eos tantum obligare, quibus authentice modo prædicto notificantur: Unde hujuſmodi declarationes, quamvis authenticæ, non faciunt generale Jus, ſed ſolum deſerviunt pro illis caſibus in quibus dantur; Rota coram Durano *dec. 137. numer. 6. part. 1.* Rota *in noviſſimis dec. 154. num. 5.* coram Durano; Thomas Hurtado *tr. varii part. 2. tr. 3. c. 6. reſol. 45. n. 355.* Franciſcus Merolla

tom. 2. disp. 4. c. 4. dub. 12. num. 174. quia, ut be-
358 ne dictus Merolla ait, si Pontifex vellet eas esse universales, & infallibiles Leges omnino recipiendas, typis mandari, & per universum Orbem publicari juberet, & tanquam communes operandi Regulæ proponerentur, vel in corpore Juris insererentur; & propterea, cum factæ sint in illo particulari casu,
359 non faciunt Jus universale, ut diximus: Imo nec ipsemet Princeps, dans responsum in aliqua particulari causa, fungitur munere Principis toti Reipublicæ Jusdicentis in causa particulari, in qua potest judicare secundum propriam opinionem; ergo nec statim Legem generalem constituit, ut animadvertit idem Merolla *l. c.*

360 Quod si agamus de aliis declarationibus, quæ non fiunt ad instantiam Partis, adhuc necesse est, ut de illis constet authentice, ut videri possit, an concurrant requisita, quæ ad hoc, ut in utroque foro generali obligent, necessaria sunt, ex Bullis Sixti V. Gregorii XIII. & Urbani VIII. Summorum Pontificum, quæ requisita referunt Diana *part. 5. tr. 2. d. resol. 96.* & Thomas Hurtado *d. resol. 45. num. 355. & seqq.* Barbosa *de jure Eccl. univ. l. 1. c. 4. num. 82.* nempe:

Primò; Quod declarationes ipsæ factæ sint, consulto Pontifice.

Secundò; Quod Eminentiss. DD. Cardinales solum declarent, & interpretentur, non autem disponant, seu dispensent, vel restringant, aut amplient ultra vim verborum, aut regulas Juris.

Tertiò; Quod ipsæ declarationes exhibeantur in authentica forma, sintque munitæ solito Sigillo, & Subscriptione Eminentiss. D. Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejusdem Sacræ Congregationis.

Quartò; ut debeat de illis constare saltem notitia publica, qualis est illa, vel quam Episcopus in suo Episcopatu præbere potest, declarando, & publicando illas forma authentica, & juridica; vel quæ oriri potest ex fama publica, certa, & ex authentico principio derivata; quam eandem Doctrinam docent etiam Turreblanca, & alii, teste dicto Diana *loc. cit.*

361 Quia hæ declarationes cum sint, tanquam novæ Leges, ad hoc ut obligent, nova egent publicatione (quicquid in contrarium sentiant Garcia *de benef. in præfatione Tractatus*) ita expresse docent Bonacina *de Leg. disp. 1. quæst. 1. punct. 8. numer. 4. vers. Secunda pars*; Thomas Hurtado *d. resol. 45. n. 365.* Sanchez *lib. 8. disp. 2. num. 10. prope finem*; Lezana *l. c. num. 11.* Diana *part. 1. tract. 10. resol. 29.* Pontius *de matrim. l. 5. c. 13. §. 2. numer. 7.* Trullenck *tom. 3. l. 7. cap. 10. dub. 5. num. 9.* Layman. *l. 1. tr. 4. cap. 7. §. 7. numer. 26.* Pater Leo *in praxi Sacræ Pœnit. part. 2. formula 1. ex actu fornicario, verbo Matrimonium clandestinum, pag. mihi 204.* & faciunt dicta per Paris. *de resig. l. 11. quæst. 9. num. 4.* quia nec credi debet dictam Sacram Congregationem velle eas obligare, nisi legitime publicentur, nec sufficit quod de Decreto, seu Declaratione facta adsit fama, ad hoc ut obligent; quia sic non constat authentice, cum fama semper sit incerta, ut bene animadvertit Verricellius *de Missionib. Apostolicis quæst. 224. num. 6.*

362 Ex dictis infertur, quoad hujusmodi declarationes, nec posse, nec debere præstari fidem Doctoribus, qui illas in suis Tractatibus citant, ut passim faciunt Garcia, Franciscus Leo *in Thes.* Hermonsilla, Bellarminus, Barbosa, Possevinus, & alii; quia nisi authenticæ, ut supra exhibeantur, non probant, nec sunt attendendæ; Ita maxime disponente eadem Sacra Congregatione, per sua peculiaria Decreta de mandato expresso, & jussu tum Gregorii XV. sub die 6. Junii 1621. teste Carolo Maranta *in Controversiis U. jur.. Respons. resp. 99. numer. 44. part. 4.* tum Urbani VIII. teste Pyrrho Corrado *in praxi dispensat. apost. libr. 8. cap. 7. numer. 17.* sub die 2. Augusti 1633. quo tempore, cum multæ Declarationes per Tribunalia circumferrentur, & à Sacra Congregatione factæ assererentur, ex quibus multæ mendosæ, mutilatæ, & alteratæ essent, mandavit dicta Sacra Congregatio, de expresso ordine dicti Sanctiss. D. Urbani, ac expresse præcepit hujusmodi declarationibus impressis, & imprimendis, seu manuscriptis nullam fidem in Judicio, & extra à quoquam esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in Authentica forma, & cum solito Sigillo, & Subscriptione Eminentiss. D. Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejusdem Sacræ Congregationis exhiberentur; Quod idem Anno præcedenti 1632. sub die 11. Augusti decreverat, ac censuerat Sacra Congregatio super Ritibus Ecclesiasticis, quoad Declarationes ab ea factas, seu faciendas, ut ex ipsius Decreto videre est, de quo, inter alios, meminit Lezana *l. c. n. 5.* illudque ad verbum refert idem Pyrrhus Corrad. *l. c.* & est infrascripti tenoris. 363

Cum ad notitiam Sacræ Congregationis Sacrorum Rituum pervenerit, quamplures Declarationes, Decreta, seu Decisiones, sub nomine ejusdem Sacræ Congregationis, absque illius auctoritate impressas in libris, seu aliis operibus circumferri, & allegari, multasque ex Declarationibus, Decretis, seu Decisionibus, juxta contingentiam Casuum, illorumque qualitates, & circumstantias à se diversis temporibus factas, secundum ea, quæ proponebantur, fuisse alteratas, immutatas, diminutas, ac forsan alias mentito nomine Sacræ Congregationis confectas, nulloque propterea authentico Sigillo munitas, illasque per Tribunalia tam in Urbe, quam per Orbem circumferri, & allegari; Considerans eadem Sacra Rituum Congregatio, quantum detrimentum recipi possit, si aliqua fides adhibeatur, ex speciali Sanctiss. Dom. Nostri Urbani Divina Providentia Papæ VIII. jussu, mandat, & præcipit, hujusmodi Declarationibus, Decretis, seu Decisionibus, tam impressis, quam imprimendis, ac etiam manuscriptis nullam fidem in Judicio, vel extra esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in Authentica forma, solito Sigillo, & Subscriptione Eminentiss. Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint; In quorum fidem hæc propria manu subscripsimus, & Sigilli proprii Sacræ Rituum Congregationis impressione communiri, ac typis mandari jussimus.

Datum Romæ die 11. Augusti 1632.

C. Episcop. Portuens. Card. Pius.
Locus † Sigilli.
Julius Rospigliosus Secretarius.

Constat igitur, indubiumque est, hujusmodi De- 364
clarationes perinde, ac novas Leges, ad hoc ut obligent, & sint servandæ, debere authenticas exhiberi, novaque egere publicatione; Prout diversis temporibus, juxta causarum contingentiam, in Civitate, & Diœcesi Lucana nonnullas publicatas fuisse scimus, mediante notitia generaliter data ab Episcopo Lucano de Ordine S. Congregationis; Ita in specie de Anno 1637. dum huic Ecclesiæ præesset ille, clarissimum mundi Lumen, in Sacrum Collegium Apostolicum adscriptus, omnibusque christianæ Pietatis Virtutibus excultus, Eminentiss. D. Marcus Antonius Tit. S. Mariæ de Pace Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsbyt. Cardinalis Franciottus, publicata fuit Instructio à Sac. Congregatione universaliter transmissa, pro examinandis Testibus; super verificatione status liberi personarum, quæ in alienis Diœcesibus Matrimonia sunt contracturi; Ita insuper de Anno 1623. publicatum fuerat in eadem Civitate, & Diœcesi Decretum super celebrandis Missis, & erogatione eleemosynæ pro illis à Sacr. Congregatione emanatum; Et sic cum his casibus de hujusmodi Declarationibus, Rescriptis, seu Decisionibus, forma juridica, & authentica ac certa, publicaque notitia constet, & concurrant requisita ad illarum legitimitatem necessaria, dictæ Declarationes obligant, & servandæ sunt perinde, ac ab ipsomet Pontifice factæ fuissent, ut Sacra Congregatio Concilii respondit. Garcia *in Præfatione sui Tractatus de Benef.*

Animadvertas tamen cum Joanne Ægidio Tullenck *opere moral. tom. 3. lib. 7. cap. 10. dub. 5. numer. 9.*

Dia-

Diana *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 135. *& part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 81. Declarationes Sacræ Congregationis Concilii procedere ſolum pro foro externo, cum nunquam ſe ingerat in occultis, ut notum eſt, & teſtatur Pyrrhus Corrad. *in praxi diſp. Apoſt. lib.* 8. *capit. prim. numer.* 53.

Ex quibus ſic cumulatis ſatis ſuperque conſtat, non eſſe neceſſariam d. Copulæ expreſſionem in Diſpenſatione petenda ſuper Impedimento dirimenti, ſi Oratores aliam cauſam habeant, quæ moveat Pontificem ad Diſpenſationem concedendam; cum ipſius Copulæ taciturnitas Diſpenſationem intrinſece non afficiat, eamque non vitiet, ſitque res omnino ab ea diverſa, nec ullo Jure, Stylo, Conſuetudine, Concilio, Canone, Decreto, Regula, aut Conſtitutione exprimi præcipiatur; nec cum tali conditione concedatur Diſpenſatio, ut hujuſmodi Copulæ expreſſio neceſſaria ſit; Nec obſtant, quæ pro contraria opinione deducuntur, ut probavi, & propterea poterit Delegatus, pro utroque foro, cui in mandato non fuit commiſſa cognitio de Copula inter Oratores præhabita, Diſpenſationem exequi, non ſolum ſi dicta Copula ſit occulta, verum etiam ſi publica ſit, & dicto Delegato conſtet, vel ex depoſitione Teſtium examinatorum, pro verificatione precum Pontifici expoſitarum, vel ex ipſa Diſpenſandorum confeſſione, ſeu aliter, ut docet Cævallos *d. quæſt.* 737. *numer.* 24. quia cum non habeant in mandato de dicta Copula cognoſcere, nec aliqua Clauſula contineatur in Literis, quæ ad ejus cognitionem obliget, non debet Reſcripti fines egredi, ſed tenetur tantum præciſe exequi quantum in ipſo mandato habet expreſſum. Et ita, ſalva declaratione Sedis Apoſtolicæ, in hac quæſtione concludendum exiſtimo.

CAPUT V.

De his, quibus, de ſtylo Curiæ, Matrimoniales Diſpenſationes dirigi ſolent.

SUMMARIUM.

1 *Commiſſiones Diſpenſationum, ſi extra Curiam fiant, locorum Ordinariis demandantur.*
2 *Nomine Ordinarii venit, non ſolum Epiſcopus, ſed etiam Vicarius Generalis.*
3 *Vicariis Prælatorum inferiorum, Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentium, non committitur.*
4 *Dicti Vicarii vere non ſunt in Dignitate Eccleſiaſtica, nec eorum Officium æquiparatur Dignitati.*
5 *Excipitur Vicarius Abbatis Montis Caſſinenſis.*
6 *Ad illos Inferiores Prælatos ſunt dirigendæ, qui Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercent, & nullius ſunt Diœceſis.*
7 *Eo ipſo, quod quis habet Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, videtur habere Jus congregandi Synodum.*
8 *Intellige tamen, niſi aliud ſit in contrarium.*
9 *Canonici Cathedralis æquiparantur Dignitatibus.*
10 *Improprie dicuntur Dignitates, & faciunt unum corpus cum Epiſcopo, & dicuntur Clerici primi Gradus.*
11 *Dum Capitulariter ſunt congregati, præcedunt etiam Abbatibus, habentibus uſum Mitræ, & Baculi.*
12 *Poſſunt eſſe Conſervatores Mendicantium.*
13 *Dicuntur Fratres Epiſcopi, itaut ipſi ſoli recipiant Epiſcopum ad oſculum.*
14 *Brevia directa conſtitutis in Dignitate poſſunt expediri per Canonicos Cathedralis.*
15 *Matrimoniales Diſpenſationes Canonicis Cathedralis non committuntur.*
16 *Sede Epiſcopali vacante, non committuntur Vicario Capituli.*
17 *Vicarius Capituli, Sede Epiſcopali vacante, vere eſt Ordinarius, eaque Juriſdictione gaudet, qua Vicarius Epiſcopi.*
18 *Vicarius Capituli poteſt executioni demandare literas directas Epiſcopo per Sacram Congregationem, & ab illo non exequutas.*
19 *Vicarius Capituli poteſt exequi omne id, quod Epiſcopo mortuo, per Bullam, ſeu Breve, in cauſis Juriſdictionem importantibus, fuerit conceſſum.*
20 *Vicarius Capituli poteſt perinde, ac Vicarius Epiſcopi, eſſe Exequutor Gratiarum, & Literarum Apoſtolicarum, tanquam in Dignitate conſtitutus.*
21 *Vicarius Generalis, quoad Matrimoniales Diſpenſationes exequendas, non dicitur Ordinarius.*
22 *Sede Epiſcopali vacante, Diſpenſationes committuntur Ordinario viciniori.*
23 *Quid ſi in vita Epiſcopi commiſſæ fuiſſent Diſpenſationes Vicario Epiſcopi, & ipſe exequi cæpiſſet, ſed non potuiſſet ante obitum Epiſcopi perficere.*
24 *Quid ſi idem Vicarius Capituli, fuiſſet etiam Vicarius Epiſcopi mortui.*
25 *Statim mortuo Epiſcopo expirat omnis auctoritas ſui Vicarii, & Capitulum ſuccedit in ordinaria Juriſdictione.*
26 *Vicarius Capitularis non dicitur proprie Vicarius Epiſcopi, ſed Juriſdictionis Epiſcopalis, & ordinariæ, quam habet à Capitulo.*
27 *Vicarius Capitularis non ſuccedit in Juriſdictione delegata, quæ non eſt in Epiſcopo, & eo minus in ejus Vicario.*
28 *Sede Epiſcopali Lucana vacante, omnes Diſpenſationes Matrimoniales fuerunt commiſſæ ordinario Piſano, uti viciniori.*
29 *Illuſtriſſim. D. Joan. Baptiſta Raynoldi Epiſcopus Lucanus laudatur.*
30 *Si vivente Epiſcopo, ſint ejus Vicario commiſſæ aliquæ Diſpenſationes exequendæ, quid agendum.*
31 *Vicario ſucceſſori non erit opus iterum præſentare Literas, quæ ejus anteceſſori jam præſentatæ fuerunt.*
32 *Dignitas per mutationem perſonæ non alteratur, nec mutatur.*
33 *Epiſcopus noviter electus, quamvis non fuiſſet adhuc conſecratus, ſi confirmatus ſit, poterit Vicarium eligere.*
34 *Quid ſi Diſpenſandi nolint expectare electionem novi Vicarii.*
35 *Formula Supplicationis porrigendæ pro mutatione Judicis.*
36 *Dicta mutatio Judicis fit, tam ſi Vicarius Epiſcopi præmortui cæpiſſet cauſam cognoſcere, quam ſi res eſſet adhuc integra.*
37 *Quid ſi facta fuiſſet mutatio Judicis, & electus eſſet novus Epiſcopus, à quo vellent Oratores diſpenſari.*
38 *Quid ſi proprius Ordinarius Oratorum longe diſtaret, nec Vicarium conſtituiſſet, vel eſſet ſuſpenſus, & eſſet deputatus in ea Eccleſia Vicarius Apoſtolicus.*
39 *Mortuo Epiſcopo ſtatim expirat Juriſdictio Vicarii.*
40 *Si mors Epiſcopi ignoretur, valent geſta per Vicarium.*
41 *Ob publicam utilitatem, ſi ex parte officialis interveniat Titulus putativus, & ex parte Populi communis error, acta ſuſtinentur; Jura ſupplent Juriſdictionem; & communis error facit Legem.*
42 *Quid ſi Vicarius ſit ab Epiſcopo abſente revocatus, & talis revocatio ignoretur.*
43 *Quid ſi ab ipſo ſolo Vicario talis revocatio ſciatur.*
44 *Quid ſi Delegatus eſſet intruſus, nec haberet titulum, ſaltem putativum, a Superiore conceſſum.*
45 *Quid ſi peteretur committi Diſpenſationem alicui ex Prælatis Inferioribus, qui non ſit in poſſeſſione, ut illi hæ Commiſſiones dirigantur.*
46 *Qui ſint Prælati Epiſcopo inferiores, quibus de ſtylo hæ Commiſſiones diriguntur.*

47 *Aliquando conceditur facultas dispensandi nonnullis Ministris Religionum.*
48 *Quid si Dispensatio expediri debeat in ipsa Alma Urbe.*
49 *Quid si Oratores sint nullius Diœcesis, Episcopalis Sedes vicinior vacet.*
50 *Quomodo computetur vicinitas.*
51 *Quid si inter Ordinarios lis pendeat indecisa super Jurisdictione loci.*
52 *Quid si proprius Ordinarius, cui Literæ directæ fuerunt, dispensare recuset.*
53 *Quid si proprius Ordinarius, ut suspectus, recusetur.*
54 *Nunquam de stylo Curiæ dispensationes committuntur Episcopo, sive ejus Vicario, sed vel ipsi Episcopo, vel ipsi Vicario.*
55 *Si Vicarius sit delegatus non potest Episcopus se in ea causa ingerere, etiam ipso Vicario mortuo, vel absente, seu ab Officio remoto.*
56 *Si Vicarius mortuus sit, vel ab Officio remotus, debebunt Literæ per successorem in Vicariatu exequutioni demandari.*
57 *Quando Papa in Commissione non exprimit nomen Vicarii, respicit Tribunal, & hujusmodi Commissio est realis, quæ transit ad successorem.*
58 *Quid si in Literis fuisset expressum nomen Vicarii, & Tribunal.*
59 *Quando delegatio est personalis, si delegatus amittat Dignitatem, adhuc delegatus remanebit.*
60 *Commissiones factæ Legatis, etiam à latere, sub nomine Dignitatis, non transeunt ad successorem.*
61 *Vicarius Episcopi adhuc non consecrati, sed solum confirmati, poterit Dispensationes exequi.*
62 *Vicarius non potest se ingerere in causa delegata Episcopo.*
63 *Mandatum non potest extendi ad causas in futurum delegandas.*
64 *Jurisdictio, quæ nec actu, nec habitu competit, non potest subdelegari.*
65 *Delegatus, sive sit Episcopus, sive Vicarius, non potest subdelegare ipsam Dispensationem, quæ est nudum ministerium.*
66 *Vicarius, cui commissa fuit Dispensatio, si fuisset Electus Episcopus illius Diœcesis, adhuc non poterit Dispensationem exequi, sed debebit exequi per successorem in Vicariatu.*
67 *Episcopus, & Vicarius constituunt unum Tribunal.*
68 *Habentur pro unica persona, & unico corpore.*
69 *Inter ipsos non datur medium.*
70 *Si aliquo casu speciali facta fuisset Commissio Episcopo, vel ejus Vicario, tunc facta præsentatione uni ex eis, non potest alter se intromittere.*
71 *Quid si Episcopus plures Vicarios Generales constituisset.*
72 *Episcopus potest plures Vicarios constituere, itaut unus non dependeat ab altero, & quod sint insolidum, vel ut unus sit principalior.*
73 *Non attenditur generalitas loci, sed commissio causarum.*
74 *Nomen Dignitatis absolutè prolatum, stat pro principali.*
75 *Quid si Episcopus constituisset plures Vicarios æque principales, & in rescripto Pontificis nullus sit designatus.*
76 *Facta præsentatione uni ex dictis Vicariis, non possunt alii se ingerere, nisi primus sit impeditus, quamvis etiam primo dictus Vicarius consentiret.*
77 *Non potest ita dividi causa, ut unus Vicarius Dispensationem, & alter Legitimationem exequantur.*
78 *In locis, maxime ultramontanis, Vicarii appellantur Officiales.*
79 *Verba, Vicarius, & Officialis, sunt Synonima.*
80 *Quamvis Episcopus esset aliqua causa excommunicatus, vel suspensus, adhuc poterit ejus Vicarius exequi.*
81 *Immo in d. casu poterit d. Vicarius Matrimoniis assistere.*
82 *Quid agendum, si Exequutor pronunciet Literas non esse exequendas, sed esse subreptitias; vel è contra, credens Dispensationem fore legitimam, dispenset, & postea inveniat se deceptum.*
83 *Non potest Episcopus Vicarium specialem constituere, ut de aliqua particulari delegatione cognoscat.*
84 *Vicarius Generalis substitutus à Vicario Generali potest Dispensationes exequi, si hic facultatem substituendi habeat.*
85 *Quid si Episcopus haberet duas Diœceses, & constitueret Vicarium Generalem in una.*

DIspensationum Commissiones, si extra Curiam fiant, Locorum Ordinariis demandari nulli dubium esse potest. Idque non solum ex Constitutione Pii V. super Reformatione Officii Sacræ Pœnitentiariæ emanata, verum etiam ex dispositione Sacrosancti Tridentini Concilii *sess. 22. de Reformat. capit. 5.* decernitur, & ex quotidiana Praxi confirmatur. 1

Nomine Ordinarii venit, non solum Episcopus, 2
sed & ejus Vicarius Generalis; Rota coram Merlino *dec. 693. num. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 29. num. 3.* Garcia *de benef. part. 5. cap. 8. n. 21.* Sbrozius *de offic. Vicarii lib. 2. quæst. 55. num. 9.* Paris. *de resignat. l. 3. quæst. 11. num. 22. & 23.* Rubertus Maranta *in Speculo aureo part. 4. dist. 5. num. 12. & 13.* dixi de Vicario Generali, quia Vicarii Foranei non comprehenduntur sub nomine Ordinarii, nec faciunt unum, & idem Tribunal cum Episcopo, ut bene Sanchez *l. 3. disp. 29. num. 20.* Pontius *l. 5. cap. 11. num. 12.* & propterea non potest esse Delegatus Apostolicus, nisi ex certa scientia Papæ delegetur; Garcia *de benef. part. 8. cap. 8. num. 29.* Barbosa *de Jure Eccl. Univ. l. 1. cap. 15. num. 28.* Sbrozius *de offic. Vicarii l. 2. qu. 13. n. 9. 10.*

Difficultas est, an aliis Prælatis Inferioribus, vel 3
saltem iis, qui Jurisdictionem quasi Episcopalem exercent, eorumque Vicariis Generalibus demandentur. Et quidem, quoad Vicarios istorum Prælatorum Inferiorum, Jurisdictionem quasi Episcopalem habentium, respondetur negative, quicquid concedat Sanchez *l. 8. disp. 27. n. 34.* cum hi Vicarii in Dignitate Ecclesiastica non sint, nec eorum officium æquiparetur; Garcia *de benef. part. 9. c. 2. §. 1. num. 147.* Barbosa *de Jure Eccl. univ. d. cap. 15. num. 29.* Sbrozius *d. qu. 23. num. 8.* & sic servare stylum Curiæ, testatur Pyrrhus Corrad. *in praxi disp. Apost. l. 7. c. 4. nu. 57.* ubi etiam asserit sic fuisse à Congregatione decisum; excipit tamen dictus Pyrrhus *nu. 62.* Vicarium Abbatis Montis Cassinens. quem asserit esse in possessione, ut sibi hæ Commissiones dirigantur, ex Indulto speciali Sixti V. 4 5

Unde ad illos solos Inferiores Prælatos esse diri- 6
gendas, qui Jurisdictionem quasi Episcopalem exercent, & nullius Diœcesis sunt; docent Seraphinus *dec. 1052. num. 1.* Cocc. *dec. 346. nu. 7.* Rota *in Novissimis dec. 45. num. 4. coram Merlino*, & sic fuisse à Sacra Congregatione decisum de Anno 1593. in una Prioratus de Velez Ordinis S. Jacobi, testatur idem Garcia *num. 142. l. c.* ubi refert verba dictæ Decisionis, nempe, *Sacra Congregatio censuit, Dispensationes Matrimoniales, & alias quascumque quæ subditis Inferiorum Episcopis à Sede Apostolica conceduntur, si eas extra Romanam Curiam committi contigerit, & illi Inferiores nullius Diœcesis existant, & Jurisdictionem quasi Episcopalem habeant, eisdem Inferioribus, non autem vicinioribus Episcopis, esse committendas. Hieronymus Cardinalis Matthæus.*

Addunt nonnulli, ultra prædictas, aliam qualita- 7
tem requiri, nempe Jus congregandi Synodum, ad hoc, ut Inferior Prælatus sit hujusmodi Commissionum capax; sed hoc parum refert, quia eo ipso, quod quis habeat Jurisdictionem quasi Episcopalem, habere videtur Jus congregandi Synodum, cum id sit Jus Episcopale, ut colligitur *cap. Conquerente 16. de officio Ordinarii*, & docet d. Garcia *l. c. num. 139.* Intellige tamen, nisi aliud sit in contrarium, ut idem Garcia 8
bene animadvertit.

Cæte-

9 Cæterum quamvis Canonici Cathedralis, quoad Delegationes eis factas, æquiparentur Dignitatibus; *cap. Statutum* 11. *de rescriptis in* 6. Genuens. *in praxi, cap. 69. nu.* 10. Lotherius *de re benef. lib.* 3. *qu.* 5. 10 *numer.* 8. imo improprie dicantur Dignitates; idem Lotherius *num.* 9. *loc. cit.* & sint in magno honore, cum faciunt unum Corpus cum Episcopo, *capitulo Cum Clerici* 19. *de verb. signif.* Genuens. & Lotherius *ll. cc.* & dicantur Clerici primi Gradus; Lotherius 11 *num.* 6. & Genuens. *ll. cc.* & in Processionibus, ac Sessionibus, dum sunt congregati, præcedant etiam Abbatibus usum Mitræ, & Baculi habentibus; Genuens. *l. c.* & alii Clerici Diœcesis tenentur præstare obedientiam Episcopo, & Capitulo Cathedralis *d. capit. Cum Clerici de verb. signific.* & possint ipsi Cano- 12 nici esse Mendicantium Conservatores, ut in compendio Privilegiorum Mendicantium, verbo *Conser-* 13 *vatores*, & dicuntur Fratres Episcopi, itaut ipsi soli recipiant Episcopum ad osculum *cap. Dilectus* 25. *de præb.* & dicantur Coadjutores, Consiliarii, Senatus, & Membra Episcopi; Genuens. *l. c.* Piasæcius *in praxi Episc. part.* 2. *cap.* 4. *numer.* 8. unde dum ab Urbe 14 Brevia committuntur, directa constitutis in Dignitate, possint per hujusmodi Canonicos expediri, *Glossa in l. vel Universorum ff. de pignoratitia actione*; Genuens. *l. c.*

15 Nihilominus (quicquid circa alia dicendum sit) Matrimoniales Dispensationes eis non committuntur, cum hæ solis locorum Ordinariis, & Prælatis, prædictas conditiones, & qualitates habentibus, com- 16 mittantur de stylo, imo nec Sede Episcopali vacante, Vicario Generali ipsius Capituli committuntur hujusmodi Commissiones; Garcia *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 44. Sperellius *dec.* 31. *num.* 4. Squillantes *de privileg. Cleric. cap.* 2. *numer.* 200. Bonaccina *de Leg. disp. prim. quæst.* 3. *puncto* 8. §. *prim. num.* 7. Barbosa *de Can. & præb. cap.* 42. *numer.* 58. Quamvis 17 enim Vicarius Generalis Capituli, Sede Vacante, vere sit loci Ordinarius, eademque Jurisdictione gaudeat, qua Vicarius Episcopi, cum præsit Territorio, & à Jure habeat Jurisdictionem, prout habet Vicarius Episcopi; Franciscus Paccinus *de potestate Capituli Sede Vacante* 2. *part. principali quæst.* 10. *num.* 8. & 9. Garcia *part.* 5. *cap.* 8. *numer.* 22. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *d. disp.* 29. *num.* 4. Franciscus Leo *in Thes. fori Eccl. part. prim. titul. de Vicariis capit.* 10. 18 *num.* 8. Et licet etiam possit exequtioni demandare Literas per Sacram Congregationem Episcopo directas, & ab illo non exequtas, prout, sic fuisse à Sacra Congregatione declaratum; refert Pirrhus Corrad. *in praxi disp. Apost. lib.* 7. *cap.* 4. *numer.* 11. & 19 possit etiam exequi omne id, quod Episcopo mortuo, per Bullam, seu Breve, in causis Jurisdictionem importantibus, fuisset concessum: Pirrhus Cor- 20 rad. *l. c.* & possit ipse, perinde ac Vicarius Episcopi, esse Exequutor Gratiarum, & Literarum Apostolicarum, ranquam in Dignitate constitutus; Sbrozius *de offic. Vicarii lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 3. Sperel- 21 lius *dec.* 31. *num.* 5. non tamen, quoad Matrimoniales Dispensationes exequendas, dicitur Ordinarius, nec illa exequi potest; Hieronymus Cævallos *QQ. commun. contra comm. quæst.* 771. *num.* 9. Garcia *de benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 44. Paulus Squillantes *de privileg. Cler. cap.* 2. *num.* 200. Augustinus Barbosa *de Jure Eccl. univ. lib. prim. cap.* 32. *num.* 58. ubi allegat Decisiones Sacræ Congregationis, & Alex. Sperell. *dec.* 31. *num.* 2. ubi testatur se noluisse dispensare, cum esset Vicarius Capituli Regien. Ratio est, quia Papa non confidit de Vicario Capituli; unde, 22 Sede Episcopali vacante, illas committit exequendas Ordinario viciniori Oratorum; quo casu Literæ commissionis de stylo concipiuntur sub ista forma: *Discretioni tuæ, &c. Cum, ut dicti Oratores asserunt, Sedes Episcopalis N. ad præsens vacet, & Venerabilis Frater noster Episcopus N. vicinior Ordinarius, qui nunc vivat, existat, per Apostolica scripta* 23 *mandamus, quatenus, &c.* Et si in vita Episcopi Literæ Dispensationis directæ fuissent Vicario Episcopali, quamvis etiam ei jam præsentatæ fuissent, & ipse exequi cæpisset, sed non potuisset ante obitum sui Episcopi expedire, adhuc non poterit Vicarius Capituli se in Dispensatione ingerere, nec dictas Literas exequi, quamvis etiam ipsemet, vivente Episcopo, 24 fuisset ejus Vicarius Generalis, quia statim Episcopo mortuo expirat omnis auctoritas sui Vicarii, tam in 25 spirituali, quam in temporali Jurisdictione; & in Ordinaria Jurisdictione Episcopi succedit Capitulum; Graff. *dec. aur. part. prima lib.* 4. *cap.* 15. *numer.* 77. Franciscus Leo *l. c.* Ita etiam Doctores, quos infra citamus.

Et quidem Vicarius Capitularis proprie non dici- 26 tur Vicarius Episcopi, sed Jurisdictionis Episcopalis, & Ordinariæ, quam habet à Capitulo, nec succedit 27 in Jurisdictione delegata, quæ, cum non sit in ipso Capitulo, eo minus erit in ejus Vicario; Franciscus Leo *l. c. fallentia* 4. Pirrhus Corradus *in d. praxi libro* 7. *cap.* 4. *num.* 14. ubi *num.* 11. refert Paulum V. Summum Pontificem, non obstantibus pluribus, & reiteratis supplicibus precibus, sibi per Dominum Oratorem, Romæ, pro Majestate Catholica residentem, porrectis, denegasse Commissionem cujusdam Matrimonialis Dispensationis fieri cuidam Vicario Capitulari, imo illam Ordinario viciniori committi præcepisse; & ita se habet inconcussus, & notorius Curiæ stylus, de quo testatur idem Pirrhus *loc. cit.* 28 & de hoc nos Lucenses testes esse possumus, dum Ordinario Pisano, tanquam Viciniori, commissas fuisse scimus omnes Matrimoniales Dispensationes, quas in hac Civitate, & Diœcesi expediri contigit, vacante hac Episcopali Sede, per obitum Illustris. 29 & Reverendiss. D. Joannis Baptistæ Raynoldi, jucundissimæ memoriæ, qui in Episcopatus munere vigilantissimus, nihil non egit, ut verbo, exemplo, ac doctrina, tanquam virtutum Pastoralium cultor egregius, Ecclesiæ sibi commissæ prodesset; & ita se gessit, ut nulla in hac Civitate extiterit Domus, in qua mors ejus, tanquam optimi Pastoris, & amantissimi Patris, non fuerit acriter deplorata.

Eo itaque casu, quo, vivente Episcopo, com- 30 missæ fuerint ejus Vicario Generali aliquæ Dispensationes Matrimoniales exequendæ, si re integra, vel antequam exequutæ sint, Episcopus moriatur, debebunt Dispensandi, vel petere à Pontifice mutationem Judicis (& tunc Ordinario viciniori committentur) vel expectare donec à Vicario Episcopi noviter electi Literæ exequantur. Quo casu non erit opus 31 ipsi Vicario successori iterum præsentare Literas, si jam ejus Antecessori præsentatæ fuerint; Genuens. *in praxi Archiepiscopali cap.* 69. *numer.* 1. & *num.* 2. Alexander Sperell. *dec.* 166. *num.* 3. quia Dignitas per mu- 32 tationem personæ, non alteratur, nec immutatur, *cap. Si gratiose* 5. *de rescript. in* 6. Sperell. *loc. cit.* & quamvis Episcopus noviter electus, non fuisset ad- 33 huc consecratus, dummodo confirmatus sit, poterit Vicarium generalem eligere; Jacobus Sbrozius *de offic. Vicarii libr.* 2. *quæst.* 23. *numer.* 4. Pirrhus Corrad. *in dict. praxi dispensat. libr.* 7. *cap.* 4. *num.* 44. & si Vicarius, qui exequi debuisset Dispensationem, esset excommunicatus, non est excommunicatus ejus successor; Sbrozius *de offic. Vicarii libr.* 3. *quæst.* 19. *numer.* 1.

Quod si illi, qui Dispensatione egent, nolint ex- 34 pectare electionem novi Vicarii Episcopalis, poterunt petere mutationem novi Judicis (ut dixi) narrando Pontifici totum factum, prout se habet; & hujusmodi Supplicationis formula solet esse infrascripti tenoris.

Beatissime Pater; Alias S. V. pro parte Devoto- 35 *rum illius Oratorum N. Laici, & N. Mulieris, Lucanæ Diœcesis, ex loco de Corelia ortorum, expositio, dictam Mulierem in d. loco, ob illius angustiam, virum sibi non Consanguineum, vel Affinem paris conditionis, cui nubere posset, invenire nequire, cupereque Oratores præfatos invicem Matrimonialiter copulari, sed quia Tertio Consanguinitatis Gradu invicem erant, prout sunt conjuncti, desiderium eorum in ea parte adimplere non posse, absque Sedis Apostolicæ Dispensatione; quare pro eorundem Oratorum parte, eidem S. V. humiliter Supplicaro, quatenus eis in præmissis oppor-*

opportune providere de Benignitate Apoſtolica dignaretur ; Sanctitas Veſtra , precibus dictorum Oratorum , tunc inclinata , Vicario Epiſcopi in Spiritualibus Generali per ſuas Literas dedit in mandatis , quatenus , ſi preces veritate niti reperiret , cum eiſdem Oratoribus , quod Impedimento tertii Conſanguinitatis gradus hujuſmodi non obſtante Matrimonium inter ſeſe , publice , ſervata forma Concilii Tridentini , contrahere , illudque in facie Eccleſiæ ſolemnizare , & in eo poſtmodum remanere libere , & licite valerent , Apoſtolica auctoritate diſpenſaret , prolemque ſuſcipiendam exinde legitimam nunciaret , prout in dictis literis plenius continetur ; Cum autem P. S. Epiſcopus N. literis præfatis minime exequutioni demandatis , rebus fuerit humanis exemptus , & propterea Sedes Epiſcopalis N. adhuc paſtore careat ; Supplicant propterea humiliter ejuſdem S. V. Oratores præfati , quatenus , ne propter præmiſſa , dictarum literarum exequutio retardetur , ſpecialem ſibi Gratiam faciendo , Ordinario Viciniori , ſeu ejus Vicario in Spiritualibus Generali committere , & mandare , ut ipſe , poſtquam dictæ literæ ſibi , pro dictorum Oratorum parte præſentatæ fuerint , ad illarum exequutionem , ſervata alias earum forma , procedat in omnibus , & per omnia , perinde ac ſi illæ ſibi , & non præfato Vicario Epiſcopi N. à principio directæ fuiſſent , dignemini , de Gratia Speciali ; Non obſtantibus omnibus illis , quæ eadem S. V. in d. literis voluit non obſtare , cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis : Et cum abſolutione à cenſuris , &c. ad effectum , &c. & de Commiſſione , Mandato , aliiſque præmiſſis latiſſime extendendum ; & quod præmiſſorum omnium , & ſingulorum , aliorumque neceſſariorum major , & verior ſpecificatio , & expreſſio fieri poſſit , in literis per Officium Contradictarum expediendis . Et committatur Ordinario viciniori viventi , vel ejus Vicario in Spiritualibus Generali .

Et tunc committi ſolet ipſi Vicario viciniori , ut poſtquam dictæ Literæ ſibi pro parte dictorum Oratorum præſentatæ fuerint , ad illarum exequutionem , ſervata alias earum forma , procedat in omnibus , & per omnia , perinde , ac ſi illæ ſibi , & non præfato Vicario Epiſcopi N. à principio directæ fuiſſent :

36 & hic eſt notorius Curiæ ſtylus ; Quod idem ſervatur , tam ſi Vicarius Epiſcopi præmortui cæpiſſet cauſam cognoſcere , quam ſi res adhuc integra eſſet , ut diximus ; & teſtatur Pirrhus Corradus *loc. cit.*

37 *num.* 22. At ſi viceverſa , mortuo Epiſcopo , obtenta fuiſſet mutatio Judicis , & nondum illi præſentatis Literis , eligeretur novus Epiſcopus Diœceſis Oratorum , unde Oratores libentius à ſuo , quam ab extraneo Ordinario procedi cupiant , cum facilius illis ſit exhibere coram eo Informationes pro verificandis precibus ; poterit eo caſu nova Supplicatio porrigi Pontifici , & cauſa Ordinario Oratorum committi ; & tunc reſcribi ſolet , quod dictus Ordinarius ad priorum Literarum exequutionem procedat perinde , ac ſi eidem , non autem Ordinario viciniori à principio præſentatæ fuiſſent ; & ita de ſtylo ſervari teſtatur dictus Pirrhus Corradus *numer.* 25. *loc. citat.*

38 ubi etiam docet , idem ſervari eo caſu , quo proprius Ordinarius Oratorum , vel longe diſtaret tempore impetrati Reſcripti , & adhuc Vicarium non conſtituiſſet , vel eſſet dictus Ordinarius ſuſpenſus , & ob id , in ejus Eccleſia deputatus fuiſſet Vicarius Apoſtolicus ; quia tunc , vel Ordinario viciniori , vel ipſi Vicario Apoſtolico diſpenſationis exequutio committeretur .

39 Et quamvis , mortuo Epiſcopo , ſtatim expiret Juriſdictio Vicarii ; Sbrozius *de officio Vicarii l.* 3. *qu.* 44. *num. prim.* Paulus Squillante *de privileg. Clericor. cap.* 2. *num.* 85. Fragoſius *Regim. Chriſt. Reip. part. prim. l.* 4. *diſp.* 9. *num.* 76. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 30. *num.* 2. Sperellius *dec.* 30. *num.* 2. Pariſ. *de*

40 *Reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 24. *num.* 35. nihilominus , ſi mors Epiſcopi communiter ignoretur , valent geſta per ipſum Vicarium . Unde Diſpenſatio Matrimonialis ipſi Vicario commiſſa , & ab ipſo exequuta , valida erit , ſi , v. g. Epiſcopus in longinquis partibus tempore factæ , & exequutæ Diſpenſationis mortuus eſſet , at ejus mors communiter ignoraretur , quia ob publicam utilitatem , ſi ex parte Officialis interve- 41
nerit Titulus putativus , & ex parte Populi communis error , Acta ſuſtinentur , Jura ſupplent Juriſdictionem , & communis error facit legem , & pro veritate habetur *l. Barbarius Philippus de offic. prætoris* ; Sbrozius *de offic. Vicarii lib.* 3. *qu.* 36. *numer.* 9. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 22. *num.* 59. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancellar. Gloſſa* 15. §. 1. *numer.* 53. & *Gloſſa* 45. §. 2. *num.* 26. & §. *v. procem. numer.* 103. Alexander Sperell. *dec.* 30. *numer.* 5. Guttierez *de matrim. cap.* 68. *num.* 18. Merolla *tom.* 3. *diſp.* 7. *cap.* 4. *dub.* 26. *num.* 244. & *num.* 249. Leſſius *de juſt. lib.* 2. *capit.* 29. *dub.* 8. Flaminius Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *qu.* 1. *numer.* 13. Paulus Squillante *de privil. Cleric. cap.* 2. *numer.* 125. Auguſtinus Barboſa *de Jure Eccl. univ. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 44. Garcia *de benef.* Fragoſius *l. c. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 309. quod idem pro- 42
cedit etiam quando dictus Vicarius fuiſſet ab Epiſcopo abſente revocatus , & talis revocatio ignoraretur , quia non amittit Juriſdictionem , donec ab ipſo Epiſcopo de revocatione certioretur , Rebuff. *in praxi benef.* ubi de forma Vicariatus *num.* 212. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 30. *num.* 11. Sbrozius *de offic. Vicarii l.* 3. *qu.* 36. *numer.* 6. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 7. *qu.* 24. *à num.* 41. Garcia *de benef. d. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 174. Maſcard. *de probat. concl.* 648. *numer.* 74. imo valebunt geſta per ipſum Vicarium , quamvis re- 43
vocatum , licet ipſe ſolus conſcius ſit revocationis , ſi communis error adſit ; Sanchez *l.* 3. *diſp.* 22. *numer.* 11. Guttierez *loc. cit. nu.* 22. Joannes Valerus *diff. utr. fori , verbo Nullitas diff.* 7. *num.* 8. Fragoſius *l. c. numer.* 77. & faciunt dicta per Zerolam *in praxi Epiſc. verbo diſp.* §. 9. *verſ. Hic eſt dubium* . Aliter autem eſſet dicendum , ſi Delegatus eſſet intruſus , nec haberet 44
titulum , ſaltem putativum , à Superiore conceſſum , quia tunc , quamvis communis error adeſſet , nihilominus geſta per eum non valerent , ut bene docet Joannes Angelus Boſius *de triplici Jubil. ſect.* 3. *caſu* 2. §. 4. *num.* 155.

At ſi peteretur , Diſpenſationem committi *alicui* 45
ex Prælatis Inferioribus , qui non ſit in quaſi poſſeſſione , ut ei hujuſmodi Commiſſiones dirigantur , debet prius coram D. Datario docere de Requiſitis , & an illa , quæ habet , talia ſint , ut mereantur has Commiſſiones illi dirigi ; & ita ſervandum eſſe , cenſuit Sacra Congregatio ad inſtantiam Cardinalis Toletani teſte Garcia *loc. cit. num.* 143. Et propterea ſi hæ Commiſſiones fieri debeant iſtis Prælatis Inferioribus , petitur in Supplicatione Diſpenſationis , quatenus Sanctitas Sua committere dignetur Abbati N. nullius Diœceſis , Provinciæ N. particulare , & ſeparatum Territorium habenti , ac Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in dicto loco exercenti , etiamſi de illis perſonis non ſit , quibus ſimiles Cauſæ per Sedem Apoſtolicam committi conſueverint , eidemque mandare , ut cum eiſdem Oratoribus diſpenſet , & ſic de ſtylo , & ex pluribus Declarationibus Sacræ Congregationis , ſervari ; teſtatur Pirrh. Corrad. *loc. cit. num.* 60.

Prælati Epiſcopo inferiores , quibus de ſtylo hæ com- 46
miſſiones moderno tempore diriguntur , ſolent eſſe infraſcripti , teſte Pirrho Corrado *in d. praxi l.* 7. *c.* 4. *n.* 61. nempe .

Abbas Monaſterii S. Mariæ , Oppidi Pinaroli , Ordinis S. Benedicti , nullius Diœceſis , Provinciæ Taurinenſis ; ſicut enim in Chriſtiana Republica Epiſcopatus eſt omnium Eccleſiaſticarum Dignitatum culmen ; Lotherius *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 68. & alii , quos cap. ſequenti referimus ; ſic Abbatia eſt omnium Regularium Dignitatum caput ; Pirrhus Corrad. *loc. cit. numer.* 59. & propterea Abbates omnibus Prælatis Sæcularibus Epiſcopo Inferioribus præcedunt ; Lotherius *d. lib. prim. qu.* 17. *numer.* 11. cum Abbatum Dignitas ſit poſt Epiſcopalem immediata ; Auguſtin. Barboſa *de Jure Eccl. univerſ. lib. prim. capit.* 17. *num.* 1.

Abbas Monaſterii S. Chriſtophori Terræ Caſtri Durantis , Ordinis S. Benedicti , nullius Diœceſis , Provinciæ Urbinatenſis .

Abbas

Abbas Monaſterii SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias nuncupatus, Ordinis Ciſtercienſ. prope, ac extra Mœnia Urbis.

Abbas Monaſterii S. Sylveſtri, Terræ Nonantulæ, Ordinis S. Benedicti, nullius Diœceſis, provinciæ Ravennaten.

Abbas Monaſterii S. Salvatoris Majoris nuncupati, Ordinis S. Benedicti, in diſtrictu Urbis.

Abbas Monaſterii Montis Caſſinenſ. Ordinis S. Benedicti, nullius Diœceſi, Provinciæ Capuanæ.

Abbas Monaſterii Montis Virginis, Ordinis Sancti Benedicti, nullius Diœceſis, Provinciæ Beneventanæ.

Abbas Monaſterii Sanctiſs. Trinitatis Caven. Ordinis S. Benedicti nullius Diœceſis, Provinciæ Capuanæ.

Abbas Sæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri, Oppidi de Lerma, nullius Diœceſis, Provinciæ Burgenſ.

Abbas Monaſterii S. Mariæ Farſen. Ordinis S. Benedicti, nullius Diœceſis, in diſtrictu Urbis.

Præpoſitus Eccleſiæ B. Mariæ, Terræ Aſtini, nullius Diœceſis, Provinciæ Theatin.

Præpoſitus Piſcienſis, nullius Diœceſis, ex declaratione Sacræ Congregationis; teſte Garcia *loc. cit. numer.* 145. facta his verbis: *Præpoſito Piſcienſ. cui mandata eſt Juriſdictio, Viſitatio, Correctio, & Superioritas, etiam quoad Inſtructionem, Præſentationem, & Nominationem, prout illam habebat Epiſcopus Lucanus, ſunt committendæ Literæ in forma Dignum, & Diſpenſationes Matrimoniales.*

Prior Monaſterii S. Laurentii prope Padulam Cartuſienſ. Ordinis, Abbas Monaſterii S. Mariæ de Cadozza, nullius Diœceſis, Provinciæ Salernitanæ.

Prior Prioratus S. Jacobi de Spata, nullius Diœceſis, Provinciæ Compoſtellanæ.

Prior Prioratus de Magazula, Militiæ de Alcantara, nullius Diœceſis, Provinciæ Compoſtellanæ, in cujus favorem fuit à Sacra Congregatione declaratum, nempe, habere requiſita, itaut illi committi poſſint Matrimoniales Diſpenſationes, teſte eodem Garcia *l. c. n.* 144.

Prior Prioratus de Velez, nullius Diœceſis, Provinciæ Toletanæ.

Vicarii tandem Apoſtolici, qui mittuntur cum Breve.

47 Conſuevit inſuper Summus Pontifex nonnullis Miniſtris Generalibus Religionum per Literas in forma Brevium, ſub Annulo Piſcatoris, facultatem impertiri, ut per ſe, vel per alios ab eis deputandos, quamvis non Graduatos, poſſint Literas Sacræ Pœnitentiariæ, pro foro conſcientiæ tantum, aperire, illaſque juxta earum formam, & tenorem exequi; de quo ſtylo ſimiliter teſtatur idem Pyrrhus Corrad. *in d. Praxi lib. 7. cap. 4. nu.* 74. ubi ponit formulam dictæ conceſſionis.

48 At ſi Diſpenſationes expediri debeant in ipſa Alma Urbe, tunc committi ſolent Vicario Urbis, aut illius Vices Gerenti, vel uni ex Prælatis Signaturæ Papæ Referendariis, & quandoque etiam alicui ex Sacræ Rotæ Romanæ Auditoribus; & ita de ſtylo ſervari teſtatur Pyrrhus Corradus *in dict. praxi lib. 2. cap. 4. num.* 20. quia hujuſmodi Vicarii omnes prærogativas Epiſcopi conſequuntur; Sbrozius *de offic. Vicarii lib. 2. q.* 135. *n. 7.*

49 Si Oratores ſint nullius Diœceſis, & Epiſcopalis Sedes vicinior vacet, tunc Diſpenſationes Matrimoniales committuntur alteri Ordinario viciniori, computando vicinitatem à finibus illius Diœceſis, cujus Epiſcopus mortuus eſt: facit, *cap. Statutum* 11. §. *cum autem de reſcript. in* 6. & de Juris rigore

50 attendenda eſt menſura, ſecundum viam, per quam conſuetum eſt iri, ut idem Pyrrhus Corradus *lib. 7. d. cap. 4. num.* 20.

51 Quòd ſi inter Ordinarios lis pendeat indeciſa ſuper Juriſdictione Loci, tunc ſi uni ex eis commiſſa fuiſſet literarum exequutio, ad evitanda ſcandala, & præjudicia, datur mutatio Judicis, & commiſſio fit alteri Ordinario viciniori; & ita ſe habet ſtylus Curiæ, de quo conſtat apud eumdem Pyrrhum *l. c. num.* 25.

Verum ſi proprius Ordinarius, cui Literæ directæ 52
fuiſſent, ad exequutionem dictarum Literarum procedere recuſaret, dantur Literæ mutationis Judicis Epiſcopo viciniori directæ, cum facultate diſpenſandi, injuncta conditione, ut poſtquam dictæ Literæ ultimo dicto Epiſcopo præſentatæ fuerint, exequutionem ſuſpendat, donec priorem Ordinarium legitime requiſiverit pro exequutione, eidemque tranſmittat ſecundarum Literarum tenorem, ejuſque Promotorem Fiſcalem audiat. Quod ſi primus Ordinarius
ad præfatarum Literarum exequutionem; indebitè, 53
& ſine rationabili cauſa, procedere recuſaret, cauſamque legitimam dictæ recuſationis non adduceret, tunc ad earumdem Literarum exequutionem, ſervata alias earum forma, ſecundo dictus Ordinarius procedet. Unde neceſſaria erit requiſitio facta prioris à ſecundo Judice, modo, quo ſupra. Nec ſufficit ſi Partes referant fidem recuſationis, ſeu denegationis factæ à priori Judice; & ita eſſe ſtylum Curiæ teſtatur idem Pyrrhus Corradus *loc. cit. num.* 29.

Stylus Curiæ ita ſe habet, ut Literæ Diſpenſatio- 54
nis nunquam committantur alternative; nempe Epiſcopo, vel ejus Vicario, ſed vel Epiſcopo, vel Vi- 55
cario. Unde ſi Vicarius ſit Delegatus, non poterit Epiſcopus ſe ingerere in Diſpenſatione, nec illam, modo aliquo exequi, etiam ipſo Vicario mortuo, 56
vel abſente, ſeu ab Officio remoto; Sanchez *lib. 8. diſp. 27. n.* 30. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 92. num. 67. tom.* 1. Merolla *tom. 2. diſp. 4. cap. 6. diffic. 8. num.* 602. Genuenſ. *in Praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ cap. 69. num.* 11. Pontius *l. c.* Gutierez *de Matrimon. cap.* 125. *num.* 11. Sperellius *dec.* 166. *nu.* 7. Pyrrhus Corradus *d. c. 4. num.* 38. ubi *num.* 41. refert, quod cum alias cuidam Vicario Epiſcopali commiſſa fuiſſet exequutio Diſpenſationis, in forma *Pauperum*, & inter cætera Oratori impoſitum (prout fieri ſolet eo caſu) ut operam ſuam conferret Fabricæ, aut in aliud ſervitium alicujus Eccleſiæ, vel loci pii, tribus ſaltem menſibus; abſente tunc Vicario, Epiſcopus pietate motus erga Oratores, ne Literarum exequutio nimis in longum protraheretur, juſſit Oratori, ut operam ſuam cuidam Eccleſiæ conferret, quod fuit à dicto Oratore poſtmodum expletum; deinde Oratores coram ipſo Vicario comparuerunt, producendo fidem præſtiti ſervitii, & pœnitentiæ peractæ, inſtando propterea pro exequutione, & Diſpenſatione; quam dictus Vicarius omnino denegavit, ea ratione, quod Epiſcopus nulliter ſe ingeſſiſſet, unde peracta pœnitentia publica, & ſervitium Eccleſiæ præſtitum non ſuffragarentur. Et propterea re delata ad Urbem, fuit reſcriptum, nullam eſſe habenda rationem dictæ pœnitentiæ ab Epiſcopo impoſitæ; & ſic Orator aliis tribus menſibus operam ſuam contulit; & propterea eo caſu, quo Vicarius mortuus, vel ab Officio remotus ſit, debebunt Literæ, non per Epiſcopum, ſed per Succeſſorem in Vicariatu executioni demandari; Franciſcus Leo *in Theſ. fori Eccleſ. part. 1. cap. 10. num. 8. fallentia* 4. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. pr. cap. 11. num.* 17. Garcia *de benef. part. 6. cap. 2. num.* 34. Sanchez *lib. 8. diſp. 27. numer.* 31. Sperellius *deciſ.* 166. *num.* 7. Gutierez *de Matr. cap.* 125. *num.* 14 Menochius *conſil.* 320. *n.* 13. *& nu.* 33. *vol.* 4. Zerola *in praxi Epiſc. part. 2. verbo Vicarius.* Paulus Squillante *de privil. Cleric. cap. 2. nu.* 187. *& nu.* 192. Joannes Baptiſta Ventriglia *in praxi annot.* 38. §. *unico, num.* 23. Pontius *de Matrim. lib. 8. cap.* 18. §. 1. *num.* 14. quia Succeſſor, & Anteceſſor pro una perſona reputantur, *Gloſſa in c. Dilecti filii* 17. *de foro competenti* §. *contra*; Jacobus Sbrozius *de offic. Vicarii lib. 1. quæſt.* 15. *num.* 5. & ex quo Papa in Commiſſione Vicario directa, non expreſſo no- 57
mine proprio ipſius Vicarii, reſpicit Tribunal, & non perſonam, non eſt hujuſmodi Delegatio perſonalis, ſed realis, quæ tranſit ad ſucceſſorem; Sanchez *lib. 8. diſp. 27. num. 2. & num.* 18. Filiuccius *tract.* 10. *cap.* 10. *part. 2. nu.* 343. *tom.* 1. Franciſcus Merolla *diſp. 4. cap. 6. numer.* 564. *tom. 2.* Reginald. *lib.* 31. *cap.* 27. *n.* 209. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 92. *n.* 20.

58 & cap. 378. num. 11. Fragoſius *Regim. Chriſt. Reip. part. 1. lib. 4. diſp. 10. numer. 123.* Quod ſi in Literis expreſſum fuiſſet nomen Vicarii, & Tribunal, tunc ſi primo loco appoſitum eſſet nomen proprium, ut ſi diceretur, *Dilecto Filio Flamminio Vicario, &c.* cenſebitur commiſſio perſonalis, & non tranſibit ad ſucceſſorem; ſed quamvis etiam defineret eſſe Vicarius, adhuc Delegatus remanebit; ſi vero commiſſio facta ſit dignitati, non expreſſo nomine Vicarii, tunc,
59 quia hujuſmodi dignitas eſt perpetua in Eccleſia, tran-
60 ſibit ad ſucceſſorem, ut diximus; quicquid aliter dicendum ſit de Commiſſionibus factis Legatis, etiam de Latere, ſub nomine dignitatis, quæ non tranſeunt in ſucceſſores, ſed cum perſona legati extinguuntur; cum iſta Dignitas non ſit perpetua in Eccleſia; Gutierez *de Matrim. d. cap. 125. n. 4.* Sanchez *de Matr. lib. 8. diſp. 27. num. 11.* Bonaccina *de legib. diſp. 1. quæſt. 3. puncto 8. n. 15.*

61 Nec ſolum poterit diſpenſationes Matrimoniales exequi Vicarius Generalis Epiſcopi confirmati, & conſecrati, ſi illi directæ ſint, ſed poterit etiam illas exequi, quamvis ſuus Epiſcopus nondum fuiſſet conſecratus, ſed ſolum confirmatus; Barboſa *de Jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 15. numer. 28.* Sanchez *libr. 8. diſp. 27. n. 35.* Gutierez *de Matrim. cap. 125. n. 14.* Pirrhus Corradus *in d. praxi d. c. 4. nu. 45.* Sbrozius *de off. Vicarii lib. 2. quæſt. 23. num. 4.* quia Epiſcopus confirmatus habet plenam Juriſdictionem, etiam ante conſecrationem.

62 Et ſicut Epiſcopo in cauſa Vicario directa non competit Juriſdictio, ut diximus, ita nec Vicario competit in delegatione Epiſcopo facta, quamvis etiam ab ipſo Epiſcopo mandatum pleniſſimum habet ad cognoſcendas cauſas delegatas, & delegandas; tum per ea, quæ diximus, tum etiam, quia mandatum nul-
63 lo modo extendi poteſt ad cauſas in poſterum delegandas; Piaſæcius *in praxi Epiſc. part. 2. cap. 4. num. 7.* Jacobus Sbrozius *de off. Vicarii lib. 2. quæſt. 36. nu. 5.* Garcia *de benef. part. 6. cap. 2. num. 22.* Pirrhus Cor-
64 radus *in praxi diſpenſat. Apoſt. lib. 7. cap. 4. numer. 39.* quia Juriſdictio, quæ nec actu, nec habitu competit, non poteſt ſubdelegari, ut dicimus cap. ſequenti: unde ad hoc, ut poſſit Vicarius ſe ingerere, neceſſe eſt, ut poſt Literas delegationis Epiſcopo factæ, eidemque præſentatas, idem Epiſcopus eam ſpecialem cauſam ſuo Vicario ſubdeleget, ut bene docent Paccinus *de Viſit. part. 2. quæſt. 10. n. 33.* Piaſæcius *l. c.* Garcia *n. 23. l. c.* Sbrozius *lib. 2. quæſt. 34. num.*
65 6. & latius *quæſt. 36. n. 45.* quam tamen ſubdelegationem facere non poterit, niſi quoad proceſſum, & informationes habendas, non tamen quoad ipſam diſpenſationem, quæ eſt nudum miniſterium, ut cap. ſequenti.

66 Amplia, ut non poſſit Epiſcopus ſe ingerere, ut ſupra, licet ipſemet Vicarius, cui commiſſa eſſet diſpenſatio, electus poſtea fuiſſet Epiſcopus illius Diœceſis, quia cum commiſſio fuerit facta Vicario, & Vicariatus diverſus ſit ab Epiſcopatu, non debet de diverſis fieri illatio *l. Papinian. exul. ff. de mon.* Lotherius *de re benef. lib. 1. quæſt. 24. numer. 83.* Marius Antoninus *var. reſol. lib. 2. reſol. 106. num. 42.* Pariſ. *de reſignat. lib. 11. quæſt. 8. num. 8.* unde cum dictus Vicarius deſinat, per promotionem ad Epiſcopatum, eſſe Vicarius, debet, non per Epiſcopum, ſed per Vicarium ſucceſſorem expediri; quamvis
67 enim Epiſcopus, & Vicarius conſtituant unum, & idem Tribunal, *cap. Romana 3. de appellat.* Sbrozius *de offic. Vicarii lib. 2. quæſt. 25. num. 3.* Fragoſius *Regim. Chriſt. Reip. part. prim. lib. 4. diſp. 9. num. 76.* &
68 habeantur pro unica perſona, & unico corpore; Gratian. *diſcept. for. cap. 809. num. 15.* Barboſa *in votis Canonicis lib. 2. voto 56. numer. 72.* nec inter ipſos detur
69 medium; Barboſa *num. 73.* & Sbrozius *num. 3. ll. cc.* & Vicarius in Jure Vice-Epiſcopus nuncupetur; Reſponſa Marantæ *reſponſ. prim. numer. 27. part. 4.* nihilominus quoad hujuſmodi Diſpenſationum exequutiones, ille ſolus procedere poteſt, cui commiſſa eſt Diſpenſatio, quia iſta facultas competit jure Delegato, & non Ordinario, ut bene Trullenck *opere moral. tom. 3. lib. 7. c. 10. dub. 6. numer. 5.* Joan. Baptiſta Ventimiglia *in praxi annot. 38. §. unico numer. 23.*

At ſi aliquo ſpeciali caſu facta fuiſſet commiſſio Epi- 70
ſcopo, vel ejus Vicario, tunc, facta præſentatione uni, non poſſet alter ſe intromittere, *cap. Cum plures 8. de offic. Delegati in 6.* Piaſæcius *in praxi Epiſc. part. 2. c. 4. n. 7.* Sperellius *dec. 97. num. 11.* Gratianus *diſcept. for. c. 92. n. 7.*

Quod ſi Epiſcopus plures Vicarios Generales in ſua 71
Civitate, & Diœceſi conſtituat (prout conſtituere poteſt, *capit. Quoniam 14. de Offic. Jud. Ordinarii.* Piaſæcius *d. capit. 4. numer. 4.* Pirrhus Corradus *in praxi diſp. apoſt. d. cap. 4. numer. 46.* Thomas Zerola *in praxi Epiſc. verbo Vic. §. prim. part. prim.*) quos et- 72
iam poteſt ita conſtituere, ut unus non dependeat ab altero, & quod ſint inſolidum; vel ut unus ſit principalior, quamvis etiam unus in uno, & alter in altero loco conſtituantur; quia non attenditur generalitas loci, ſed commiſſio cauſarum, & eo caſu iſti 73
omnes facerent unum, & idem Conſiſtorium cum Epiſcopo, ut docent Petrus Rebuff. *in praxi benef.* ubi *de forma Vicariatus numer. 203.* Thomas Zerola *in praxi Epiſc. verbo Vicarius §. 1. part. 1.* ſi tamen alter ex dictis Vicariis ſit principalior, Literæ intelliguntur ei directæ, quia nomen Dignitatis abſolu- 74
te prolatum ſtat pro principali, Clementina *2. de reſcript.* Sanchez *lib. 8. diſp. 27. numer. 36.* Barboſa *de Jure Eccl. univ. lib. prim. capit. 15. numer. 32.* Gutierez *de matrim. cap. 125. numer. 14.* Merolla *tom. 2. diſp. 4. cap. 6. num. 607.* Sbrozius *de offic. Vicarii l. 2. quæſt. 62. numer. 3.* Paulus Squillante *de privil. Cler. cap. 2. numer. 201.* at ſi omnes ſint æque principales, 75
& nullus in Reſcripto deſignatus ſit, tunc erit in electione partis eligere quem maluerit; Sanchez *loc. cit. num. 37.* Squillante *loc. cit.* & Barboſa *loc. cit. numer. 33.* & facta præſentatione Literarum, ille, cui 76
Literæ præſentatæ ſint, cenſetur præoccupaſſe Juriſdictionem, unde alii non poterunt ſe ingerere, niſi primus eſſet juſte impeditus, itaut procedere non poſſet; Textus *in d. capit. Cum plures 8. de offic. delegati l. 6.* Rubertus Maranta *in Speculo aureo part. 4. dict. 16. numer. 6.* Seraphin. *dec. 506. numer. 1.* Sbrozius *de offic. Vicarii l. 2. quæſt. 105. num. 2.* Sanchez *dict. diſp. 27. num. 38.* Squillante *loc. cit. num. 203. & 204.* vel niſi conſtet de negligentia primi; Stephan. Gratian. *diſcept. for. cap. 92. numer. 31.* hanc Doctrinam ampliat Sanchez *loc. cit.* itaut procedat, quamvis etiam prior Judex conſentiret; quod idem confirmat Merolla *num. 608. loc. cit.* nec poterit ita dividi cauſa 77
delegata, ut unus diſpenſationem, & alter Legitimationem exequantur; Sanchez *l. 8. diſp. 7. n. 17.* quia cum hujuſmodi commiſſiones ſint pro foro externo, ſi uni præſententur, non poteſt alter ſe intromittere, ut diximus.

Et quoniam in nonnullis locis maxime Ultramon- 78
tanis Vicarii appellantur Officiales, abſque ulla diſtinctione, an videlicet, ſint Officiales Epiſcopi, vel Capituli, ſed ſimpliciter, v. g. Officialis Toletanus, Abulenſ. Ilerden. (ſunt enim iſta verba Vicarius, & 79
Officialis, ſynonima, & nulla alia inter hæc adeſt differentia, niſi de nomine; Gonz. *ad Reg. 8. Cancell. Gloſſa 5. §. 3. num. 8.* Barboſa *de offic. & poteſtate Epiſcopi alleg. 54. num. 53. & de Appellativa verb. appellat. 175. numer. 9.* Pirrhus Corradus *loc. citat. numer. 12.*) ideo, quoad Commiſſiones, ſemper de Officiali Epiſcopi intelligi debet, ut bene docent Garcia *part. 6. cap. 2. numer. 46.* Auguſt. Barboſ. *de Jure Eccl. univ. lib. 1. cap. 32. numer. 57.* Bonacina *de leg. diſp. 1. quæſt. 3. puncto 8. §. 1. num. 7.* Pirrhus Corradus *d. c. 4. num. 18.* imo ſtylus Curiæ ita ſe habet, ut ſi Commiſſiones, ſeu Delegationes fiant ad Italiam, Ungariam, Dalmatiam, Epyrum, ſeu Albaniam, Sclavoniam, Cretam, & partes Orientales, Siciliam, Sardiniam, & Corſicam, Cancellaria ſemper utatur verbo, *Vicarius*; at ultra Montes Alpinos, ut ad Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Angliam, & Africam, *Officiales* nominet, & ſic ſervari teſtatur idem Pirrhus Corrad. *in praxi l. 2. cap. 4. num. 19.*

Porro id eſt animadvertendum, quod, quamvis 80
Epiſcopus eſſet aliqua cauſa excommunicatus, vel

ſuſpen-

ſuſpenſus, nihilominus ejus Vicarius, cui Diſpenſatio commiſſa fuit, quamvis in aliis, quæ Jure Ordinario ſpectant, ejus Juriſdictio ſuſpendatur *capitul. 1. de offic. Vicarii numer. 6.* Paulus Squillante *de oblig. Clericor. part. 3. numer. 97. & de Privilegiis Clericor. capit. 2. numer. 519.* Franciſcus Merolla *d. cap. 6. num. 735.* Sbrozius *de offic. Vicarii lib. 3. quæſt. 18. num. 1.* Barboſa *de Jure Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 15. num. 44.* in his tamen Commiſſionibus, quæ ſibi delegatæ ſunt, eſt vere Vicarius, & cum Juriſdictionem habitualem retineat, ſicut ipſe Epiſcopus poteſt illas exequi, cum hujuſmodi Juriſdictio ab ejus Epiſcopo excommunicato non emanet; Sbrozius *de off. Vicarii libr. 3. quæſt. 17. numer. 10.* Squillante *dict. capitul. 2. numer. 121.* Gutierez *de Matrimon. capitul. 68. numer. 21.* Sanchez *libr. 3. diſputat. 30. numer. 9.* imo poterit etiam, quamvis

81 Epiſcopus excommunicatus ſit, aſſiſtere Matrimoniis, vel aliis concedere licentiam aſſiſtendi; cum hæc non ſit actus Juriſdictionis; Sanchez *d. diſputat. 30. num. 10.* Gutierez *d. cap. 68. num. 20.* Squillante *d. cap. 2. n. 122.*

82 Cæterum ſi Exequutor pronunciet Literas non exequendas, eaſque ſubreptitias, & obreptitias eſſe; vel ſi è contra, credens diſpenſationem fore legitimam, diſpenſaret, & poſtea inveniret ſe deceptum, non poterit ulterius cauſam retractare; ſed ſi Oratores, velint diſpenſationem ad ſuum effectum producere, debebunt de novo ſupplicare ad Pontificem; Paulus Squillante *de privileg. Cler. capit. 2. privileg. 2. dub. 11. à num. 205.* Paulus Piaſæcius *in Praxi Epiſc. part. 2. cap. 4. numer. 8.* Gutierez *de Matrim. d. cap. 125. num. 15. & 16.* Merolla *l. c. num. 609.* Pirrhus Corradus *in d. praxi lib. 7. cap. 4. numer. 56.* quia Delegatus, ſic pronunciando, protulit ſuam ſententiam definitivam, & totam cauſam decidit, & cum functus ſit officio ſuo, totam juriſdictionem conſumpſit, ut late dicimus cap. ſeq.

Tria tandem circa hanc materiam remanent adnotanda.

83 Primum, non poſſe Epiſcopum conſtituere Vicarium ſpecialem, ut de unica, & ſingulari cauſa delegata à Pontifice, cognoſcat, quia commiſſio Pontificis ſit principali Officiali, Generali Vicario ipſius Epiſcopi, & ille Vicarius ſpecialis non eſt talis, unde diſpenſandi poteſtas non intelligitur conceſſa ultra intentionem concedentis *l. non omnis ff. ſi certum petat.* Sbrozius *de offic. & poteſtate Vicarii lib. 2. quæſt. 36. num. 2.* Rota *deciſ. 55. num. 4. part. 1. recent.* nec eſt in poteſtate Epiſcopi alium ſpecialem Officialem deputare, eidemque facultatem dare, ut cognoſcere poſſit de cauſa, quæ à Pantifice alii Officiali dirigitur, ut bene docent Sanchez *lib. 8. diſp. 27. numer. 42.* Gutierez *l. c. n. 19.* Merolla *d. tom. 2. diſput. 4. cap. 6. n. 617.*

84 Secundum, Vicarium Generalem ſubſtitutum à Vicario Generali Epiſcopi, conſtituto cum facultate ſubſtituendi, poſſe has diſpenſationes exequi; Sanchez *lib. 8. diſp. 27. numer. 41.* Puteus *deciſ. 487. num. 1. & num. 3. lib. 2.* Barth. Gavanti *in Enchirid. verbo Matrimon. Impediment. num. 30.* Sbrozius *de off. Vicarii lib. 2. quæſt. 67. numer. 2.* quia ipſe etiam capit Juriſdictionem ab Epiſcopo *cap. prim. de procuratoribus in 6.* Sbrozius *de off. Vicarii lib. 2. quæſt. 92. numer. 3.*

85 Tertium, ſi Epiſcopus habeat duas Diœceſes, & conſtituat Vicarium Generalem in una, cenſetur hic principalis in utraque, & conſtitutus etiam in alia; Gratianus *diſceptat. forenſ. capitul. 655. numer. 56. tom. 4.*

CAPUT VI.

De his, quæ animadvertere debet Delegatus, ut Diſpenſatio valida ſit.

SUMMARIUM.

1 *Delegatus nullam, quoad exercitium, habet Juriſdictionem priuſquam Literæ ſibi præſentatæ fuerint.*

2 *Quamvis Delegatus ipſa die Datæ Literarum Juriſdictionem recipiat in habitu, nullo tamen modo ea ſibi competit in actu, exercitio, ante Literarum præſentationem.*

3 *Nec ſufficit, quod ſciat Delegationem in ſe fuiſſe factam.*

4 *Vis Delegationis non ſtat in ſcientia, vel ignorantia Delegationis, ſed in illa reali Literarum productione.*

5 *Nec pariter ſufficiet ſi exempla Commiſſionis exhibeantur, quia requiritur, ut Originaliter præſententur, cum debeat delegatus eſſe certus de ſua juriſdictione.*

6 *Quamvis delegatus procedat ut Delegatus, nil agit, niſi certus ſit de Juriſdictione.*

7 *Omnia Acta, poſt datam Literarum, ſed ante illarum præſentationem facta, ſunt irrita, & nulla, nec per illarum ſubſequutam præſentationem convalidantur.*

8 *Licet nullus defectum Juriſdictionis opponat.*

9 *Non eſt credendum Delegato, ſi aſſerat ſe delegatum, at de delegatione non doceat.*

10 *Excipe, niſi ſit Cardinalis, ſeu Pœnitentiarius Papæ, vel in alia excelſa dignitate conſtitutus.*

11 *Excipe etiam, quoad forum conſcientiæ, in quo cuicumque viro timorato, vel Confeſſario aſſerenti ſe delegatum, creditur.*

12 *Si Oratores, obtento jam mandato ad diſpenſandum ſuper impedimento dirimente inter eos exiſtente, ante illius exequutionem Matrimonium contrahant, nullum, & irritum erit hujuſmodi Matrimonium. & nova egebunt diſpenſatione.*

13 *Literæ Apoſtolicæ ſi contineant Clauſulas inſolitas, redduntur de falſo ſuſpectæ, & de dolo, ac fraude.*

14 *Si Literæ Apoſtolicæ ſint juxta ſtylum Romanæ Curiæ confectæ, ſolitoque Plumbo, & Cordulis munitæ, dicuntur expeditæ, & authenticæ, & ſunt Originales, & æquiparantur Inſtrumento publico.*

15 *Bulla dicitur ipſum Sigillum, & Plumbum pendens.*

16 *Literæ Apoſtolicæ abſque Sigillo non probant.*

17 *Excipiuntur Literæ in forma Brevis à Secretaria Apoſtolica expeditæ, quæ quamvis plumbatæ non ſint, tamen ſunt veræ Literæ Apoſtolicæ.*

18 *Literæ Apoſtollcæ, ſi non ſint conformes ſtylo Romanæ Curiæ, ſunt de falſo ſuſpectæ.*

19 *Niſi appareant correctæ à Domino Regente.*

20 *Stylus Curiæ denotat mentem Papæ.*

21 *Reſcripta Papæ interpretationem recipiunt à ſtylo.*

22 *Stylus Curiæ facit Jus, & eſt pro Lege ſervandus.*

23 *Licet etiam Motu proprio factæ ſint, quia non præſumuntur à Papa emanatæ.*

24 *Delegatus debet omnino ſervare formam ſibi in Literis præſcriptam, ne Diſpenſatio invalida ſit.*

25 *Omnia Reſcripta Papæ ſunt de forma, & debent ad unguem ſervari. Et cum ſint ſtricti Juris ſunt ſtrictiſſime intelligenda.*

26 *Nec poſſunt per æquipollens adimpleri.*

27 *Delegatus delinquit, non ſervando fines Mandati.*

28 *Delegatus nullam habet Juriſdictionem, niſi in his, quæ habet in mandato præciſe expreſſa, in quo mandato tota ejus Juriſdictio radicatur.*

29 *Delegatus quicquid, præter ea, quæ habet in mandato decernit, ac exequitur, eſt nullum defectu Juriſdictionis.*

30 *Jurisdictionis defectus est insanabilis.*
31 *Forma deficiente deficit actus.*
32 *Formæ omissio removet consensum ab actu.*
33 *Quamvis actus favorabilis sit.*
34 *Et quamvis etiam agatur de utilitate publica.*
35 *Formæ omissio vitiat, licet in modico deficiatur.*
36 *Forma est indivisibilis, quare vel tota corruit, vel tota servatur.*
37 *In his, quæ sunt de forma, servatur rigor.*
38 *Et in hoc non parcitur Rusticitati, Aetati, Sexui, vel alteri cuicumque qualitati, aut conditioni, quantumvis etiam per errorem omissa sit.*
39 *Forma, etiam de consensu partium, non potest remitti.*
40 *Delegatus, non servata forma, minus legitime procedet, & processus, ac ipsa dispensatio subsequuta, nulla erunt.*
41 *Mandatum non habere, & illius fines excedere, paria sunt.*
42 *Formula Literarum Apostolicarum, pro dispensatione commissa, subjicitur.*
43 *In Literis Apostolicis nil frustra apponitur.*
44 *Alexander Septimus Pontifex Maximus, antea vocatus Fabius Ghisius, assumptus fuit ad Summum Pontificatum die 7. Januarii 1655.*
45 *Mutatio nominis Pontificis habuit originem in Sergio II. & quare.*
46 *In omnibus Literis Matrimonialium dispensationum præponitur de stylo nomen Pontificis, quando sive per officium minoris gratiæ, sive per Cancellariam expediuntur.*
47 *Dum dispensatur infra secundum gradum, Literæ expediuntur à Secretaria in forma Brevis, & succinctim præponitur titulus.*
48 *Hæ Literæ, licet isto modo fiant, sunt tamen veræ Literæ Apostolicæ, prout aliæ, quæ expediuntur sub Plumbo.*
49 *Quare dicantur Brevia.*
50 *Literæ dispensationum an censeantur factæ nomine Pontificis, vel Sedis Apostolicæ.*
51 *Papa, & Sedes Apostolica idem sunt.*
52 *Appellans ad Papam censetur appellare ad Sedem Apostolicam.*
53 *Delegatio facta nomine dignitatis, mortuo Papa, non expirat.*
54 *Licet Papa moriatur, non tamen Ecclesia dicitur remanere sine capite, quia ejus caput est Christus Dominus, & consequenter per mortem Papæ non moritur, nec extinguitur Jus Principis, sed remanet vivum, nempe quoad radicem, in Sacro Senatu Cardinalium, & quoad auctoritatem jurisdictionis, in ipso Christo.*
55 *Episcopus, est verbum Græcum, ab Epi. hoc est super, & Scopos, nempe intendens, derivans; & significat etiam Præfecturam.*
56 *Summus Pontifex vocat se Episcopum, cum sit universalis Ecclesiæ Episcopus.*
57 *Nulla Dignitas in Ecclesia est major Episcopali.*
58 *Episcopi in locum Apostolorum successerunt.*
59 *Multi Episcopi noluerunt ad Cardinalatum promoveri, ob dubium non descendendi.*
60 *Episcopus, respectu Ordinis, est major Cardinali.*
61 *Usque ad tempus Joannis Papæ XXII. & Clementis V. Episcopi non fuerunt Cardinales, quia poterant aliqualiter notari de descensu.*
62 *Tanta est Episcopalis Ordinis Dignitas, ut hoc nomen Episcopi, ipso Christo conveniat.*
63 *Ordo Episcopalis non differt ab Ordine Summi Pontificis.*
64 *Divitiarum potentia, vel paupertatis humilitas, non faciunt Episcopum sublimiorem, vel inferiorem; sunt enim omnes æque Apostolorum successores.*
65 *Episcopus Nullatenensis, sive Titularis simplex, non dicitur minus aliis obtinere Dignitatem.*
66 *Ordinis Episcopalis causa efficiens fuit ipse Christus Dominus.*
67 *Potestas Episcopalis Ordinis fuit posita in Petro, tanquam in Capite, in cæteris vero Apostolis tanquam in membris.*
68 *Sola Ordinatio Petri fuit perennis; aliorum vero Episcoporum, quatenus fuit universalis, remansit temporaria, & non successerunt universaliter, sed singulariter, prout singulis singulæ constituebantur Civitates, & Diœceses per ipsum Petrum.*
69 *Episcopi fuerunt vocati in partem solicitudinis Pastoralis officii, non tamen in plenitudinem potestatis.*
70 *Episcopi in suis Diœcesibus dicuntur Vicari Papæ.*
71 *Episcopalis Ordo est quadripartitus, nempe in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis.*
72 *Papa propter ejus humilitatem appellat se servum servorum Dei.*
73 *Gregorius Primus se ita inscripsit ad redarguendam insolentiam Joannis Patriarchæ Constantinopolitani, qui instituerat se universalem Episcopum appellare.*
74 *Nisi in Literis apposita essent Verba, servus servorum Dei, Bulla posset redargui de falso.*
75 *Sancta Mater Ecclesia omnes Christifideles, filios appellat, præter Episcopos, quos Fratres vocat.*
76 *Papa quando vocat Mulieres, addit, dilectæ nobis in Christo filiæ.*
77 *Vicarius in causa sibi à Pontifice commissa est major Episcopo.*
78 *Delegatus Pontificis, circa causam delegatam, habet eam auctoritatem, quam habet ipse Papa, cujus vices in ea causa gerit.*
79 *Dictus Delegatus poterit informationes committere, & Processum informativum subdelegare suo Superiori, & etiam suo Episcopo.*
80 *Dictus Delegatus potest deferre Juramentum testibus, & punire testes coram eo falsum deponentes.*
81 *Concessa Jurisdictione, censentur concessa omnia, sine quibus jurisdictio exerceri non potest.*
82 *Delegatus poterit contra suum Episcopum animadvertere, si turbaret suam jurisdictionem, vel ipsum in fraudem Jurisdictionis delegatæ ab Officio Vicarii removeret.*
83 *Papa, Reges, & Cardinales vocat Filios, Episcopos vero vocat Fratres, quasi sibi æquales.*
84 *Episcopi sunt Petræ, supra quas fundatæ sunt Ecclesiæ, nec potest ædificari Ecclesia nisi Episcopus primo ibi Crucem figat, atrium designet, & primarium lapidem ponat.*
85 *Episcopi sunt Apostolorum successores, & dicuntur Sanctissimi Christi Legati, Columnæ Ecclesiæ, & Angeli,*
Legati Dei,
Antistites,
Principes, & Pastores,
Prætores, & Magistratus perpetui Civitatis,
Viri Clarissimi,
Illustrissimi,
Eminentissimi,
Serenissimi.
86 *Episcopi sæcularibus Principibus, & ipsis Regibus sunt Superiores.*
87 *Episcopalis Dignitas, Soli; Regia vero, Lunæ æquiparantur.*
88 *Episcopi, quamvis respectu Jurisdictionis sint subordinati Papæ, sunt tamen illi in Ordine æquales.*
89 *Habent merum, & mixtum Imperium.*
90 *Episcopi in suis Ecclesiis ea omnia possunt, quæ potest Summus Pontifex in toto Orbe, nisi specialiter reservata, vel prohibita sint.*
91 *Episcopi, ratione Ordinis, sunt majores Præsbytero Cardinali.*
92 *Episcopi repræsentant personam Christi.*
93 *Primus Episcopus Lucanus fuit S. Paulinus, S. Petri Apostolus Discipulus.*
94 *Ex Episcopis Lucanis plures fuerunt Sanctitate insignes, innumeri S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & nonnulli ad Summum Pontificatum elati.*
95 *Sedes Episcopalis Lucana est Hetruriæ prima, & semper inter principaliores totius Christianæ Reipublicæ habita, & connumerata fuit, & habet usum Pallii Archiepiscopalis, & Cruces.*

96 *Illu-*

96 *Illustriss. & Reverendiss. D. Petrus Rota Episcopus Lucanus laudatur.*

97 *Quoad commissiones dispensationum Matrimonialium sufficit, quod Vicarius Generalis Episcopi sit ad spiritualia tantum constitutus.*

98 *Quando in brevibus Pontificiis aliquid committitur Episcopis, seu ejus Vicariis; semper de stylo Curiæ diregutur Vicariis Generalibus in spiritualibus.*

99 *Laicus non potest esse Vicarius Episcopi in spiritualibus.*

100 *Si Laicus constitueretur Vicarius, censeretur Assessor Episcopi, & non Vicarius.*

101 *Cletus Summus Pontifex fuit primus, qui usus fuerit salutare modo solito, salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

102 *Papa dum salutat Hæreticos, Apostatas, vel Excommunicatos, illos non salutat, nec vocat dilectos filios.*

103 *Si Papa scienter salutaret Excommunicatum, præsumeretur per dictam salutationem illum absolvere.*

104 *Literæ dispensationum Matrimonialium de stylo habent exordium,* Oblatæ nobis, nuper, *&c. in hoc differunt ab aliis Literis gratiam concernentibus.*

105 *Nullus potest mutare Ordinem in impedimentis dirimentibus.*

106 *In Literis dispensationum Matrimonialium opponitur dictio,* Oblatæ nobis, &c. *& additur* nuper, *quia si tandiu porrecta fuisset supplicatio, res posset variasse, & non esse in proposito statu.*

107 *Si in expressione Nominis, vel Cognominis Oratorum sequatur error, secluſa fraude, & dolo, non vitiatur dispensatio in forma ordinaria, non tamen in forma Pauperum.*

108 *Ad impetrandam dispensationem non vitiat, quod dispensatio impetraretur à tertio, nec est necessaria scientia ipsorum oratorum de tali impetratione.*

109 *Gratia non suffragatur antequam acceptetur.*

110 *Dispensatio præsumitur impetrata de mandato ejus, pro quo impetrata fuit, propter impensam, quæ in illius expeditione requiritur; maxime si notabilis sit.*

111 *Nemo præsumitur velle jactare suum, & suas pecunias prodigere.*

112 *Si quis in dispensationem producat, præsumitur ejus nomine fusse impetratam, & impedimentum confiteri.*

113 *Idem præsumitur si dispensatio erat difficilis impetrationis.*

114 *Diœcesis dicitur Parochia Episcopi.*

115 *Diœceses fuerunt in toto Orbe divisæ, & distinctæ à S. Dionysio Papa anno 270.*

116 *Si erretur in Diœcesi vitiatur dispensatio.*

117 *In impetratione dispensationum, non solum exprimi debebit Diœcesis oratricis, sed etiam oratoris, si diversæ Diœceses sint, alias dispensatio vitiabitur.*

118 *Si forensis, vel alienigena impetraret Beneficium, non facta mentione suæ Diœcesis, impetratio esset subreptitia.*

119 *Papa in dubio intendit providere unicuique in patria sua.*

120 *Appellatione Diœcesis, quando profertur à jure comprehenditur ipsa civitas; at in materia stricta dispensationis hominis secus est.*

121 *Civitas in favorabilibus venit nomine Diœcesis.*

122 *Si quis exprimeret se, v. gr. esse Lucensem, posset intelligi, tam de civitate, quam de Diœcesi.*

123 *Verba debent naturaliter intelligi, & non accidentaliter.*

124 *Si in Diœcesi esset aliquis locus exemptus, adhuc dicitur de Diœcesi, nec vitiabitur dispensatio, exponendo se esse de ea Diœcesi.*

125 *Expressio loci oratorum in impetratione dispensationis, nullo alio casu necessaria est, nisi quando dispensatio petatur ob causam angustiæ ipsius loci.*

126 *Quando petitur Dispensatio ob causam Angustiæ loci, si erretur in ejus expressione, vitiatur Dispensatio.*

127 *In expressione locorum Oratorum attenditur locus Originis, & non Domicilij.*

128 *Si commissio fiat simpliciter Ordinario Oratorum, non specificando, an sit Originis, vel Domicilij, intelligitur commissio facta Ordinario Originis.*

129 *Illi proprie dicuntur esse de loco, qui ratione originis sunt de illo.*

130 *Ortus intelligitur ille, qui est natus in loco.*

131 *Oriundus dicitur, qui originem ab illo loco ducit, unde Majores ejus fuerunt.*

132 *Tamen ortus, & oriundus confunduntur ita, ut ortus pro oriundo, & oriundus pro orto intelligantur.*

133 *Si in Literis Dispensationum Matrimonialium ob causam Angustiæ loci, dictum fuisset, Oratorem esse v. g.* de loco Camajoris, *in quo ejus pater natus esset, quamvis ipse Orator revera natus esset in loco Coreliæ, non vitiabitur gratia, sed sufficiet probari Angustiam loci Camajoris.*

134 *Nativitas propria, vel paterna, faciunt quem Civem.*

135 *Natus fortuito in loco, unde mater pertransibat, absque animo ibi habitandi, non dicitur esse de eo loco, nec Civis, nec naturalis.*

136 *Tunc attenditur origo Patris.*

137 *Ad hoc, ut quis dici possit ortus in aliquo loco. non sufficit, quod ibi per tempus longissimum, etiam cum familia habitaverit.*

138 *Habitatio solum facit Incolam, seu Domiciliarium, non tamen ortum, seu oriundum.*

139 *Verba sunt naturaliter, & proprie intelligenda, non autem civiliter.*

140 *Papa non dispensat nisi super expressis.*

141 *Verbum,* Ortus, *ut verificetur, requirit de necessitate, quod in illo loco, vel Oratores, vel eorum Patres nati sint, nec sufficit, quod in illo habitaverint.*

142 *Ad hoc, ut dici possit Oratores ortos esse in loco, non sufficit, quod ex Privilegio creati fuerint Cives illius loci.*

143 *Quamvis appellatione Civis veniat Civis ex Privilegio, tamen quia in casu proposito requiritur Oratores esse ortos in loco, non potest ad hoc extendi Privilegium civilitatis.*

144 *Civis Originarius unius loci non potest fieri Civis Originarius alterius loci.*

145 *Origo, tanquam quid naturale, mutari, non potest*

146 *Licet Civilitas pluribus aliis modis acquiratur, nempe Manumissione, Adoptione, & Electione, seu Privilegio, nihilominus in casu, de quo hic, solum intelligi debet de Civilitate loci veræ Originis.*

147 *Civilitas Originis, cum sit naturalis, est immutabilis, nisi deseratur.*

148 *Dictæ Civilitati renunciari non potest.*

149 *Domicilium habitationis, sicut propria voluntate, & facto constituitur, ita propria voluntate, & facto mutatur.*

150 *Prædicta intelligenda sunt de origine paterna, non autem materna.*

151 *Filius sequitur originem patris, non matris.*

152 *Filius dicitur pars patris, non matris.*

153 *In filium transit origo, & domicilium patris, quamvis alibi natus sit.*

154 *Si Oratores velint commissionem dirigi Ordinario Domicilii Oratorum, debent id in Supplicatione petere, & Papa solet concedere eo casu, quo Oratores saltem per annum in loco Domicilii habitaverint.*

155 *Natus in mari sequitur Domicilium loci sui patris.*

156 *Natus in ipso confinio diversorum Territoriorum contraheret naturale Domicilium in loco illo, in quo caput effusum est.*

157 *Supplicatio semper debet attendi.*

158 *Si per Literas mutaretur substantia Gratiæ, Literæ non attenduntur, sed Supplicatio.*

159 *Gratia Papæ ex Regesto sumi potest.*

160 *Tenor Literarum ex tenore Supplicationis est verificandus.*

161 *Omnis concessio Principis regulatur à petitione.*

162 *Rescriptum Pontificis refertur ad supplicata, & ab illis interpretationem admittit.*

163 *Ex forma Supplicationis declaratur intellectus Gratiæ.*

164 *Papa namque semper censetur se fundare super expressis.*

165 *Papa numquam censetur dispensare super non expressis.*

166 *Ad hoc ut Papa validet, necesse est, ut sciat defectus, & nullitates, alias non censetur sanare.*

167 *Gratia non extenditur ad nullitates non expressas.*

168 *Papa nunquam præsumitur sanare voluisse defectus, quos ignorat.*

169 *Super impedimentis tacitis dispensatio non suffragatur.*

170 *Quare dicatur, à communi stipite.*

171 *Quamvis Papa difficilius dispenset super Consanguinitate, quam super affinitate, nihilominus, quoad taxam, & impensas impetrationis dispensationis pari modo regulatur.*

172 *Si adsint plura impedimenta inter contrahere volentes, omnia simul in eadem supplicatione sunt explicanda, dum se contingunt, & unum auget aliud.*

173 *Non tenentur Sponsi manifestare Judici impedimenta occulta, super quibus legitime dispensati fuerunt.*

174 *Si Notarius, vel Judex scirent dispensationem secreto obtentam fuisse super impedimento, de quo interrogant Sponsos, possunt admonere ipsos Sponsos, ut taceant, ne impedimentum publicetur, vel illud cum æquivocatione negent, nempe non habere impedimentum, quod obstet.*

175 *Si Impedimentum occultum, super quo Conjuges secreto dispensati fuerunt, publicetur, non est opus dispensatione pro foro externo.*

176 *Parochus, quid facere debeat si eidem denuncietur aliquod impedimentum, super quo sciat Conjuges fuisse secreto dispensatos.*

177 *Quid dicto casu facere teneatur Ordinarius.*

178 *Dum Concilium Trid. prohibet ne cum impedimento Consanguinitatis, vel Affinitatis Matrimonium contrahatur, talis prohibitio intelligi debet respectu etiam alterius cujuscumque impedimenti dirimentis.*

179 *Ubi est eadem ratio, eadem debet esse Juris dispositio.*

180 *Si circa expressionem speciei impedimenti esset error, vitiatur dispensatio.*

181 *Si res esset omnino dubia, an egeret dispensatione, necne, dicendum est, non egere, quia in æquali dubio præsumptio est pro libertate ad contrahendum.*

182 *Amplia ut id verum sit, & procedat, non solum eo casu, quo res esset omnino dubia, sed etiam quando in conflictu opinionum, opinio impedimentum affirmans esset probabilior, dummodo negans sit probabilis.*

183 *Si essent opiniones, an certum quid afferat impedimentum ad Matrimonium, & opinio negans esset probabilis, quamvis affirmans probabilior existeret, poterit sequendo probabilem, iniri Matrimonium absque dispensatione.*

184 *Si dubium sit, an super impedimento, quod certo extat, fuerit facta valide dispensatio, tunc, quia impedimentum est certum, sed de validitate dispensationis dubitatur, possessio stat pro impedimento, unde in isto dubio opus erit dispensatione.*

185 *Dubium, quando dicatur esse.*

186 *An in dubio possit Episcopus, causa vitandi scandali, dispensare, vel declarare nullum adesse Impedimentum.*

187 *Licet in dubio non sit opus dispensatione, accidit aliquando, ut contrahere volentes pro conscientiæ quiete recurrant ad Pontificem.*

188 *Quid si dispensatio commissa fuisset super uno impedimento, & Delegatus repererit plura esse.*

189 *Quid è contra si fuerint expressa plura impedimenta, at non omnia sint verificata.*

190 *Quando exprimuntur gradus Consanguinitatis, dicitur, Oratores esse conjunctos; quando exprimuntur gradus Affinitatis, dicitur, Oratores se attinere.*

191 *Nullus, præter Summum Pontificem, potest, auctoritate ordinaria in impedimentis Matrimonium dirimentibus dispensare.*

192 *Nuncii, Legati Apostolici, Commissarii Cruciati, Episcopi, & alii, qui certis casibus super impedimentis dirimentibus dispensant, id non faciunt auctoritate ordinaria, sed vel ex facultate concessa à Pontifice, vel ex præsumpta ipsius Pontificis licentia.*

193 *Papa Dei Vicarius, & universalis Pastor debet opportune providere, ubi casus, rei qualitas, & personarum indigentia postulant.*

194 *Quia dispensatio non semper est de Jure debita, ideo dicitur* Misericorditer in Domino dispensatur, *ut misericordia cum ipsa dispensatione misceatur.*

195 *Excommunicatio est gladius Ecclesiæ.*

196 *Excommunicatio est omnium pœnarum maxima.*

197 *Excommunicatio est actus mere Ecclesiasticus, & à potestate Canonum pendens, & propterea Judici sæculari omnino incompetens.*

198 *Potestas excommunicandi descendit à Clavibus.*

199 *Gratia obtenta per Excommunicatum non valet, quamvis impetraretur per Procuratorem excommunicatum, nomine Principalis non excommunicati.*

200 *Gratia obtenta per Excommunicatum non revivisit, subsequuta absolutione.*

201 *Excommunicatus æquiparatur Mortuo.*

202 *In facultate concessa Delegato ad absolvendum cum clausula,* A' quibusvis Excommunicationibus, *comprehenditur Excommunicatio major, & minor, quia si diceretur simpliciter, quod absolveret ab Excommunicatione, intelligeretur solum de majori.*

203 *In dicta facultate concessa ad absolvendum dicitur,* Ex quavis causa latis, *ut omnis Excommunicatio comprehendatur, sive lata sit à Jure, sive ab homine, sive in Diœcesi propria, sive aliena, sive etiam comprehensa sit in Bulla Cœnæ.*

204 *In dicta facultate dicitur,* Quomodoliber, *ut comprehendatur omnis modus incursus Censurarum, non solum de Jure communi, sed etiam de Jure speciali, & consuetudine.*

205 *Absolutio prædicta in quibusdam casibus contentis in Regula 66. Cancellariæ Apostolicæ non prodest.*

206 *In dicta facultate absolvendi non comprehenditur irregularitas.*

207 *Papa nunquam videtur cum irregularibus dispensare, nisi expresse dicat.*

208 *Irregularitas non est Censura, & ideo non absolvitur, sed dispensatur.*

209 *In facultate absolvendi a censuris, & pœnis non comprehenditur irregularitas.*

210 *Dicta Absolutio non prodest Hæreticis.*

211 *Excommunicatus impetrans gratiam à Pontifice, & absolutus cum dicta clausula,* Ad effectum, &c. *non poterit celebrare (si Sacerdos sit) nec Divinis interesse, nec Beneficium ab Ordinario obtinere.*

212 *Nec Beneficii sibi collati facit fructus suos.*

213 *Absolutus cum dicta clausula,* Ad effectum, &c. *si in Divinis se ingereret, fieret irregularis.*

214 *Dicta Absolutio cum dicta clausula* ad effectum *suspensionem dumtaxat impedimenti operatur, quousque gratia sortiatur effectum.*

215 *Hujusmodi absolutio est verbalis, & de stylo, & non realis, cum istos non pœniteat; & propterea statim absoluto actu, propter quem absolvuntur, reincidunt in easdem excommunicationes.*

216 *Excommunicati, qui aliquod rescriptum in forma Commissaria à Pontifice obtinuere, debent absolvi ab excommunicatione ante rescripti exequutionem à Delegato factam, alias gratia nulla erit.*

217 *Ora-*

217 *Oratores, qui obtinuerunt Literas cum dicta clausula absolutionis* ad effectum, &c. *si postea inciderent in excommunicationem, & censuras, dicta clausula, & absolutio non prodesset.*

218 *Discretio est mater omnium virtutum.*

219 *Clausula* Discretioni tuæ *non impedit subdelegationem.*

220 *Dicta clausula non inducit electionem industriæ personæ, nec per illam mutatur natura negotii, super quo Literæ conceduntur.*

221 *Dicta clausula apponitur in quibuscumque Literis directis aliis, quam Episcopis, quibus dicitur fraternitati tuæ.*

222 *Dicta clausula importat arbitrium boni viri, seu potius arbitrium prudentiale, & regulatum.*

223 *Antequam Delegatus Dispensationem exequatur, debebit verificari facere causam, & omnia alia in Literis Apostolicis contenta.*

224 *Si cognosceret ex Matrimonio contrahendo posse aliquod malum exoriri, poterit, ac debebit hanc dispensationem denegare.*

225 *Concilium Trid.* sess. 22. cap. 5. de reformatione *disponit, quod dispensationes Matrimoniales committantur Ordinario, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, nec aliter dispensare potest.*

226 *Quomodo se gerere debeat Delegatus in exequendis Literis Apostolicis.*

227 *Raro Pontifex dispensat, sed ut plurimum committit Delegato, ut si* preces veræ sint, *dispenset.*

228 *Clausula* mandamus *conjuncta cum alia nempe* (Auctoritate nostra) *facit Delegatum.*

229 *Verbum* mandamus *à Superiore prolatum importat necessitatem, & præceptum.*

230 *Papa, cum sit omnibus superior, potest quamlibet personam cogere ad acceptandum suam Delegationem.*

231 *Inferior Delegans non potest cogere sibi non subditum ad acceptandum.*

232 *Prohibitio Papæ facta Delegato ne recipiat munera, aut præmia, non est simplex monitio, sed præceptum formam tribuens.*

233 *Dictio* quatenus, *importat conditionem.*

234 *Dicta prohibitio, & pœna excommunicationis propterea imposita, quando incæperit apponi.*

235 *Si dispensatio committatur Episcopo, quomodo concipiatur prohibitio recipiendi munera, & sub qua pœna.*

236 *Differentia inter Dispensationes in forma ordinaria obtentas, & alias, quæ conceduntur,* in forma pauperum, *quoad pœnas impositas in casu receptionis munerum.*

237 *Dispensationi Pontificis dictam prohibitionem facientis non obstat consuetudo contraria licet antiqua.*

238 *Contradictio Principis interrumpit omnem consuetudinem.*

239 *Verba geminata enixam disponentis voluntatem indicant.*

240 *Verba geminata semper aliquid ultra operantur.*

241 *Reprobatur Doctrina Sanchez, & aliorum, qui docent posse Delegatum occasione dispensationis recipere aliqua esculenta, & poculenta, quæ paucis diebus consumuntur.*

242 *Dicta prohibitio Papæ comprehendit qualecumque munusculum.*

243 *Amplia, ut non possit Delegatus aliquid recipere etiam sub prætextu laboris in studendo processui examinandis testibus, & itinere faciendo pro habendis informationibus, nec ratione sigilli, aut Taxæ.*

244 *Contra dictam prohibitionem non habet locum dispositio Textus in cap.* Mulieres 2. *de Judic.*

245 *Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba Justorum.*

246 *Oratorum confessio non probat impedimentum, sed est necesse, ut Delegatus se ab aliis diligenter informet.*

247 *Amplia, ut dicta Informatio necessaria sit, quamvis impedim. & alia narrata Pontifici notoria sint.*

248 *Notorium non eget probatione.*

249 *Quando aliqua clausula non apponitur eo modo, quo Jure inest, importat conditionem, & formam.*

250 *Si delegatus dispensaret ante captas necessarias informationes, & ante verificationem narratorum, dispensatio nulla esset, & irrita.*

251 *Quod verum est, quamvis etiam si quæres veræ ne essent.*

252 *Delegatus ad conferendum Beneficium in forma* dignum, *quamvis certo sciat provisum in dicta forma esse Doctissimum, non tamen poterit ei absque examine beneficium conferre, cum id sit de forma.*

253 *Felinus fuit examinatus, & triginta argumenta solvit.*

254 *Quamvis notorium non egeat probatione veritatis facti, tamen de eo debet delegato constare, cum examen eidem imponatur pro forma.*

255 *Omnia narrata Pontifici in substantialibus, & in his, in quibus dispensatio ipsa fundata est, sunt verificanda.*

256 *Clausula* Si preces, &c. *quamvis in Literis apposita non fuisset, tamen subintelligeretur.*

257 *Narrativa ipsa est pars Gratiæ.*

258 *Sifficit, si substantialia verificentur: ita ut, quamvis clausula,* Si preces, &c. *referatur ad omnia narrata, & de narratis aliqua sint superflua, & hæc falsa sint, gratia non dicitur subreptitia, nisi agatur de præjudicio tertii.*

259 *Forma non inducitur ex omnibus verbis legis, seu rescripti, sed tantum ex his, quæ respiciunt substantiam.*

260 *In causa finali dispensationis, si error quamvis ex simplicitate, vel ignorantia Oratorum irrepsisset, gratia nulla esset.*

261 *Quamvis narrata consistant in negativa, adhuc verificanda erunt.*

262 *Pro verificatione precum, non requiritur de necessitate formalis testium examinatio, nec Judicialis cognitio, sed sufficit, quod Delegatus se diligenter informet, & in hoc differt ab examinatione causæ pro foro conscientiæ.*

263 *Pro examinatione facienda in foro conscientiæ sola partis informatio sufficit.*

264 *Dispensatio facta per habitam diligentem informationem valet, licet etiam de processu non constet.*

265 *In dispensationibus, ubi non est adversarius, qui veniat citandus, sufficit sola Judicis informatio, de qua in decreto dispensationis fidem faciat.*

266 *Dicta Informatio poterit recipi à Delegato, non solum extra suum Territorium, sed sine ordine, & figura Judicii, & testibus non receptis in forma Judiciali, nec jurantibus.*

267 *Si quis se opponeret, tunc debet citari pars, & acta redigi in scriptis.*

268 *A' quibus personis debeat Delegatus se informare, & in omnem casum suppleat Testium numerus.*

269 *Quando in his causis dispensationis res desinat esse integra.*

270 *Suscipere mandatum non est eo uti.*

271 *Quid si omnia, quæ verificanda erant, verificata fuissent per Testes, sed tamen Delegato constaret contrarium.*

272 *Ad probandum impedimenta Matrimonii potius sunt admittendi Consanguinei, & Pater, ac Mater, quam alii, quia præsumuntur magis informati.*

273 *Quid animadvertere debet Delegatus in probatione graduum Consanguinitatis.*

274 *Testes informantes debent etiam deponere de omni alio impedimento, quod inter Oratores adesset, super quo dispensatio sit facienda.*

275 *Si decem, vel plures Testes ab uno didicerint non plus probant, quam unus.*

276 *Quid si ex falsis Testibus Delegato constaret de veritate narratorum.*

277 *Quid si preces veræ sint, sed probatæ per falsos Testes.*

278 *Delegatus potest cogere quascumque personas ad suscipiendum delegationis munera, & cogere Testes ad veritatem testimonio sua manifestandum mul-*

mulctis, & excommunicatione, non tamen eos bannire, quia id esset meri Imperii.

279 *Delegatus potest punire testes, qui coram se falsum deposuissent.*

280 *Delegatus potest dictos testes punire, quamvis etiam Laici sint, vel Regulares.*

281 *Factum à delegato dicitur factum à delegante.*

282 *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.*

283 *Dicti falsi testes qua pœna sint puniendi.*

284 *Delegatus potest etiam contra suum Episcopum animadvertere, & contra partes, & alios ejus jurisdictionem turbantes.*

285 *Concessa Jurisdictione, intelligntur concessa etiam omnia ea, sine quibus ipsa Jurisdictio exerceri non posset.*

286 *Ille dicitur exequutor merus, qui post negotium plene discussum deputatur, & ideo delegatus est exequutor mixtus.*

287 *Rescripta quæcumque gratiæ habent annexam clausulam* Si preces, &c.

288 *Et talis clausula* Si preces, &c. *subintelligitur in Literis, etiam si apposita non fuerit.*

289 *Et importat conditionem.*

290 *Narrata si non verificentur, gratia subreptitia est, & nulla.*

291 *Clausula* Si preces, &c. *antequam verificata sit, nullum Jus tribuitur Oratoribus, nec in re, nec ad rem.*

292 *Omnis concessio Pontificis ad supplicationem facta est sub conditione, si narrata vera sint.*

293 *Concessio, non verificatis precibus, non meretur nomen Gratiæ, nec ullam Jurisdictionem tribuit, & propterea nec meretur exequutionem, cum nulla sit.*

294 *Papa non intendit Dispensationem concedere, nisi exposita sibi sint vera, unde defectus intentionis in concedente annullat gratiam ab initio.*

295 *Quamvis Papa intendat supplere defectum solemnitatum, non tamen supplet defectum causæ sibi expositæ.*

296 *Quo tempore narrata debeant esse vera.*

297 *Refertur una opinio, quæ ait sufficere, ut veræ sint tempore executionis.*

298 *Refertur alia opinio, quæ docet sufficere, ut narrata verificentur tempore datæ impetrationis.*

299 *Proponitur alia opinio verior.*

300 *Gratia est nulla, si Oratores Pontifici allegent falsam causam, quamvis casus evenerit, quod tempore exequutionis Ordinarii vera esset.*

301 *Nullo modo est aperienda via fraudibus, imo his intervenientibus non præsumitur Papam velle concedere.*

302 *Si causa medio tempore esset, at ante dispensationem reviviscat, valida est dispensatio.*

303 *Delegatus si non reperiret causam allegatam veram esse, at reperiret alias adesse causas, etiam urgentiores ea, quæ fuit expressa Pontifici, quamvis si expositæ fuissent facilius quidem dispensasset, non poterit dispensationem exequi.*

304 *Quando, una sola causa expressa, aliæ, quæ tacitæ fuerunt, cessant.*

305 *Conscientia est dictamen practicum rationis, cui debent actiones nostræ conformari; seu est quædam applicatio scientiæ ad actum.*

306 *Clausula* conscientiam tuam oneramus, *tacite inest commissionibus.*

307 *Dicta clausula cum tacite insit nil operatur, nisi ut censeatur remissus Juris rigor, & ut per eam dispensationis negotium censeatur remissum arbitrio boni viri.*

308 *Dicta clausula operatur, ut si à sententia commissarii appelletur, non teneatur hic deferre appellationi.*

309 *Non tenetur delegatus per dictam clausulam procedere cum Judiciali causæ cognitione.*

310 *Quando causa remittitur prudentiæ, vel judicio, vel conscientiæ Judicis, non requiritur, ut delegatus procedat cum judiciali causæ cognitione, sed sufficit extrajudicialiter, quia in causis, in quibus non est adversarius, qui veniat citandus, si conscientiæ Judicis causa committatur, sufficit sola informatio Judicis, & quamvis de processu non constet, valida erit dispensatio, si delegatus in dispensatione asserat preces fuisse veras.*

311 *Dicta clausula* conscientiam tam oneramus, *sonat potius in monitionem, & excitationem, quam in conditionem.*

312 *Dum Delegatio facta fuit dignitati, quamvis conscientia onerata sit, potest subdelegare informationes, & processum, non tamen ipsam dispensationem, quæ est nudum ministerium.*

313 *Quando nudum ministerium una cum Jurisdictione committitur, non potest nudum ministerium subdelegari, sed solum jurisdictio.*

314 *Dum in mandato dicitur* conscientiæ tuæ, arbitrio tuo, prudentiæ tuæ, &c. *cum mandatum Pontificis non sit directum Personæ, sed dignitati, tunc non erit electa industria Personæ.*

315 *Delegatus Papæ non procedit Jure proprio, sed Papæ delegantis.*

316 *Delegatus Papæ in causa sibi delegata est major Ordinario.*

317 *Delegatus non potest alterum subdelegare cum facultate, ut subdelegatus possit subdelegare.*

318 *Subdelegatus à Delegato Papæ eam omnem in causa subdelegata habet authoritatem, quam habet ipse Papa.*

319 *Sicut Delegatus Papæ non potest fines mandati excedere, sic subdelegatus ab ipso; alias nulliter aget.*

320 *Facta subdelegatione, censebitur etiam ipsi subdelegato concessa potestas recipiendi Testes, & eorum juramenta.*

321 *Si Testium receptio extra Diœcesim Officialis dispensaturi facienda sit, fieri debet ab Ordinario, cui delegatus remittit, non auctoritate propria, & Ordinaria, sed auctoritate subdelegata sibi à Delegato commissa.*

322 *Quando Delegatus absque speciali potestate sibi à Delegato tradita subdelegat, si primus delegatus moriatur, perit potestas subdelegati.*

323 *Si Delegatus delinquat in causa delegata, à quo puniri possit.*

324 *Si Oratores graventur à Delegato, debent recurrere ad delegantem.*

325 *Causæ Delegatæ non possunt subdelegari nisi personis in dignitate Ecclesiastica constitutis.*

326 *Delegatus Summi Pontificis differt à delegato inferioris Prælati, cum hic possit etiam simplices Clericos subdelegare.*

327 *Quoad simplices informationes habendas existimat auctor posse subdelegari quemcumque Sacerdotem, imo etiam simplicem Clericum in dignitate Ecclesiastica non constitutum.*

328 *Vicarius Foraneus non est dignitas.*

329 *Imo & committi poterunt hujusmodi informationes Notario juxta doctrinam Stephani Gratiani, id tamen auctor non approbat, nisi quoad Notarios Curiæ Episcopalis.*

330 *Si Testes examinandi reperirentur extra Diœcesim Delegati, adhuc extra dictam Diœcesim committi poterunt.*

331 *Delegatus non potest subdelegare, nisi postquam Literæ dispensationum sibi præsentatæ sint.*

332 *Amplia, ut nec Episcopus possit subdelegare causas sibi à Pontifice committendas.*

333 *Male faciunt, & nulliter procedunt Episcopi, qui in electione sui Vicarii illum subdelegant ad cognoscendas causas sibi à Pontifice in posterum delegandas.*

Male etiam faciunt Vicarii Generales, qui subdelegant Vicarios Foraneos ad examinandos testes, & recipiendas informationes pro verificatione narratorum Pontifici in causis dispensationum, vel aliis à Pontifice in posterum delegandis.

334 *Dictio,* tunc, *extremitatem temporis denotat, estque taxativa, & aliorum casuum exclusiva.*

335 *Attenta dictione* tunc *non poterit Delegatus ad dispensationem procedere, nisi antea fuerint adimpleta omnia, quæ in ejus mandato continentur.*

336 *Si post obtentam dispensationem ad contrahendum*

cum

cum una, quis mutato proposito contraheret cum alia, potest hac mortua, contrahere cum prima, absque alia dispensatione.

337 *Si post obtentam ab Impeditis dispensationem alter ex dispensatis votum Castitatis, vel Religionis emittat, poterit valide, quamvis illicite contrahere, nec per emissionem d. Voti censetur renunciasse dispensationi.*

338 *Ad hoc, ut post remotionem impedimenti per dispensationem factam reviviscat impedimentum, necesse est, ut renunciatio dispensationis sit ab ipso legislatore acceptata. Proponitur sententia* Sanchez, Diana, & Merolla, *quod sufficiat solum mandatum ad dispensandum fuisse impetratum, itaut si mutato proposito, cum aliis contrahant, tamen vidui effecti possint dicto mandato uti.*

339 *Contrarium existimat Auctor.*

340 *Aliud est mandatum de dispensando, per quod non removetur impedimentum, & aliud ipsa dispensatio.*

341 *Dictio* dummodo, *facit exequutorem mixtum, & conditionem importat & modum, & operatur, ut semper implendum sit id, quod sub ea disponitur, alias est nullus.*

342 *Attenta dictione* dummodo, *debet constare de adimplemento conditionis, antequam actus perficiatur.*

343 *Clausula*; dummodo Mulier propter hoc rapta non fuerit, *intelligitur de raptu, qui fieret ad effectum Matrimonii contrahendi cum ipsa rapta.*

344 *Si super impedimento dirimenti petenda esset dispensatio, & Oratrix rapta fuisset ad finem Matrimonii cum ea contrahendi, est necessarium exprimere etiam impedimentum dicti raptus.*

345 *Clausula* dummodo Mulier rapta non fuerit *quamvis in Literis apposita non fuisset, tamen subintelligeretur.*

346 *In linea inæquali Papa semper super impedimento remotiori dispensat, cum id tantum obstet Matrimonio, & super propinquiori Literas declaratorias decernit.*

347 *Clausulæ* non obstantibus, *non potest nisi à Supremo Principe apponi.*

348 *Reddit valida, & confirmat expressa.*

349 *Illis Decretis Concilii derogat, quibus expressa non derogatio.*

350 *Tollit omnia, quæ Gratiæ possunt obstare.*

351 *Non tamen derogat regulis Cancellariæ.*

352 *Neque constitutionem Conciliarem tollit.*

353 *Nec obstacula personalia.*

354 *Nec Constitutiones, & Ordinationes Apostolicas.*

355 *Nec tollit, sed solum suspendit eas Constitutiones, quæ requirunt specialem mentionem ad suas derogatorias.*

356 *Quia verba generalia clausulas derogatorias non tollunt.*

357 *Nec quæ de Jure objicerentur, removet.*

358 *Nec gratiam auget, aut supplet qualitatum necessario exprimendarum taciturnitatem, sed tantum declarat concedentis intentionem quatenus dubia sit.*

359 *Non operatur ultra narrata.*

360 *Solum restringitur ad casum expressum.*

361 *Nec per eam suppletur alius gradus, seu aliud impedimentum in supplicatione, & Literis non expressum.*

362 *Nullam super non expressis inducit dispensationem.*

363 *Si dispositio sit nulla, dicta clausula etiam nulla erit.*

364 *Sufficit ad tollendum Privilegium non clausum in corpore Juris.*

365 *Non tamen per dictam clausulam censetur derogatum Privilegiis clausis in corpore Juris. Nec censetur sublata surreptio si quæ sequuta sit.*

366 *Matrimonium non dicitur quasi Matris munus.*

367 *Mulier est in conceptu gravida, in partu dolorosa, & in lactando laboriosa.*

368 *Matrimonium fuit primo institutum ab ipso Deo in Paradiso Terrestri.*

369 *Matrimonium secundum determinationem personarum contrahentium fuit institutum in Lege Moysi* Levit. c. 2. *At secundum quod est Sacramentum repræsentans conjunctionem Christi Domini cum Ecclesia, fuit institutum in Lege nova.*

370 Matrimonium *definitur maris & fœminæ conjunctio individuam vitæ consuetudinem retinens.*

371 *Matrimonium in pari sexu consistere non potest.*

372 *Uno, eodemque tempore unus vir non potest plures uxores, nec una mulier plures maritos habere.*

373 *Matrimonium dicitur conjunctio, id est vinculum maritale, ortum ex mutua corporum traditione ritè, & legitimè facta per voluntarium animorum consensum, verbis, aut signis sufficienter expressum.*

374 *Matrimonium dicitur individuam vitæ consuetudinem, & perseverantem vitæ societatem inducens.*

375 *Matrimonium tunc dicitur publicè contrahi, quando Parochi, & Testium præsentia adest, & sunt denunciationes præmissæ, quamvis etiam in privatis domibus celebretur.*

376 *Matrimonium si coram mille personis contraheretur, ac deficeret præsentia Parochi, Clandestinum, & irritum esset.*

377 *Si qui falsò putantes aliquod* Impedimentum *dirimens inter se existere, cum dicta dubietate Matrimonium contrahant, intendendo in quantum possunt contrahere, validum erit hujusmodi Matrimonium.*

378 *Si quis fictè contraheret, & errore ductus putaret validum esse Matrimonium, tamen invalidum esset Matrimonium.*

379 *Si non Impediti Matrimonium inter se contrahant per verba de præsenti coram Parocho, & Testibus sub conditione licita, si antequam conditio impleatur copulam inter se habeant maritali affectu, dicta conditio censebitur purificata, & Matrimonium perfectum.*

380 *Hæc tamen Doctrina non probatur Auctori, quamvis auctoritatibus, quibus opinio contraria substinetur, quiescat.*

381 *Matrimonium inter Impeditos contractum sub conditione* si Papa Dispensaverit *est licitum, nec per ejus contractum sponsi incurrunt in excommunicationem* Clementinæ; eos.

382 *Egebit tamen novo consensu Dispensatione sequuta.*

383 *Ad hoc ut actus retrotrahatur, oportet, ut a principio potuerit intercedere.*

384 *Papa dum Dispensationem concedit, facultatem solummodò dat contrahendi, non autem habet ratum, quod inter parentes nulliter, vel illicitè gestum sit.*

385 *Quoties super aliquo publico Impedimento dirimenti fuerit pro utroque foro obtenta Dispensatio, requiritur novus consensus.*

386 *Excipe nisi Pontifex Dispensationem concedens licentiam etiam concederet in dicto Matrimonio permanendi.*

387 *Si Impuberes, vel Pubes cum impubere, majores septennio coram Parocho, & Testibus inter se contrahant nulliter ob defectum malitiæ, quæ ætatem non suppleat; quamvis post pubertatem copula intervenerit, & cohabitaverint, non tamen hujusmodi Matrimonium censebitur ratificatum, nisi denuò coram Parocho, & Testibus consentiant.*

388 *Si contractum fuisset publicè Matrimonium, nulliter tamen ob occultum Impedimentum, quid agere debent Conjuges.*

389 *S. Pœnitentiaria in Dispensationibus, quas committit Confessario super occultis, solet committere, ut de novo inter se secretè, ad evitanda scandala contrahant.*

390 *Simili modo servat eadem S. Pœnitentiaria, si unus ex Oratoribus cùm scientia Impedimenti aliàs occulti contraxisset.*

391 *Licet in commissione Confessario facta, ut pro foro conscientiæ sic super occulto Impedimento dispenset, ut publice, servata forma Concilii Tridentini contrahant, & modo isto dispensatum sit per Confessarium, tamen oratores adhuc poterunt secretè inter se consensum renovare.*

392 *Quamvis Confessarius non possit aliter Dispensare, quàm juxta traditam sibi formam, nihilominus facta*

facta per ipsum dispensatione possunt conjuges secreto consensum renovare, si impedimentum occultum sit.

393 *Quid facere debeant Conjuges, si Matrimonium esset nullum ob aliquod impedimentum, quod non sit dispensabile.*

394 *Quid facere debeant Conjuges, si Matrimonium sit contractum cum impedimento dispensabili.*

395 *Quid si hujusmodi impedimentum occultum sit.*

396 *Quid si impedimentum detectum, licet non sit dispensabile per Ecclesiam, possit à Conjugibus tolli.*

397 *Quamvis nullitas Matrimonii aliunde procedat, quam à defectu consensus occulto, si occultum sit impedimentum, & Matrimonium fuerit publice quoad omnes partes externas in facie Ecclesiæ contractum, adhuc poterunt Conjuges impedimento per Dispensationem sublato, secreto inter se contrahere.*

398 *Necesse non erit conjugi impedimentum ignoranti præcisam causam nullitatis Matrimonii aperire.*

399 *Quomodo se gerere debeat Conjux impedimenti conscius, si opus sit aperire Conjugi ignoranti nullitatem Matrimonii.*

400 *Quid si aperiendo dictam nullitatem scandalum timeatur.*

401 *Quid si dum à longe facta sit manifestatio impedimenti, grave scandalum timeatur ex prosequutione in ipsa manifestatione.*

402 *In casu urgentis necessitatis probabile judicatur, quod alias tale non judicaretur.*

403 *Quando ad removendum impedimentum requiritur dispensatio inter conjuges, non potest ille, qui est certus de impedimento, antequam dispensatio facta sit, petere, nec reddere, quamvis ab Ecclesia excommunicaretur, & vitæ periculum, ac gravissima scandala imminerent.*

404 *Si Matrimonium contractum fuisset cum impedimento, quod licet aliis esset occultum, tamen Parocho, & Testibus fuisset notum, esset repetendus consensus coram Parocho, & Testibus.*

405 *Si tamen Testes contractui Matrimonii adhibiti essent plures, & ex his essent duo saltem, una cum Parocho, qui impedimentum ignorarent, nulla erit opus revalidatione, quamvis cæteri Testes de Impedimento conscii essent.*

406 *Quid si Impedimenta inter Conjuges detecta plura sint, & ex his aliqua publica, & reliqua occulta.*

407 *Si Parochus, vel Ordinarius scirent impedimentum secretum, an scirent sponsos super eo dispensatos fuisse, possunt dissimulare.*

408 *At si impedimentum fuerit Parocho ab aliquo denunciatum, non potest sponsos in Matrimnoium conjungere, quamvis sciret dispensationem secreto factam.*

409 *Ad Parochum non spectat cognoscere de Impedimentis Matrimonii.*

410 *Publicato, vel Denunciato Impedimento, super quo Sponsi Dispensati fuerunt, Dispensatio redditur nulla, unde opus erit novas Literas in forma* perinde valere *Impetrare.*

411 *Quid debeat facere Ordinarius, dum ei Impedimentum occultum denunciatur, si sciat Sponsos fuisse secreto Dispensatos.*

412 *Qualis probatio sufficiat, ut Ordinarius debeat Matrimonium Sponsis interdicere.*

413 *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*

414 *Vox unius, vox nullius.*

415 *Quæ requirantur ad hoc, ut unicus Testis Impedimentum probet.*

416 *Majorem fidem facit unicus Testis cum Juramento deponens, vel sola fama, quam duo Testes, quorum alter cum Juramento de auditu, & alter de certa scientia absque Juramento deponeret.*

417 *Ad hoc, ut unicus Testis impediat, debet notitia Impedimenti sufficiens esse, ut clarum sit Impedimentum.*

418 *Sola fama de Impedimento sufficiens est ad Impediendum, ne Matrimonium contrahatur.*

419 *Excipe, nisi sit fama privata, hoc est ipsi Judici, uti privato constet.*

420 *Si Impedimentum constaret Judici uti notorium, sufficeret ad Impediendum.*

421 *Non sufficit sola fama ad Impediendum, si de contraria fama adhibeantur clariores probationes.*

422 *Ad probandum contra famam impedimenti admittitur consanguineorum Juramentum.*

423 *Si contrahere volentes jurent se non esse Consanguineos, arbitrarium erit Judici juxta personarum qualitatem hujusmodi Juramentum admittere contra eam famam.*

424 *Simplex rumor non est sufficiens ex se, sed requiritur, ut vere sit fama de impedimento.*

425 *Differunt inter se fama, & rumor.*

426 *Nullibi reperitur Jure cautum, quod rumor ex se impediat Matrimonium contrahendum.*

427 *Si impedimentum, quod proponitur, sit consanguinitatis, vel affinitatis, sufficiunt ad impediendum Matrimonium contrahendum indicia, conjecturæ, & præsumptiones impedimenti: hæc tamen qualia esse debeant remittitur arbitrio Judicis.*

428 *Sufficit unicus Testis, si de consanguinitate, vel affinitate ex certa scientia deponat, vel de auditu à majoribus suis saltem duobus ante litem motam, & referat gradus clara computatione ab utroque latere distinguendo.*

429 *Testis consanguinitatem, vel affinitatem dicens, at deponens de auditu ab uno tantum, non impedit.*

430 *Si Matrimonium fuisset jam rite contractum, requiruntur probationes concludentissimæ.*

431 *Dissolutio Matrimonii est res gravissima.*

432 *Nec duæ, nec plures præsumptiones conjunguntur ad faciendum plenam probationem ad dissolvendum Matrimonium contractum.*

433 *Ad dissolvendum Matrimonium contractum requiruntur saltem duo testes omni exceptione majores.*

434 *Parentes, & Consanguinei admittuntur ad probandam consanguinitatem, vel affinitatem, cum præsumantur melius aliis scire eorum genealogiam.*

435 *Fama non sufficit ad dirimendum Matrimonium contractum.*

436 *An confessio Conjugum de Impedimento sufficiat ad dirimendum.*

437 *Ad probandam consanguinitatem inter conjuges existentem requiruntur duodecim requisita, de quibus in Cap.* licet ex quadem 47. de Testibus.

438 *Si Parochus impedimentum sciat ex sola confessione, non potest dicta scientia uti, itaut si Sponsi instent publice pro Matrimonio contrahendo teneatur illos conjungere.*

439 *Quamvis Parochus, vel Confessarius ex sola confessione noverint impedimentum inter contrahere volentes esse primi gradus Consanguinitatis, in quo nec ab Ecclesia dispensatur, adhuc non potest ea scientia uti, sed se gerere debet, ac si impedimentum non novisset.*

440 *Si Parochus, vel Confessarius ex sola confessione impedimentum novit, an, & quando teneatur Pœnitentem admonere.*

441 *Si Confessarius in causibus, quibus dictum fuit teneri dissimulare, deprehendat ex confessione Pœnitentem, qui invincibiliter impedimentum ignorat, ex alia causa nolle debitum reddere, poterit eidem præcipere ut reddat, & si reddere recuset, non debet eum absolvere.*

442 *Si non admonere Pœnitentem de Impedimento redundaret in damnum commune, tenetur Confessarius omnino monere.*

443 *Si confessarius cognoscat Pœnitentem laborare ignorantia vincibili, & culpabili, tenetur monere.*

444 *Quid si Confessarius ex sola Confessione novisset impedimentum adesse inter contrahere volentes, & pœnitens ignorantia invincibili laboret, & scandala ex certioratione timeantur.*

345 *Quid si Pœnitens dubitans de valore Matrimonii, vel de Jure petendi debitum, & de obligatione illud reddendi, interroget Confessarium, & quomodo se gerere debeat in responso.*

446 *Quid disponat Concilium circa denunciationes faciendas, & formam Matrimonium per verba de præsenti contrahendi.*

447 *Ma-*

447 *Matrimonium celebratum in locis, in quibus Concilium non est receptum, valet non servata forma Concilii.*

448 *Licet Papa committendo Dispensationem præcipiat, ut Matrimonium celebretur servata forma Concilii, si denunciationes de licentia Ordinarii omittantur, adhuc validum, & licitum erit Matrimonium, ipsis cum dicta licentia prætermissis.*

449 *Amplia etiam quando Papa præciperet, ut Matrimonium celebraretur factis proclamationibus.*

450 *Amplia secundo; dum Delegatus dispensasset cum clausula, ut servata forma Concilii Matrimonium contraheretur, quia verba factis proclamationibus cum opponantur eo modo quo Jure inest, non important conditionem.*

451 *Forma, quæ inducta est non ad esse, sed ad bene esse, si omittatur, non vitiat actum.*

452 *Quando censeatur inducta nova forma omnino servanda.*

453 *Si Papa in rescripto diceret, ut delegatus non dispensaret, nisi prius factis denunciationibus, forma esset præscripta, & conditio Delegato imposita.*

454 *Verba* ut dispenset, *quod possint Oratores in Matrimonio remanere, non sunt necessaria, sed apposita censentur potius ad tollendum omne dubium.*

455 *Concessio principali, concessum censetur accessorium.*

456 *Si post Matrimonium bona fide contractum superveniat dubium impedimenti, quomodo se gerere debeant Conjuges.*

457 *Si Conjux sit certus de Impedimento, non potest absque culpa lethali ante dispensationem petere, nec reddere.*

458 *Conjux certus de impedimento dirimenti accedendo ad uxorem, accederet ad non suam;*

459 *Idem esset, si Conjux non omnino esset certus de impedimento, sed parum admodum dubii remaneret.*

460 *Si non sit certus de impedimento, sed probabili, & discreta credulitate Conjux arbitretur adesse, tenetur adhibere diligentiam ad vincendum dubium, & veritatem habendam, & interim tenetur reddere, sed non potest petere.*

461 *Si sit in æquali dubio potest petere, & reddere.*

462 *Amplia, ut possit in dubio petere etiam, & reddere, quamvis probabilius crederet, non valere Matrimonium, dummodo habeat opinionem probabilem ipsius valoris.*

463 *Auctor tamen id non approbat, quoad petitionem debiti ante factam diligentiam ad vincendum dubium.*

464 *Facta diligentia, si non vincatur dubium, potest dici Conjugem esse possessorem bonæ fidei, cui licet rem, de qua dubitat, non solum detinere, sed ea uti.*

465 *In dubio melior est conditio possidentis.*

466 *Quamvis ex levi credulitate conjux de Impedimento dubitet, non tamen potest licite petere, nec reddere, nisi scrupulum deponat.*

467 *An Conjux dubitans teneatur, ac possit intra primum Bimestre ante consummatum Matrimonium reddere.*

468 *Quid si post Matrimonium bona fide contractum, utrique Conjugi superveniat dubium.*

469 *Ut Conjux, qui de valore Matrimonii dubitat, possit alterum, qui non dubitat, suo Jure spoliare, oportet ut ille certus sit rem non esse conjugis in bona fide existentis.*

470 *Si post adhibitam sufficientem diligentiam Conjuges non possint vincere dubium, & Impedimentum detegere, poterit uterque depositio dubio petere, & reddere*

471 *Quæ dicta sunt circa dubium, quod post contractum bona fide Matrimonium Conjugibus supervenit, adaptantur, & locum habent eo etiam casu, quo Conjuges mala fide idem Matrimonium contraxerint.*

472 *Conjux, qui de valore Matrimonii non dubitat, non tenetur credere alteri Conjugi impedimentum affirmanti, nisi urgentibus conjecturis convincantur ad credendum.*

473 *Si Conjux ab altero Impedimentum affirmante convincatur, & credat, non poterit ante adhibitam diligentiam ad vincendum dubium petere, nec reddere.*

474 *Quæ, ac quales conjecturæ sint urgentes ad convincendum.*

475 *Clausula* libere, & licite, *quomodo sit intelligenda.*

476 *Dictio* libere, *quid significet.*

477 *Dictio* licite, *quomodo debeat intelligi.*

478 *Papa dum concedit Auctoritate Apostolica, dicitur concedere nomine Dignitatis, & non Personæ.*

479 *Verba* Auctoritate nostra, *quando conjunguntur cum verbo* concedimus facultatem *non faciunt Jurisdictionem delegatam.*

480 *Quando verba* Auctoritate nostra *junguntur potestati aliquid faciendi, faciunt delegatum etiam quoad ea, quæ Ordinario ex sua Ordinaria Jurisdictione competunt.*

481 *Dispensatio facta à Delegato Papæ facta censetur ab ipso Papa.*

482 *Impedimenta Matrimonii, iis exceptis, quæ obstant de Jure Divino, vel naturali, ex Canonibus Pontificiis proveniunt.*

483 *Multis modis extinguitur Matrimonialis Dispensatio pro foro externo concessa; nempe, Morte dispensati, Morte Concedentis, quoad exequutorem voluntarium nondum completo effectu; Renunciatione per Dispensatum facta, & per Legislatorem acceptata; Revocatione à Legislatore facta ante effectum consummatum: Defectu intentionis, vel potestatis in concedente: & inhabilitate impetrantis.*

484 *Ad hoc ut hi, qui Literas, ac mandatum de dispensando obtinuerunt, possint Matrimonium contrahere, necesse est Dispensati sint. Aliud enim est mandatum de Dispensando, & aliud est ipsa Dispensatio.*

485 *Dispensatio Matrimonialis fieri potest extra Diœcesim dispensantis.*

486 *Si Delegatus dubitans de validitate literarum pro foro externo obtentarum dispensare recusaret, posset eo mortuo, vel ab officio remoto successor adiri.*

487 *Si Delegatus pronunciet literas esse subreptitias, vel obreptitias, & propterea non exequendas, tunc nec ipse, nec successor poterunt se ulterius ingerere, quamvis postea re melius cognita sic per errorem pronunciasse cognosceretur.*

488 *Si delegatus pronunciaverit se non habere jurisdictionem, non poterit etiam de consensu partium reassumere causam.*

489 *Delegatus differt ab Ordinario, cui permittitur retractatio, eo quia Jure proprio judicat.*

490 *Delegatus differt etiam à Confessario, & Delegato pro solo conscientiæ foro, qui suam sententiam retractare, & revocare potest.*

491 *Quamvis non possit Delegatus pro utroque foro se retractare, ut diximus, si tamen facta dispensatione cognosceret se fuisse deceptum, poterit non ut Delegatus, sed uti loci Ordinarius impedire, ne Matrimonium contrahatur, vel si contractum sit, operari, ut separetur.*

492 *Si in mandato duo diversa contineantur v. gr. dispensandi facultas super impedimento, & prolem legitimandi, si, dum dispensaverit, non legitimavit prolem, poterit quandocumque eam legitimare.*

493 *Amplia, ut legitimare possit etiam ejus in officio successor.*

394 *Delegatus potest iterum sententiam ferre, quando tulisset sententiam nulliter ex defectu formæ per eum non servatæ.*

495 *Non potest Ordinarius se intromittere in cognitione Dispensationis à Delegato factæ, nisi surreptio esset evidens, vel ex confessione partis, vel ex tenore Bullæ præsentatæ, licet ei directa non sit.*

496 *Quando commissio est personalis, quamvis illa persona esset in dignitate Ecclesiastica constituta, si Delegatus moriatur, Delegatio finit, tam si res integra sit, quam non; sed si est realis non expiravit,*

ravit, sed mortua persona, quæ dignitate potitur, vel ab officio remota, transit in successorem, sive res sit integra, sive non.

497 *Officium Vicarii remanet in successore.*

498 *Quando dicatur res esse integra, & quando non.*

499 *Delegatio facta uni personæ duas Dignitates eodem tempore possidenti, si postea dicta persona mortua, hæ dignitates duabus personis conferantur, transibit in utramque.*

500 *Si commissio facta fuisset duabus dignitatibus, & mortua persona, quæ alteram ex his Dignitatibus possidet, superstes aliam ex dispensatione impetraret, poterit is solus commissionem exequi.*

501 *Dispensatio pure, & simpliciter facta non expirat morte concedentis etiam re integra.*

502 *Ampliatur dicta doctrina primo, quamvis dispensationis effectus nondum fuerit consummatus: secundo, quamvis etiam tempore mortis Pontificis concedentis dispensatio non fuerit ab ipso dispensato acceptata; tertio, quamvis etiam Literæ adhuc confectæ non fuerint.*

503 *Quomodo dignoscatur, an gratia sit facta, vel facienda.*

504 *An Gratia facta ad instantiam delegati dispensaturi, morte concedentis expiret.*

505 *Cessat dispensandi potestas morte Pontificis concedentis, quando exequutor sit voluntarius.*

506 *Si potestas dispensandi cum expressis personis concessa sit cum mandato absoluto, quo exequutori præcipiatur, ut, si preces veritate niti repererit, dispenset, & preces veræ sint, non expirat morte concedentis.*

507 *Quæ sit ratio differentiæ inter primam, & secundam commissionem.*

508 *Dispensationes, quæ à Legatis Apostolicis, vel à Summo Pœnitentiario expediuntur, non expirant morte Papæ etiam re integra, quia neutrum officium morte Papæ expirat.*

509 *Delegatus in exequenda dispensatione sibi commissa non potest imponere mulctas Dispensatis.*

510 *Delegatus dispensando non potest ex contractu ad pecuniarum mulctam dispensatum obligare, alias redoleret simoniam.*

511 *Solus Legislator posset dispensando mulctas imponere eo casu, quo dispensatio debita non esset.*

512 *Dispensatio Matrimonialis finit unico actu.*

513 *Dispensatio facta super Voto Castitatis, vel Religionis ad effectum Matrimonii contrahendi, non finitur primo actu, nisi cum limitatione facta sit.*

514 *Si ab Episcopo in aliquo urgenti casu dispensatum sit super aliquo Voto, alias Papæ reservato, dispensatio ultra illum casum non extenditur.*

515 *Episcopus in tantum potest super impedimentis dirimentibus dispensare, in quantum necesse sit ad subveniendum alicui præcisæ, & urgenti necessitati.*

516 *Si adimpleta sint omnia, quæ verificanda sunt, nec scandala timeantur, & tamen ab ipso delegato dispensatio injuste denegetur, poterunt Oratores appellari ad Sanctissimum, quia eo casu dispensatio debita est.*

517 *Dispensatio Matrimonialis si ab ipso Legislatore revocetur, antequam sit adimpletus effectus, ad quem concessa fuerat, valida erit revocatio.*

518 *Sicut dispensans eximit subditum ab obligatione legis dispensatione mediante, ita potest per dispensationis revocationem eidem obligationi illum denuo subjicere, quia utitur jure suo.*

519 *Si Pontifex absque justa causa dispensationem revocaret, illicite ageret, & teneretur restituere pecunias pro dispensatione erogatas.*

520 *Si inferior in lege superioris dispenset, non poterit dispensationem absque justa causa valide, nec licite revocare.*

521 *Nec major Pœnitentiarius Papæ poterit ad libitum dispensationem revocare, quia non dispensat auctoritate ordinaria, sed auctoritate Pontificis.*

522 *Si post factam dispensationem jam contractum sit valide Matrimonium, Pontifex non potest dispensationem revocare, cum res non sit adhuc integra.*

523 *Quando effectus dispensationis est dispensabilis, cessante causa, pro qua concessa fuit, cessabit dispensatio.*

524 *Si antequam dispensatio fuerit exequutioni demandata, ei à dispensato renuncietur, & ea renunciatio sit à Legislatore acceptata, non præjudicat dispensato.*

525 *Amplia, ut nec dicta renunciatio vires amittat, quamvis dispensatus literas laceraſſet.*

526 *Ad hoc, ut renunciatio habet effectum, requiritur, ut Legislator illam acceptet, quæ si acceptetur, invalidabitur Dispensatio.*

527 *Intellige, ut dispensatio invalidetur si ab ipsomet Legislatore renunciatio acceptetur, non autem à delegato, qui nomine Summi Pontificis dispensavit.*

528 *Mutatio voluntatis non præsumitur.*

529 *Maxima differentia est inter dispensationes, quæ fiunt in Lege, & alias, quæ fiunt in Voto, & Juramento.*

530 *Si quis renunciet Dispensationi factæ super Voto, vel Juramento nova egebit dispensatione.*

531 *Si dispensatio non fuisset perfecte concessa, ut si fuisset à Pontifice factum mandatum, sed nondum fuisset à delegato exequutum, quamvis pluries dicto mandato renuncietur, nihilominus poterit dispensandus mutata voluntate dispensationem accipere, eaque uti.*

532 *Dispensatio est valida, quamvis ob metum facta sit, dummodo adfuerit intentio dispensandi.*

533 *Gesta per metum valida sunt, exceptis casibus à Jure expressis.*

534 *Quamvis fuerit commissa dispensatio à Pontifice, poterit nihilominus ei renunciari, & Episcopus adiri, ut sua auctoritate ordinaria dispenset in casibus, in quibus potest in aliquo impedimento dispensare, ut v. gr. in Voto pœnali castitatis.*

535 *Facta in Gratiam alicujus non debent in ejus damnum retorqueri.*

536 *Potest Episcopus dispensare in casu, de quo supra, quamvis vigore commissionis Pontificiæ Ordinarius, vel Confessor dispensasset.*

537 *Quamvis Episcopus, vel alius dispensare potens recusasset, & dispensandum ad Pontificem remisisset, qui dispensationem commisisset, adhuc poterit Episcopus, vel alius dispensare potens adiri, si dictæ commissioni Pontificiæ renuncietur.*

538 *Si mandatum Pontificis non potuisset habere effectum, quoad dispensationem, propter supervenientem mortem alterius ex Oratoribus, vel aliud justum impedimentum, poterit nihilominus habere effectum, quoad legitimationem prolis, quamvis Parentes, qui mandatum Pontificis obtinuerunt, mortui sint, etiam in præjudicium venientium ab intestato.*

539 *Facultas legitimandi prolem conceditur tantum in favorem Matrimonii, & aliter Papa non solet concedere; unde si ex culpa Oratorum Matrimonium non fuisset contractum, non valebit legitimatio post mortem Parentum facta in præjudicium Tertii.*

540 *Multæ species illegitimorum in Jure traduntur.*

541 *Qui Illegitimi dicantur.*

542 *Qui Spurii.*

543 *Spurii, seu varii per subsequens Matrimonium non legitimantur.*

544 *Qui dicantur vulgo Concepti.*

545 *Qui dicantur Manzeres.*

546 *Qui Incestuosi sint.*

547 *Qui Nepharii.*

548 *Qui Adulterini.*

549 *Qui Sacrilegi.*

550 *Regulariter ad dignoscendum qualitatem illegitimitatis, attenditur qualitas Matris, quia si ex Clerico, & soluta nati sint, dicuntur Spurii; si ex Sacerdote, & Muliere nupta, dicuntur Adulterini: si ex Matre Religiosa Professa, & Deo dicata, vocantur Sacrilegi.*

551 *Excipiuntur à dicta generali Regula filii nati ex soluta, & Monacho Professo, quia quamvis Mater soluta sit, dicuntur Sacrilegi.*

552 *Qui*

552 *Qui dicantur Nothi.*
553 *Hibridæ.*
554 *Baſtardi unde dicantur, & qui dicantur Baſtardi.*
555 *Potens ex privilegio legitimare Adulterinum, & Inceſtuoſum, an poſſit legitimare eum, qui utroque vitio laborat.*
556 *Si poteſtas Diſpenſandi, vel legitimandi ſit generaliter conceſſa non expreſſis perſonis quibuſcum Diſpenſatio, ſeu legitimatio faciendæ ſunt, late interpretanda eſt, & conſequenter in favorabilibus mixtum comprehenditur in ſimplici: At ſi fuerunt expreſſa nomina debet ſtrictè intelligi.*
557 *In odioſis mixtum non comprehenditur in ſimplici.*
558 *Clauſula* Volumus autem *, eſt fons, & radix omnium Diſpenſationum.*
559 *Dictio* autem *eſt adverſativa.*
560 *Verba geminata operantur ultra ſolitum, & magis enixam Papæ voluntatem demonſtrant.*
561 *Verba geminata omnem dubietatem tollunt.*
562 *Reſcripta Papæ in ea parte, qua prohibetur Delegato receptio munerum diverſimode concipiuntur, ſi Literæ fiant in forma Pauperum, ab aliis, quæ conceduntur in forma ordinaria.*
563 *Data eſt in omnibus ſcripturis neceſſario apponenda, aliàs carent fide, & probatione.*
564 *A tempore datæ Gratia initium ſumit, & ejus tempus circa validitatem, vel invaliditatem Gratiæ ſemper attenditur.*
565 *Triplex data in reſcriptis Apoſtolicis deſcribitur, quæ tamen idem tempus demonſtrat, & declaratur, ut infra.*
566 *Officialis primæ datæ ſtatim, ac eſt ſignata Supplicatio, ſignat in calce Supplicationis parvam datam, & quare dicatur parva. Per dictam datam actus non ſit perfectus.*
567 *Secunda data apponitur à D. Datario.*
568 *Ad D. Datarium ſpectat Datare omnes Supplicationes tam Gratiæ, quam Juſtitiæ.*
569 *Mortuo Pontifice expirat Officium D. Datarii, qui propterea tenetur omnes Supplicationes tam Gratiæ, quam Juſtitiæ, quæ tempore obitus Pontificis penes ipſum, & ejus Officiales Datariæ reperiuntur, ſtatim conſignare Collegio Cardinalium ſub ſigillo clauſas futuro Pontifici reſervandas.*
570 *Tertia data latius extenditur.*
571 *Roma eſt communis patria, & caput omnium Nationum, & propria Sedes Summorum Pontificum.*
572 *Romæ divinitus Apoſtolica Sedes ordinata fuit.*
573 *Licet Petrus ſedem primùm conſtituerit Antiochiæ: poſt ſeptennium tamen anno ſecundo Claudii Imperatoris Romam tranſtulit.*
574 *Romanus Epiſcopatus fuit ſemper inſeparabiliter connexus Pontificatui maximo.*
575 *Clemens V. & ſucceſſores in Gallia per annos ſeptuaginta ob perſequutiones habitas fuerunt commorati.*
576 *Juſſu D. N. Jeſu Chriſti Apoſtolica Sedes Romæ fixa fuit.*
577 *Sancta Sedes Apoſtolica non poteſt alio transferri ex quacumque cauſa, præterquam Divinæ revelationis: ut opinantur Doctores citati.*
578 *Populus Romanus, Leonis Iſauri, & Græcorum jugo excuſſo, Civitatem Romano Pontifici ſubjecit.*
579 *Si Papa reſideat in Palatio Vaticano data Literarum inſcribitur apud S. Petrum; ſi in Monte Quirinali (vulgo* Monte Cavallo *dicitur) Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſi in Villa Tuſculana, (vulgo* Fraſcati *dicitur:) Datum Tuſculi; ſi in Arce Gandulphi, dicitur: Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſis.*
580 *Ubicumque eſt Papa, eſt Roma.*
581 *Variæ ſupputationes annorum, & temporum, apud varias Mundi nationes recenſentur.*
582 *Eccleſia Catholica ab Incarnatione Dominica potius, quam à creatione Mundi annum incipit, tum ob inſigne noſtræ Redemptionis beneficium, tum quia inde incæpit ſexta ætas Mundi duratura uſque ad finem ſæculi.*
583 *Annus de ſtylo Curiæ Romanæ, incipit currere ab 8. Cal. Aprilis, quæ eſt dies 25. Martii.*
584 *Anno Romano, quo nos modò utimur, uſa eſt Romanorum Reſpublica ab Imperio Julii Cæſaris.*
585 *Romulus ex decem menſibus conſtituerat annum Solarem; Numa conſtituit ex duodecim, ſed adeo confuſe, & imperfectè, ut neceſſe fuerit à dicto Julio Cæſare immutari.*
586 *Anno Solari uſa ſemper eſt Eccleſia Chriſti, & totus fere Orbis.*
587 *Dictiones Numerales de ſtylo Cancellariæ Apoſtolicæ, quomodo ſcribantur in Literis Apoſtolicis, quæ ſub plumbo expediuntur.*
588 *Quomodo de ſtylo deſcribi ſoleat data in Literis, quæ in forma Brevis expediuntur.*
589 *Literæ Apoſtolicæ contra ſtylum confectæ, ſunt de falſo ſuſpectæ.*
590 *Nomen Pontificis, & Annus ejus Pontificatus ſunt de eſſentia Datæ.*
591 *Annus Pontificatus incipit à die Conſecrationis, & Coronationis Pontificis, quia de conſuetudine Papa non ſcribit Pontificatum in Data ante eamdem Conſecrationem, & Coronationem, ſed dicit ſuſcepti à Nobis Apoſtolatus Officii Anno Primo.*
592 *Papa de Jure ex ſola electione legitimè facta abſque alia Confirmatione plenam adminiſtrationem conſequitur.*
593 *Quare Annus Pontificatus ſcribatur immediatè poſt Annum Dominicæ Incarnationis.*
594 *Literæ Apoſtolicæ abſque Plumbo appenſo non probant.*
595 *Per appoſitionem Plumbi Literæ cenſentur expeditæ.*
596 *Sigillum authenticat Scripturam.*
597 *Quamvis in Numiſmatibus Pontificiis Petrus ſit à dextris, & Paulus à ſiniſtris, tamen in Plumbo Literis appoſito Petrus collocatur à ſiniſtris, & Paulus à dextris; & quæ ſit ratio.*
598 *Si præhabita diligenti Informatione Delegatus bona fide declaret preces eſſe veras, & diſpenſet, ſententia iſta, quamvis forte injuſta eſſet, tamen eſt valida.*
599 *Pro Delegato, quod rite & rectè ſuum munus expleverit, eſt præſumptio.*
600 *Per declarationem factam à Delegato, quod preces veras compererit, probatur Literarum juſtificatio.*
601 *Si Reſcriptum à principio fuit ſubreptitium dolo, vel fraude, vel ſi Teſtes pro informatione inducti fuerunt corrupti, Diſpenſatio facta corruit, & eſt invalida hujuſmodi ſubreptione, ſeu corruptione detecta.*
602 *Licet Delegatus, cui commiſſa eſt Diſpenſatio, cognoſcat Gratiam per Oratores à Pontifice obtentam aliquo vitio ſubreptionis, vel obreptionis laborare, non tamen poterit aliquid contra ipſius Gratiæ ſubſtantiam decernere.*
603 *Cognitio validitatis Literarum Apoſtolicarum ſpectat ad ipſum ſolum Pontificem, qui conceſſit.*
604 *Quamvis non poſſit Delegatus cognoſcere de validitate, vel invaliditate Literarum Apoſtolicarum, ſi tamen cognoſcat illas ſubreptionis, vel obreptionis vitio laborare, debebit ab exequutione earundem abſtinere.*
605 *Oratores, qui cum ignorantia Impedimenti, bona fide, Matrimonium inter ſe contraxerunt, quamvis non ſubijciantur pœnis* Clementinæ, Eos, *&c. quæ ignorantes non afficit, ſubijciuntur tamen pœnis intrinſecis, nempe nullitatis Matrimonii.*

DElegatus, cui mandatum de diſpenſando fuit à Pontifice commiſſum, nullam, quoad exercitium, habet Juriſdictionem: priuſquam ipſæ Literæ Apoſtolicæ ſibi præſentatæ ſint: licet enim ipſa die datæ Literarum recipiat Juriſdictionem in habitu, nullo tamen modo ea ſibi competit in actu, & exercitio ante illarum præſentationem, patet *cap. ſuper eo il* 12. 2. *de Appellat. in fine, cap. Paſtoralis* 14. *de reſcriptis*; & docent Bellarm. *dec.* 110. *n.* 12. Achilles de Graſſis *deciſ.* 53. *alias* 2. *de offic. Delegati num.* 1. & 2. Carolus de Graſſis *de eff. Cleric. effectu pr. nu.* 36. Stephanus Gratianus

tianus *discept. forens. capit.* 170. *num.* 20. Tusch. *concluſ.* 435. *num.* 1. *lit. I.* Lælius Altograd. *conſ. primo num.* 51. *lib.* 1. Crescentius *deciſ.* 13. *alias* 197. *de conceſſ. Præbendæ*; Garcia *de benef. part.* 6. *capit.* 2. *num.* 8. Auguſtinus Barboſa *in votis Canonic. libr.* 2. *voto* 47. *n.* 163. Melchior Lotherius *de re Benef. libr.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 32. Thomas Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 29. *num.* 10. Alexander Sperellius *deciſ.* 3 85. *n.* 31. Seraphinus *deciſ.* 1010. *n.* 2. nec ſufficit, quod ſciat delegationem in ſe factam fuiſſe; Lotherius *d. lib. pr. quæſt.* 40. *num.* 27. Vis namque ipſius 4 Delegationis non ſtat in ſcientia, ſeu ignorantia Delegationis, ſed in illa reali Literarum productione; Lotherius *l. c.* immo nec ſufficiet ſi exempla commiſſionis exhibeantur, quia requiritur, ut originaliter exhibeantur, cum debeat Delegatus eſſe certus de ſua Juriſdictione; Achilles de Graſſ. *deciſ.* 2. *alias* 53. 5 *num.* 3. *de off. Delegati*; Hieronymus Palma *conſ.* 57. *num.* 18. Pariſ. *de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 8. *numer.* 12. Tuſchus *concluſ.* 435. *nu.* 9. Fragoſius *Regim. Chriſt. Reip. par.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *nu.* 142. Coccinus *deciſ.* 6 322. *numer.* 1. nec refert, quod procedat ut Delegatus, quia cum Juriſdictio ſit qualitas, quæ naturaliter homini non inſit; Fragoſius *l. cit. num.* 143. niſi certus ſit de Juriſdictione, nihil agit; Didacus Ludovicus de Lima *in addit. ad Molina de Primog. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 68. ita etiam Salgado *de Regia protect. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 22. penes ipſum; quia cum cauſa efficiens Diſpenſationis ſit ipſe Papa, & ipſa gratia non poſſit aliter quam per reſcriptum probari, neceſſe eſt, ut hujuſmodi reſcriptum in medium proferatur, alias impoſſibile eſt, ut dicatur conſtare de commiſſione Pontificis, ut bene animadvertit Lotherius *dict. lib.* 1. *quæſt.* 37. *numer.* 50. & propterea omnia Acta facta per Delegatum poſt datam Litera- 7 rum, ſed ante illarum præſentationem, eſſe nulla, & irrita, nec per illarum ſubſequutam præſentationem convalidari, aperte docent Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 29. *numer.* 10. & Ventriglia *in praxi annotat.* 38. §. 8 *Unico num.* 1. quamvis etiam nullus defectum Juriſdictionis opponat; Rota *deciſ.* 9. *num.* 1. *part.* 4. *re-* 9 *cent.* immo nec ipſi Delegato credendum eſt, ſi aſſerat quidem ſe Delegatum, ſed de Delegatione non doceat; Carolus de Graſſis *de effect. Cleric. effect. pr. n.* 35. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1405. *n.* 17. Fragoſius *l. c. n.* 145. excipe niſi ſit Cardinalis, vel Pœnitentia- 10 rius Papæ, ſeu in excelſa Dignitate conſtitutus; Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 17. *à n.* 17. *uſque ad n.* 20. vel niſi 11 agatur in foro conſcientiæ, in quo Confeſſario, & cuicumque timorato viro teſtanti de Delegatione in ſe facta, credendum eſt; Sanchez *l. c. n.* 22. Unde ſi 12 obtento jam mandato ad diſpenſandum ſuper impedimento dirimenti, Oratores illo non præſentato, nec legitime exequuto, Matrimonium contrahant, irrite quidem, & nulliter agent, & nova egebunt diſpenſatione; Pirrhus Corrad. *in praxi diſpenſ. Apoſt. lib.* 8. *capit.* 1. *numer.* 44. & adeſt diſpoſitio Concilii Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *poſt Canones*, ubi decernitur diſpenſationes Matrimoniales nullum ſortiri effectum ante factam ab Ordinario cognitionem; & propterea Oratores ſic contrahendo novum Impedimentum contrahunt, quod eſt neceſſario explicandum, cum ex diſpoſitione Concilii *ſeſſ.* 24. *cap.* 5. debeant carere ſpe Diſpenſationis, ſi ſcienter intra gradus prohibitos Matrimonium contrahere, & eo magis ſi conſummare præſumpſerint, vide quæ diximus cap. 4.

Præſentatis itaque Delegato originalibus Literis Apoſtolicis, debet Delegatus in primis illas diligenter 13 conſiderare, ut ſibi conſtet, eas non continere Clauſulas inſolitas, quia tunc eſſent ſuſpectæ de falſo; Gonzales *ad Reg.* 8. *Cancell. Gloſſa* 36. *num.* 86. Barboſa *in Votis Canonicis*, *voto* 17. *numer.* 151. *libr.* 2. Balthaſſar de Tomaſis *prima Decade*, Rota inter impreſſas poſt ſecundum volumen conſil. Farinacii *dec.* 68. *n.* 3. Molfet. *tom.* 2. *in Proœmio quæſt.* 18. *num.* 5. 14 at ſi deprehendat illas eſſe juxta ſtylum Romanæ Curiæ confectas, ſolitoque Plumbo, & Cordulis munitas, tunc dicuntur expeditæ, & cenſentur authenticæ Literæ Papæ; Riccius *in praxi fori Eccleſ. reſol.* 218. *numer.* 1. Lotherius *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 11. Pariſ. *de Reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 18. Rota coram Durano *deciſ.* 324. *num.* 7. Rota *deciſ.* 68. *num.* 8. *part.* 3. *recent.* & ſunt originales; Rubeus *dec.* 103. *numer.* 4. *tom.* 2. & æquiparantur inſtrumento publico; Gomez *in Regul. de Public. reſignat. quæſt.* 9. *Littera C.* imo Bulla dicitur ipſum Sigillum, & Plumbum pendens; Riccius *l. c. n.* 2. & 15 abſque illo Sigillo non probant, *Cap. licet* 5. *de crim. falſi*; Marcus Paulus Leo *in Praxi Sacræ Pœnitent.* 16 *part.* 2. poſt impedimenta dirimentia, *verſ. imo* Bulla, *pag. mihi* 240.

Excipe tamen Literas in forma brevis à Secretaria 17 Apoſtolica expeditas, quia licet Plumbatæ non ſint, tamen proprie, & vere literæ Apoſtolicæ ſunt, prout aliæ, quæ ſub Plumbo expediuntur? Gomez *tract. de Brevib. à num.* 5. Lotherius *de re benef. libr.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 59. Quod ſi Literæ non ſint ſtylo Romanæ 18 Curiæ conformes, ſunt ſuſpectæ de falſo; *Cap. quam gravi* 6. *de crimin. falſi*; Maſcard. *de probat. concluſ.* 1269. *num.* 3. & 4. *& concluſ.* 1341. *num.* 28. Barb. *in Votis canonicis libr.* 2. *voto* 25. *num.* 58. Mandoſ. *Reg. de Infirm. quæſt.* 16. *num.* 8. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Canc. Gloſſa* 36. *numer.* 86. niſi appareant correctæ 19 auctoritate Domini Regentis Cancellariæ Apoſtolicæ; qui dum caſus evenit, ut Literæ correctione indigeant, poſt correctionem inſcribere ſolet in ſuperiori Capite Literarum *Corrige in Regiſtro. Prout jacet, N. Regens*, & in inferiori parte, in plica ipſarum Literarum, verſus dexteram partem, inſcribitur, ut infra; *Correcta per me N. Regiſtri Magiſtrum*, & ita ſe habet notorius Curiæ ſtylus, qui ſtylus declarat mentem Papæ; Mandoſ. *ad Reg. Cancell. in proœmio quæſt.* 2. *num.* 3. Lotherius *lib.* 2. *quæſt.* 40. *numer.* 69. & ab ipſo ſtylo reſcripta Papæ recipiunt interpre- 21 tationem; Vivianus *de Jure Patronatus lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 28. cum faciat Jus, ſitque pro lege ſervan- 22 dus; Garz. *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 23. Barboſa *in praxi exigendi penſionem*, *part.* 1. *quæſt.* 5. *nu.* 16. Pariſ. *de reſignat. tom.* 2. *lib.* 10. *quæſt.* 2. *n.* 17. Diana *part.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 136. Hieronymus Palma *conſ.* 17. *num.* 23 20. unde ſi Literæ contineant Clauſulas inſolitas, redduntur ſuſpectæ de falſo, ut diximus; idque verum eſt, quamvis etiam appareant motu proprio conceſſæ, quia non præſumuntur à Papa emanatæ; Maſcard. *l. c. n.* 5.

Si Literæ præſentatæ ſint conformes dicto ſtylo, & 24 careant ſuſpicione, conſideret Delegatus illarum tenorem, & formam ſibi in eo præſcriptam, illamque omnino ſervet, alias diſpenſatio per eum facta irrita erit, & nulla, quia cum omnia reſcripta Papæ ſint de forma; Garc. *de benef. part.* 6. *cap.* 3. *nu.* 40. Barboſa *in votis Canonicis lib.* 1. *vot.* 5. *num.* 16. ſintque ſtricti Juris, & ſtrictiſſime intelligenda; Rota 25 coram Pœnia *deciſ.* 415. *nu.* 4. Cæphalus *conſ.* 338. *n.* 12. *tom.* 3. Corneus *conſ.* 216. *n.* 5. *vol.* 1. *& conſ.* 163. *num.* 2. *tom.* 2. Lælius Altograd. *conſ.* 71. *nu.* 35. *lib.* 2. Ludovicus Poſtius *reſol.* 71. *num.* 33. *& reſol.* 125. *n.* 43. Fragoſius *Reg. Chriſt. Reip. part. prim. lib.* 4. *diſp.* 10. *n.* 108. Merlinus *deciſ. Rotæ Lucanæ deciſ.* 96. *n.* 97. eſt eorum forma ad unguem ſervanda; Barboſa *in votis Canonic. lib.* 1. *voto* 5. *d. nu.* 16. Reſponſa Marantæ *reſp.* 24. *nu.* 15. *tom.* 2. Garcia *l. c.* nec poteſt hoc caſu per æquipollens adimpleri; Ro- 26 ta *dec.* 671. *n.* 2. *part.* 1. *recent.* Rota coram Cavalerio *dec.* 612. *numer.* 18. Rota coram Durano *dec.* 218. *numer.* 2. Franciſcus Merlin. *deciſ. Rotæ Lucanæ dec.* 51. *numer.* 6. Paitell. *expedit. cauſ. civil. expedit.* 55. *nu.* 18. Hieronymus Palma *conſ.* 57. Sanchez 27 *lib.* 2. *diſp.* 11. *num.* 19. Ludovic. Cenc. *de cenſib. quæſt.* 9. *n.* 12. *& quæſt.* 48. *n.* 36. itaut Delegatus fines ſui mandati egrediendo, committat delictum; Rota coram Merlino *deciſ.* 17. *n.* 1. Et cum nullam De- 28 legatus habeat Juriſdictionem, niſi in his, quæ habet in mandato præciſe expreſſa *capit. Cura olim el. primo de offic. Delegat.* Farinacc. *conſil. crimin. libr.* 1. *conſ.* 89. *n.* 1. Tuſch. *concluſ.* 434. *n.* 4. *lit. I. & nos alibi diximus*, immo in ipſo mandato tota ejus Juriſdictio radicetur; Rota coram Pœnia *deciſ.* 72. *num.* 4. Lelius Altograd. *d. conſ.* 71. *num.* 35. d. Merlinus *dec. dicta* 96. *nu.* 6. quicquid præter illa decernit, & exe- 29 quitur,

quitur, est nullum defectu Jurisdictionis; Rota coram Pœnia *decis.* 339. *num.* 5. Gabriel *cons.* 149. *num.* 38. *tom.* 2. Franc. Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 4. *dub.* 27. *n.* 281. Hieronymus Palma *cons.* 82. *n.* 51. Rodriguez *in summa to.* 1. *c.* 235. *n.* 7. Farinacius *lib.* 1. *cons.* 89. *num.* 8. Merlinus *l. c. n.* 98. P. Leo *in praxi Sacræ Pœnitentiariæ part.* 2. Ubi de Oratoribus, qui nondum receptis literis, &c. *vers. animadvertat, pagin. mihi* 311. Rota in novissimis, *decis.* 344. *numer.* 13. Paulus Laymanus *Theol. mor. lib.* 1. *tract.* 4. *capit.* 22. *num.* 11. *in princip.* Ludovis. *dec.* 1. *numer.* 1. & *dec.* 518. *n.* 2. Stephanus Gratian. *discept. forens. cap.* 961. *n.* 10. & *cap.* 965. *n.* 18. Menochius *cons.* 442. *n.* 65. *vol.* 5. Rota *dec.* 624. *n.* 1. & 2. *par.* 1. *recent.* Caputaquens. *dec.* 145. *n.* 9. *part.* 2. Rota *decis.* 226. *n.* 1. *part.* 1. *divers.* Rota in novis. *dec.* 204. *nu.* 8.

30 coram virili, qui defectus est omnino insanabilis; Paulus Rubeus *dec.* 578. *n.* 3. Caputaquens. *dec.* 34. *numer.* 2. *part.* 3. Flammin. Paris. *de resignat. libr.* 9. *quæst.* 24. *n.* 11. & *de confid. quæst.* 79. *num.* 24. Rota *dec.* 295. *n.* 7. *part.* 7. *recent.* imo, deficiente forma,

31 deficit actus *cap. Cum dilecta* 22. *de reser.* Barbosa *in votis canonicis lib.* 1. *voto* 15. *n.* 22. Gonzalez *Gloss.* 4. *n.* 137. Resp. Marantæ *resp.* 32. *n.* 74. *par.* 3. Rota coram Merlino *dec.* 746. *num.* 2. Rutilius Paitellus *expedit. caus. civil. expedit.* 35. *nu.* 18. Farinacc.

32 *cons. crim. lib.* 1. *cons.* 81. *n.* 3. ejus enim omissio removet consensum ab actu; Rota *dec.* 462. *numer.* 4.

33 *part.* 2. *recent.* Sperellius *decis.* 106. *num.* 1. quamvis etiam actus favorabilis sit; Paulus Rubeus *in annot.*

34 *ad decis.* 542. *nu.* 59. *tom.* 2. & quamvis etiam agatur de utilitate publica; Sperell. *decis.* 12. *num.* 26.

35 & quamvis etiam in modico deficiatur; Rota *decis.* 30. *n.* 3. *par.* 1. *recent.* Gratian. *discept. forens. capit.* 965. *n.* 18. *par.* 5. Merlin. Pignatell. *controv. forens. cap.* 73. *numer.* 2. *centuria* 1. Thomas Pelliccion. *qq. Illustr. quæst.* 25. *cap.* 1. *pag. mihi* 214. *col.* 1. Mantica *dec.* 286. *a numer.* 2. Responsa Marantæ *resp.* 32.

36 *num.* 75. *par.* 3. forma namque indivisibilis est; Rota *dec.* 471. *n.* 9. *part.* 1. *divers.* Pelliccionius *loc. cit.* Lotherius *lib.* 1. *quæst.* 24. *nu.* 6. Rota *decis.* 463. *n.* 1. *par.* 3. *recent.* Ludovicus Cenc. *de censib. quæst.* 49. *n.* 17. unde vel tota servabitur, vel tota corruet; Stephanus Gratian. *discept. forens. cap.* 465. *num.* 18. *tomo* 5. Barbosa *de axiom. axiom.* 100. *numer.* 14. Re-

37 sponsa Marantæ *l. cit. n.* 78. *in fine*. Et in his, quæ sunt de forma, servatur rigor; Rota *decis.* 175. *n.* 2. *par.* 1. *recent.* Responsa Marantæ *l. c. n.* 77. Stephanus Gratianus *discept. forens. cap.* 440. *nu.* 12. *tom.* 3.

38 Nec in hoc parcitur rusticitati, ætati, sexui, vel alteri cuicumque qualitati, aut conditioni, quantumvis etiam per errorem omissa sit; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 14. Barbosa *de axiom. axiom.* 100. *numer.* 7.

39 Card. Tusch. *concluss.* 593. *n.* 8. *lit. C.* unde nec de partium consensu remitti potest; Menochius *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 6. Merlinus Pignatell. *controv. forens. centuria* 2. *cap.* 59. *n.* 10.

40 Ex quibus sic deductis, certo constat Delegatum, forma non servata, minus legitime procedere; & procedere; & Processum, ac dispensationem, & quicquid per ipsum factum fuerit, ipsa forma spreta, nulla, & irrita esse, Rota *dec.* 161. *à num.* 4. *par.* 4. *recent.* Paulus Laymanus *Theol. mor. lib.* 1. *tractat.* 4. *cap.* 22. *n.* 11. Paria namque sunt mandatum non ha-

41 bere, & illius fines excedere; Responsa Marantæ *resp.* 86. *n.* 32. *part.* 3. *recent.*

Ad hoc autem, ut Delegatus considerare possit Clausulas Literarum dispensationis Matrimonialis, placuit hic inserere earum tenorem, qui ut plurimum solet esse infrascriptus.

42 *Alexander Episcopus Servus Servorum Dei; dilecto Filio Vicario Venerabilis Fratris nostri Episcopi Lucacani in Spiritualibus Generali salutem, & Apostolicam benedictionem; Oblatæ nobis nuper pro parte Dilecti filii Antonii nati Jacobi laici, & Dilectæ in Christo filiæ Magdalenæ natæ Peregrini, Mulieris Lucanæ Diœcesis ex loco de Corelia ortorum, petitionis series continebat; Quod cum d. Magdalena in d. loco propter illius angustiam virum sibi non Consanguineum, vel Affinem paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat;*

Cupiunt Antonius, & Magdalena prædicti, invicem Matrimonialiter Copulari; Sed quia tertio, & quarto à communi stipite provenientibus Consanguinitatis Gradibus invicem sunt conjuncti, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicæ Dispensatione. Quare iidem nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem Antonium, & Magdalenam, ac eorum quemlibet à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac certam de præmissis notitiam non habentes, Discretioni tuæ, de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica Scripta mandamus quatenus deposita per te omni spe cujuscumque muneris, aut præmii etiam sponte oblati, à quo te omino abstinere debere monemus, de præmissis te diligenter informes, & si per Informationem eandem preces veritate niti repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, tunc cum eisdem Antonio, & Magdalena, dummodo ipsa propter hoc rapta non fuerit; Quod Impedimento quarti Consanguinitatis Gradus hujusmodi, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, Matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum remanere, libere & licite possint, & valeant, auctoritate nostra Dispenses; prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando; Distantiam vero tertii Consanguinitatis Gradus hujusmodi eis non obstare declares: Volumus autem, quod si spreta monitione nostra hujusmodi aliquid muneris, aut præmii occasione præmissorum exigere, aut oblatum recipere temere præsumpseris, Excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurras. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno I. D. 1655. Cal. Decembris. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Porro nil frustra in hujusmodi Literarum Apostolicarum confectione apponitur, ut inter alios testatur Pyrrhus Corradus *in praxi dispensationum Apostolicarum lib.* 8. *cap.* 5. *n.* 7. cum DD. abbreviatores majoris Præsidentiæ semper ex illis detrahant omne id, quod superfluum est, eo quod nec minimum verbum in Rescripto Pontificis debet esse sine virtute, idem Pyrrhus Corrad. *l. c. num.* 9. Unde Clausulæ omnes in ipsis Literis apponi solitæ, sunt optima ratione à stylo introductæ, ut mox in earumdem explicatione ostendemus. 43

Incipiendo etenim ab exordio ipsarum Literarum.

Alexander, &c. exprimitur Nomen, quo ipse Summus Pontifex denominatus est, in ejus assumptione die septima Januarii 1655. Divini Spiritus compulsu, & universali gaudio, mutato sibi nomine, cum antea nominaretur Fabius Ghisius Senensis, quem Divinæ Sapientiæ Altitudo successibus felicissimis sospiter, continuaque protectione custodiat, & precibus communibus annuendo longitudine dierum repleat. 44

Hæc autem Nominis mutatio originem habuit in Sergio hujus nominis Papa Secundo, circa Annum 846. Teste Jac. Philippo de Bergamo in supplemento Chronicorum, & fuit Papa 104. qui cum ante Assumptionem ad Pontificatum vocaretur Osporch, ob dicti nominis indecentiam illud immutavit, unde Sergius fuit appellatus, ut referunt Bonacina *de censuris libr.* 1. *quæst.* 1. *puncto* 2. *propos.* 1. *numer.* 7. Menochius *de arbitr. libr.* 2. *centuria* 4. *casu* 348. *num.* 4. & testatur Platina in vitis Pontificum *fol. mihi* 62. & Jacobus Philippus de Bergamo *l. c.* Post quem Sergium omnes alii Pontifices, usque ad dictum Alexandrum, mutarunt sibi nomen, cum maxime ob id denoretur Summa Majestas, & excellentia ipsius Pontificis, qui statim ac ad Pontificatus apicem elatus est, ex Subdito fit omnis creaturæ Superior, & Dominus; Unde justum est, ut quando omnibus præest, non amplius nomine antiquo appelletur, sed nomen novum habeat, sicut de novo om- 45

nium Dominus, & Dei Vicarius effectus est: ut bene ponderat Gonzalez *ad Regul. 8. Cancell. Gloss. 1. numer. 44.*

46 Id tamen nota: quod in omnibus Literis hujusmodi matrimonialium dispensationum præponitur de stylo nomen Pontificis modo prædicto, quando sive per officium minoris Gratiæ, sive per Cancellariam expediuntur. At dum dispensationes hujusmodi dantur in gradibus propinquioribus, nempe in secundo, vel infra secundum, sive ex uno, sive ex pluribus, & multiplicatis stipitibus derivent impedimenta, tunc eo quod Literæ expediuntur in forma Brevis à secretaria Apostolica, ut diximus *Cap. 3.* succinctim, & brevius præponitur titulus sic, dicendo *Alexander Papa Septimus*, & ita de stylo servatur, ut notum est, & docet Mandosius *Reg. 22. q. 11. num. 1.* Quæ

48 Literæ licet isto modo fiant, sunt tamen vere, & proprie Literæ Apostolicæ, prout aliæ, quæ expediuntur sub Plumbo, ut docent Gomes. *in parvo tract. de Brevib. à n. 5.* Lotherius *de re benef. lib. 3. q. 11. nu. 59.* & ideo dicuntur Brevia, quia brevi, & con-

49 cisa ratione concipiuntur, & expediri solent per solam Secretariam super impositio Sigillo Annuli Piscatoris, Teste Lotherio *l. c. n. 62.*

50 Dubitant nonnulli, eo quod istæ Matrimoniales Literæ incipiunt à nomine Pontificis, an hujusmodi concessiones censeantur factæ nomine Pontificis, vel Sedis Apostolicæ, & quamvis plerique Doctores existiment fieri nomine ipsius Pontificis, ex quibus plures refert, & sequitur Sanchez *lib. 8. disp. 28. num. 46.* nihilominus non improbabile existimo fieri nomine Dignitatis; quamvis enim in commissione nomen Pontificis præferatur, id fit, ut intelligatur, qui Pontifex auctor fuerit concessionis, & non quod concessio facta censeatur nomine Pontificis; faciunt dicta per Seraphin. *dec. 1371. n. 4.* Et colligitur ex verbis in rescripto contentis, & apponi solitis, nempe *de benignitate Apostolica dignaremur*; & ex verbis *nos, & Sedem Apostolicam, &c.* & alibi *Auctoritate nostra dispenses*; Quæ verba idem sonant, ac Auctoritate Apostolica *cap. Cum aliquibus 4. in fine de rescriptis in 6.* Et quamvis hæc quæstio non videatur consideratione digna, quia Papa, & Sedes Apostolica idem

51 sunt, ut animadvertit Quintilianus Mandos. *ad Reg. Cancell. Reg. prim. quæst. 10. n. 13.* Unde appellans

52 ad Papam, appellare censeatur ad Sedem Apostolicam; Mandos. *n. 14. l. cit.* nihilominus si Delegatio concessa sit nomine dignitatis, quamvis Papa, qui concessit, re integra, moriatur, non expirat ipsa de-

53 legatio; Sanchez *lib. 8. disp. 28. n. 44.* Paulus Squill. *de privil. Cler. cap. 2. num. 134.* mortuo enim Papa,

54 Ecclesia non dicitur remanere sine Capite, quia ejus Caput est Christus Dominus; Lotherius *de re benef. lib. 1. quæst. 46. nu. 43.* & consequenter per mortem Papæ non moritur, nec extinguitur Jus Principis, sed illud remanet vivum, nempe quoad radicem in Sacro Collegio Cardinalium, & quoad auctoritatem Jurisdictionis in ipso Christo, ut bene idem Lotherius *lib. 2. quæst. 27. nu. 23.* Bellarminus *de controv. fidei tomo primo lib. 2. cap. 12. lit. E. col. mihi 550.*

55 EPISCOPUS; Verbum Græcum, ab *Epi*, hoc est super, & *scopos* nempe intrendens derivans; significat namque idem, ac superintendens, & speculator; Gonz. *ad Reg. 8. cancell. Glossa 43. nu. 18.* Bonac. *de cens. disp. pr. quæst. 1. puncto 2. n. 2.* & significat etiam Præfecturam; Bellarm. *de controv. Christianæ Fidei tom. 1. cap. 23. lit. B.* unde Cicero *lib. 7. epist. ad Atticum de se ipso*, ait se à Pompejo totius Campaniæ

56 Episcopum fuisse constitutum. Vocat autem Summus Pontifex se Episcopum, cum sit universalis Ecclesiæ Episcopus; *cap. Novatianus Episc. 6. causa 7. q. pr. c. Loquitur Dominus 18. causa 24. quæst. pr.* Gambarupta *de casibus reservatis cap. 1. n. 78.* & hoc nomine non

57 dedignatur, cum nulla sit in Ecclesia dignitas major Episcopali, *cap. 1. de privil.* Lotherius *de re benefic. lib. 1. quæst. 26. num. 31.* Vivianus *de Jure patronatus, lib. 3. c. 1. n. 9.* Carolus Mar. *in controv. v. gr. Respons. par. 3. in tract. Apolog. nu. 370.* Seraphinus *decis. 606. num. 10.* Lælius Altograd. *cons. 91. num.*

58 *2. lib. 2.* cum Episcopi in locum Apostolorum successerint; Bellarm. *de controv. Christ. Fidei tom. 1. lib. pr. cap. 23. col. 579. lit. E.* Piaserius *in praxi Episc. par. 2. cap. 1. n. 1.* Lotherius *d. lib. 1. quæst. 9. n. 11.* & referunt Paccinus *de Visitatione par. 2. quæst. 2. numer. 18.* & Gamb. *de off. & potestate legati lib. 2. nu. 101.* multos Episcopos noluisse ad Cardinalatum pro- 59
moveri ob dubium non descendendi, quia respectu
Ordinis major est Episcopus Cardinali; Gratianus 60
discept. forens. cap. 590. n. 24. tom. 3. Imo usque ad
tempus Joannis XXII. & Clementis V. Episcopos 61
non fuisse Cardinales, quia poterant aliqualiter notari de descensu, ait Paccinus *l. cit.* & faciunt dicta per Carolum de Grassis *de effectu Cleric. in prælud. n. 306.* Quicquid tamen fuerit antiquitus, hodie tamen si Episcopi fierent Cardinales, non timerent de descensu,

Porro tanta est hujus Episcopalis Ordinis Digni- 62
tas, ut nomen Episcopi ipsimet Christo Domino conveniat; *Petr. Apost. epist. prim. cap. 2. in fine ibi, sed conversi estis nunc ad Pastorem, & Episcopum animarum vestrarum*; Nec ordo ipsius Summi Pontificis dif- 63
fert ab Ordine aliorum Episcoporum; Fælinus *capit. Cum nobis de præscript. vers. Non differt ordo nu. 4. in fine*; & consequenter cum idem sit Ordo, in hoc sunt omnes pares, sive quis sit Episcopus Mediolanen. sive Ferrarien. sive Lucanus, sive Pistorienſis, vel Toletanus, quia divitiarum potentia, vel paupertatis 64
humilitas non faciunt Episcopum sublimiorem, vel
inferiorem, sunt enim omnes æque Apostolorum suc- 65
cessores, & sic nullatenensis, sive simplex Titularis
Episcopus non ideo minus dicitur Dignitatem obtinere, ut inter alios probant Menoch. *cons. 52. num. 89.* Lotherius *de re benef. libr. 1. quæst. 9. numer. 65. & 66.*

Hujus autem Ordinis Episcopalis causa efficiens fuit 66
ipse Dominus Noster Jesus Christus, qui primus Petrum, & omnes Apostolos ordinavit, & consecravit, æque enim in omnes insufflavit, & insufflando omnibus æque dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata, &c. Joannes cap. 22. Docete omnes gentes, &c. Matth. capit. 6.* Quæ potestas 67
fuit posita in Petro tanquam in capite; in cæteris vero tanquam in membris, & sic ista tanquam subjectiva, est qualificata ex hujusmodi subjectionis circumstantia; Vide Lotherium *de re benef. lib. 1. quæst. 10. n. 4.* Franciscum Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 4. nu. 47.* Gonzales §. 1. *proœm. nu. 1.* Bellarminum *l. c. cap. 9. col. mihi 534. lit. D.*

Subdit idem Lother *loc. cit.* quod licet à principio Christus Dominus ordinasset Apostolos in Episcopos universaliter, ita quod unicus videretur Episcopatus per totum Orbem diffusus, cujus Caput esset Petrus, tamen, quia soli Petro dictum fuit, *tu es Petrus, &* 68
super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, sola ordinatio Petri fuit perennis, aliorum vero Episcoporum quatenus fuit universalis, remansit temporaria, quod idem confirmat Barbosa *de Jure Eccles. univ. lib. 1. cap. pr. n. 20.* & licet illis decedentibus successerint in eorum locum Episcopi; *Canone in nono 2. dist. 21.* tamen non successerunt universaliter, sed singulariter, prout singulis singulæ constituebantur Civitates, & Diœceses per ipsum Petrum, quod idem concludunt dicta per Bellarminum *l. c.* Episcopi namque vo- 69
cati fuerunt in partem solicitudinis Pastoralis Officii, non tamen in plenitudinem potestatis, ut bene explicant Gonz. *d. §. 1. proœm. num. 5.* Massobr. *de conc. prælud. 3. dub. 1. à num. 6.* & ideo in suis Diœcesibus 70
dicuntur Vicarii Papæ; Gonz. *l. c. n. 6.*

Est autem iste Episcopalis ordo quadripartitus, 71
nempe in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis, ut patet, & dicunt Gonz. *gloss. 42. n. 19.* Barbosa *de Jure Eccles. univer. lib. 1. cap. 10. num. 1.* & cum sit idem omnium ordo, in hoc omnes sunt pares, sive sit Episcopus Mediolani, sive Lucæ; vel Pistorii, sive etiam sit simplex Titularis, ut diximus.

SERVUS SERVORUM DEI. Ita Papa propter 72
humilitatem se appellat. *cap. Salvator 8. causa 1. quæstio 3.* ut quanto major, & excelsior est, tanto humilior omnibus creaturis ostendatur Gonzalez *glossa*

pr. num.

73 *pr. num.* 46. & Gregorius Primus se ita inscripsit, ut tradit Albericus de Gobatis *in verbo Greg.* quem refert Pyrrhus Corrad. *in praxi dispensat. Apost. libr.* 2. *c.* 4. *n.* 12. & hoc ad redarguendam, & reprimendam insolentiam Joannis Patriarchæ Constantinopolitani, qui superbia inflatus, Imperatorisque favore subnixus, se universalem Episcopum appellare instituerat, qui Titulus soli Romano Pontifici competit, & ideo ipse Gregorius Anno salutiferæ Incarnationis 595. ut cunctis mansuetudinis exemplum daret, primus se servum servorum Dei appellare cæpit, ut refert idem
74 Pyrrhus Corrad. *l. c.* Unde introductus fuit stylus apponendi in Bullis ea verba adeo, ut nisi appositi essent, Bulla posset redargui de falso, ut probat Flam. Paris. *de resignat. benef. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 113.

75 DILECTO FILIO. Sancta Mater Ecclesia omnes Christi fideles suos filios appellat; *cap. Quam gravi* 6. *de crim. falsi*, Navarrus *de reddit. Eccles. quæst.* 1. *numer.* 65. præter Episcopos, quos fratres vocat, ut sic de stylo servari testatur Petrus Rebuff. *in praxi benefic. titulo de forma novæ provisionis circa principium, vers. Et filios vocat.* Leoncillus *de paupertatis opibus part.* 2. *privil.* 233. *num.* 11. quia sicut omnes filii Dei sumus per fidem charitate firmatam, sic omnes filii sumus ejus Vicarii cura, & honore, ex eo quod ipse curam omnium Christianorum habet, ut ponderat idem Pyrrhus Corrad. *in d. praxi dispensat. Apost. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 5.

76 Vocat autem Papa omnes filios, sive sint Clerici, sive Laici; At quando vocat mulieres addit dicendo *Dilectæ nobis in Christo filiæ, &c. cap. Dilecta* 14. *de excess. Prælat.*

VICARIO, hoc vocabulum Vicarius est Juri Civili omnino incognitum, & solum à Jure Canonico introductum, ut animadvertit Sbrozius *de off. Vicarii lib.* 2. *quæst.* 55. *nu.* 29. Disponit Sacrosancta Tridentina Synodus *sess.* 22. *capit.* 5. quod dispensationes Matrimoniales committantur Ordinario loci; Appellatione autem ordinarii venit non solum Episcopus, sed etiam ejus Vicarius Generalis; ut diximus Capitul. præcedenti. Ubi etiam diximus Vicarium non posse se ingerere in causa Episcopo delegata, nisi post præsentationem Literarum, ipse Episcopus dictæ specialis causæ cognitionem subdeleget; diximus nec posse Episcopum se ingerere in causa suo Vicario delegata, & in fine ejusdem Capitis concluximus non posse Episcopum constituere Vicarium specialem, ut de aliqua speciali dispensatione cognoscat, quia Papa hujusmodi commissiones dirigere intendit Vicario Episcopi in spiritualibus Generali, unde non potest Episcopus alteri hujusmodi Jurisdictionem concedere, cum id non sit in ejus potestate.

Licet autem Vicarius in his, quæ Jure Ordinario competunt, accipiat Jurisdictionem ab Episcopo, Sbrozius *de off. Vicarii lib.* 2. *quæst.* 176. *numer.* 3. & *quæst.* 112. *num.* 5. nihilominus, quoad causam sibi
77 delegatam, est major Episcopo, & quolibet alio ordinario; *cap. Pastoralis* 28. *§. quia vero de officio Delegati*; Responsa Marantæ *par.* 3. *in tract. Apostolic. n.* 110. Stephanus Gratianus *discept. forens. cap.* 111. *n.* 65. *tom.* 1. Petrus Anchar. *cons.* 164. *n.* 2. Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 136. *nu.* 4. Unde circa eandem causam habet eam auctoritatem, quam habet ipse Papa, cu-
78 jus vices tunc gerit *capit. Sane* 11. *de offic. delegati*, Carolus de Grassis *de eff. Cleric. eff.* 1. *n.* 32. Respon-
79 sa Marantæ *l. c.* & ob id poterit informationes, & depositiones Testium committere, & subdelegare etiam suo Episcopo, seu alteri cuicumque, & quantumcumque superiori; Rubertus Maranta *in speculo par.* 4. *distinct.* 5. *numer.* 46.

80 Poterit insuper ipse Vicarius Delegatus ad dispensationem exequendam testibus coram se inductis deferre Juramentum de veritate dicenda, quamvis id in Literis non exprimatur, quia concessa Jurisdictio-
81 ne censentur etiam concessa ea, sine quibus ipsa Jurisdictio exerceri non posset, Cævallos *quæst. comm. contra comm. quæst.* 339. *n.* 65. & *quæst.* 501. *n.* 9. Seraphinus *decis.* 662. *n.* 4. Lotherius *de re benef. libr.* 1. *quæst.* 22. *n.* 66. Fontanell. *de pactis Nuptial. clausula* 4. *glossa* 13. *n.* 70. Rota *decis.* 252. *n.* 2. *par.* 6. *recent.*

imo, & poterit punire testes, qui coram eo falsum de- 82
posuissent, & animadvertere in suum Episcopum, si Jurisdictionem ipsius Vicarii delegati turbare vellet, vel in fraudem amoveret ab officio, ut latius infra dicemus ad §. *Conscientiam tuam oneramus.*

Si Vicarius, cui fuit commissa Dispensatio, moriatur, vel ab officio removeatur, diximus, debere exequi successorem in Vicariatu.

Et si Papa, qui concessit, moriatur antequam Literæ dispensationis fuissent Delegato præsentatæ, vel non exequutæ, dicemus infra non vitiari concessionem, & posse à Delegato exequutioni demandari.

VENERABILIS FRATRIS NOSTRI EPISCOPI; &c.

Quamvis Papa, Reges, & Cardinales vocet filios, 83
tamen vocat Episcopos fratres, quasi sibi æquales *cap. Quam gravi* 6. *de crimine falsi*; Lotherius *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 8. *n.* 72. Vivianus *de Jurepatronatus lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 13. Episcopi enim sunt Petræ, supra quas 84
Ecclesiæ fundatæ sunt, & ob id non potest construi Ecclesia, nisi primo ibi Episcopus Crucem figat, Atrium designet, & primarium lapidem ponat; *capit. nemo Ecclesiam* 9. *de consecr. distinct.* 1. suntque Columnæ Ecclesiæ Romanæ; Sbroz. *de offic. Vicarii in proœm. nu.* 2. Apostolorum successores *Can. in nono* 2. *§. Ipsis quoque decedentibus* 21. *dist. & Can. quorum* 85
vices 6. *dist.* 68. Vivianus *de Jurepatronat.* & alii quos supra citavimus, & dicuntur Sanctissimi, Christi Legati, Angeli; Responsa Marantæ *part.* 3. *tractat. Apolog. nu.* 350. & 351. Sbrosius *l. c.* Principes; & Pastores; Bellarminus *lib.* 1. *de Rom. Pontifice cap.* 2. *in fine*; responsa Marantæ *l. c. n.* 347. Prætores etiam, & Magistratus perpetui Civitatis; Gratian. *discept. forens. cap.* 298. *to.* 2. Viri Clarissimi; Alex. Sperell. *decis.* 128. *num.* 65. Illustrissimi; Responsa Marantæ *d. tract. Apolog. n.* 370. Eminentissimi, *ut in Concil. Tolet.* 8. *capit.* 4. & 7. Sperell. *l. c. num.* 66. Serenissimi; Qui titulus Regius est, & Imperialis; Lancell. Corrad. *in Templo omnium Judicum lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 6. Sperellius *l. c. n.* 67. Responsa Marantæ *l. c. nu.* 366. Sbrosius *de offic. Vicarii libr.* 2. *quæst.* 62. *numer.* 13. Summi Sacerdotes *capit. Deus ergo* 6. *causa* 3. *quæst.* 1. Vivianus *d. capit.* 1. *numer.* 8. Legati Dei, *capit. Sicut vir* 11. *causa* 7. *quæst.* 1. Antistites. Vivianus *l. c. numer.* 10. Specula, Ora, Throni, & Ministri Dei, Pupillæ, Oculi Christi; Sbroz. *l. c. n.* 3. Sunt- 86
que sæcularibus Principibus, imo, & ipsis Regibus Superiores; Responsa Marantæ *l. c. n.* 364. & propte- 87
rea Episcopalis Dignitas Soli, Regia vero Lunæ æquiparantur, *capit. Solitæ de major. & obed.* §. *Præterea.* Sperell. *decis.* 128. *num.* 59. Et quamvis respectu Ju- 88
risdictionis sint subordinati Papæ, in ordine tamen sunt illi æquales; Sperellius *decis.* 120. *num.* 20. ha- 89
bent merum, & mixtum imperium, *cap. Omnes Basilicæ* 10. *causa* 16. *quæst.* 6. Sperell. *l. c. num.* 55. In 90
suis Ecclesiis ea omnia possunt, quæ Summus Pontifex in toto Orbe, nisi specialiter reservata, vel prohibita sint; Barbosa *de off. & potest. Episc. alleg.* 1. *num.* 6. Sperell. *decis.* 109. *n.* 21. Sanchez *lib.* 1. *disp.* 61. *num.* 3. Ratione ordinis sunt majores Presbyte- 91
ro Cardinali; Sperell. *decis.* 128. *num.* 41. Menoch. *de arbitr. casu* 70. *num.* 6. & tandem tanta est hujus Episcopalis ordinis Dignitas, ut ipsi Episcopi personam Christi Domini repræsentent, *capitul. Legimus* 24. 93. *distinct.* Immo nec ipsemet Dominus No- 92
ster Jesus Christus hoc Episcopi nomine se vocare fuerit dedignatus, ut diximus, & ponderat Carol. Maranta *in dictis respons. part.* 3. *dicto tract. Apolog. numer.* 358.

LUCANI. Primus Lucanus Episcopus fuit San- 93
ctus Paulinus Natione Antiochenus, Sancti Petri Apostoli Discipulus, qui Anno 68. circiter nostræ salutiferæ Incarnationis (teste Religiosissimo, & nunquam satis laudato Patre Cæsare Franciotto, Sacerdote Religionis Matris Dei, in Libro de Vitis Sanctorum, in Vita dicti Sancti) ab ipso Divo Petro Episcopus consecratus, & ad Civitatem Lucanam missus, eam in Idolorum tenebris tunc involutam, cum toto suo Dominio ad Veri Dei cultum excitavit, & ad Christianam Fidem convertit, & ex ejus Succes- 94

foribus plures huc usque fuerunt Sanctitate insignes, innumeri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nonnulli ad Summum Pontificatum elati; Et quidem hæc
95 Episcopalis Sedes totius Hetruriæ prima inter principaliores totius Reipublicæ Christianæ semper habita, & connumerata fuit tum antiquitate, tum Nobilitate, Jurisdictione, & Privilegiis, quibus à diversis Summis Pontificibus decorata est. Episcopus à Carolo Quarto Imperatore Comes Palatinus creatus, & à Summo Pontifice Lucio Tertio Lucense usu Archiepiscopalis Pallii, & Crucis singulari Privilegio insignitus est; In hac Episcopali Sede de præsenti residet
96 Illustriss. & Reverendiss. D. D. Petrus Rota Patricius Ravennaten. Illustriss. D. Comitis Joacchini Rota frater Germanus, Prælatus spectatæ Virtutis, qui Ecclesiam sibi creditam summa vigilantia, ardenti Religionis Pietate, Justitiæ cultu, singulari prudentia, & egregio rei Ecclesiasticæ studio administrat, quem Altissimus diutissime sospitet.

IN SPIRITUALIBUS GENERALI

Quamvis Episcopus Vicarium sibi in Spiritualibus, & temporalibus constituere soleat, quia habet spiritualia, & temporalia, nihilominus, quoad has
97 Commissiones, & dispensationes exequendas sufficit, quod is Vicarius sit ad spiritualia tantum constitutus, dummodo in illis Vicarius Generalis sit, & in eo consistat Administratio, & potestas sit Excommunicandi, Suspendendi, Interdicendi, Conferendi, Instituendi, Confirmandi, Eligendi, Præsentandi, Visitandi, Corrigendi, & Puniendi, sitque penes ipsum Sacramentorum collatio, & tota potestas fori Pœnitentialis, dispensatio, & Votorum commutatio, & alia juxta facultatem sibi ab Episcopo tributam, ut bene explicant Petrus Rebuff. *in Pxaxi Benef.* ubi *de forma Vicariatus n.* 18. & Pyrrhus Corrad. *in praxi dispens. Apost. lib. 2. cap. 4. n. 22.* Vide Barbos. *de off. & potestate Episcopi alleg. 54. n. 56.* Garcia *de benef. part. 5. cap. 8. à nu. 122.* Et de stylo Romanæ
98 Curiæ, dum in brevibus Pontificiis aliquid committitur Episcopis, seu eorum Vicariis, semper dirigitur ad Vicarios in Spiritualibus Generales, ut notum est, & docent Sanchez *lib. 3. disp. 29. n. 11.* Garcia *loc. cit. n. 123.* Quia Vicarius Generalis in Spiritualibus constitutus præfertur constituto in temporalibus; Sbrozius *de off. Vicarii lib. 2. quæst. 62. n. 25.* Unde infer-
99 tur Laicum non posse esse Vicarium Generalem Episcopi in spiritualibus, idque constat *cap. decernimus 2. de Judic.* & docent Paulus Piasec. *in praxi Episc. 2. c. 3. numer. 6.* Jacobus Sbroz. *de off. Vicarii lib. 1. quæst. 31. n. 1.* Garc. *de benef. part. 5. cap. 8. num. 2.*
100 & ob id si Laicus constitueretur Vicarius, censeretur assessor Episcopi, & non Vicarius, ut idem Sbroz. *l. c. num. 13.*

SALUTEM, ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Hæc est solita Papæ salutatio, qua salutat illos, vel quibus dirigit commissiones, vel in quorum gratiam dispensationes committit; Et hoc salutandi more primus usus fuit Cletus Summus Pontifex, Teste
101 Stephano Gratiano *disceptat. forens. c. 284. n. 83. to. 2.* & post illum alii omnes Pontifices ejus successores eundem morem servarunt, cum producat actus charitatis, pietatis, largitatis, fidelitatis, sedulitatis, tranquillitatis, & jucunditatis, ut animadvertit Pyrrus
102 Corrad. *d. lib. 2. cap. 4. n. 28.* At quando Papa rescribit Hæreticis, Schismaticis, Apostatis, vel Excommunicatis illos non salutat, nec vocat Dilectos filios, ut testatur Pyrrhus Corrad. *d. cap. 4. n. 29. & 30.* ubi etiam *num. 33.* addit, quod si Papa scienter salutaret
103 Excommunicatum, præsumeretur per dictam salutationem illum absolvere.

104 OBLATÆ, &c. Sic de stylo habent exordium Literæ dispensationum Matrimonialium, & in hoc differunt ab aliis Literis Gratiam concernentibus, ut constat ex ipsa praxi, & docet Hieronymus Paulus in suo Provinciali Ecclesiarum, *vers. Nota*. Quod quando aliquid committitur de Jure, non datur exordium, quem refert Pyrrhus Corradus *in d. praxi lib. 7. capit. 5. n.* Unde rescripta Pontificis referri debent ad supplicata, ut dicimus infra.

NOBIS. Nullus præter Summum Pontificem po- 105
test propria auctoritate in impedimentis Matrimonii dispensare; Sanchez *lib. 8. disp. 6. n. 14.* Laymanus *lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 6. prope finem*; Filiuccius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. n. 302.* Rota *decis. 166. num. 6. part. 2. recent.* & plures alii quos *lib. 2. cap. 6.* in principio citamus; Quamvis enim in quibusdam urgentibus casibus, & concurrentibus nonnullis conditionibus possint etiam Episcopi, Legati de Latere, & alii in iisdem Impedimentis dispensare, ut probabimus *lib. 2. d. capit. 2.* id tamen non possunt sua auctoritate ordinaria, cum hæc in solo Pontifice adsit (ut diximus) sed ex præsumpta ipsius Pontificis voluntate, dum ipsa necessitas ita postulat, nec Papa potest aditi, ut late *d. c. 2.* dicimus.

NUPER; Sic de stylo dicitur ob verisimilem præ- 106
sumptionem, quod Papa sciat, & recorderur petitionis sibi factæ; si etenim jamdiu porrecta fuisset supplicatio, res posset variare, & in proposito statu non permanere, unde tunc nova opus esset supplicatione.

PRO PARTE DILECTI FILII ANTONII

Exprimi debent Nomina, & Cognomina Oratorum, qui dispensari petunt pro foro externo ad evitanda dubia, & æquivocationes, ac rescripti invaliditatem, quia dum petitur dispensatio pro uno, non potest, nec debet pro alio prodesse, nec ad alium non expressum extendi; Non tamen in expressione 107
dicti Nominis, vel Cognominis (secluso dolo, & fraude) error vitiat, quatenus dispensatio in forma ordinaria impetretur, ut docent Sanchez *libr. 8. disput. 21. numer. 37.* Diana, & alii plures quos *capit. 4.* citavimus; At si dispensatio impetrata fuisset in forma pauperum, & erratum fuisset in nomine, vel pronomine vitiaretur dispensatio, cum eo casu non concedatur, nisi personis pauperibus, & miserabilibus, unde posset mediante hujusmodi errore fieri fraus, & supponi una persona pro altera.

Nec refert ac impetrationem dispensationis valide 108
faciendam, an dispensatio petatur ab ipsis Oratoribus, vel ab aliis eorum nomine, imo nec necessaria est scientia Oratorum de hujusmodi petitione, seu impetratione, quamvis verum sit, quod, antequam eam acceperent, gratia illis non suffragetur; 109
Rebuff. *in Praxi benef. titulo de dispens. nu. 13.* Sanchez *lib. 8. disp. 26. num. 4. & 5.* & nos late diximus *cap. 4.*

Sed dubium est, an censeatur fateri impedimentum ille, pro quo impetrata est dispensatio, attenta confessione impedimenti, facta ejus nomine ab alio; In qua re probabilius existimo censeri hujusmodi impedimentum fateri, quamvis non ab ipsomet Oratore, sed ab alio ejus nomine impetrata sit dispensatio, quia præsumitur fuisse de ejus mandato impetrata, 110
attenta impensa, quæ in illius impetratione, & Literarum expeditione requiritur, maxime si notabilis fuerit, cum nemo præsumatur velle jactare suum, 111
& suas pecunias prodigere; Caffadorus *dec. 3. nu. 4. de procurat.* Ludovis. *decis. 337. n. 8.* & cessare videtur difficultas ex verbis, quibus utitur Pontifex, dum exprimit *pro parte Dilecti filii oblata petitio, &c.* quia sic dicendo ostendit Gratiam concessisse ad supplicationem Oratorum, ut animadvertit Rota coram Merlino *decis. 827. num. 1.* quod maxime procedit, 112
si Orator ipsam dispensationem producat, vel si im- 113
petratio fuisset difficilis impetrationis, Ludovis. *dec. 385. num. 1.*

An cujus impensis impetranda sit dispensatio, diximus *cap. 3.*

LUCANÆ DIÆCESIS.

Diœcesis dicitur Parochia Episcopi; *capitul. licet 5.* 114
causa 16. quæst. 13. Vivianus *de Juro patronatus lib. 8. cap. 7. n. 7.* Paulus Fuschus *de visit. lib. 1. cap. 2. nu. 12.* Thomas Pelliccionius *quæst. Illustr. quæst. 7. pag. mihi 62. col. 2. in princip.* fuerunt autem Diœceses in toto orbe divisæ, & distinctæ à S. Dionysio 115
Papa, Anno 270. *Gloss. in cap. Nec numerus 6. verbo autem in electa causa 10. quæst. 3.* Barbosa *de Jure Eccles. univ. lib. 1. cap. 20. nu. 1.* Baronius *Annal. Eccles. to. 2. Anno 270.* Platina *in Vitis Pontificum*, in Vi-

in Vita dicti Sancti; Vivianus *lib. 1. cap. 1. num.* 25. Coccinus *decis.* 454. *nu.* 3. Marcus Antonius Cuccus *inſtit. Can. lib. 1. tit. 3. verſ. Epiſcopi.*

116 Expreſſio Diœceſis Oratorum neceſſaria eſt, alias Diſpenſatio, non expreſſa vera Diœceſi, vel Diœ-
117 ceſibus Oratorum, ſi ex diverſis Oratores ſint, vitiabitur, tanquam conceſſa contra intentionem Pontificis, qui vult ſcire Diœceſes Oratorum, ad hoc ut Diſpenſationes committat Ordinario originis Oratricis, & conſequenter, ut ſe conformet diſpoſitioni Concilii; & ſic ſe habere ſtylum Curiæ teſtatur Pyrrhus Corrad. *in praxi Diſpenſat. Apoſt. lib. 7. cap. 5. n.* 24. *&* 26.

Eſt autem adeo neceſſaria expreſſio Diœceſum Im-
118 petrantium, ut ſi Forenſis, vel Alienigena impetraſſet Beneficium, non facta mentione ſuæ Diœceceſis, impetratio eſſet ſubreptitia ob defectum intentionis Papæ concedentis, qui ſemper in dubio in-
119 tendit unicuique providere in patria ſua, ſi etenim veritatem expreſſiſſet, vel Papa Gratiam denegaſſet, vel non tam facile conceſſiſſet, ut bene docent Gomeſ. *reg. de Idiom. quæſt.* 1. Garcia *de benef. part. 7. cap. 9. num.* 16. Vivianus *de Jurepatronatus lib. 6. c.*
120 11. *n.* 12. Et quamvis appellatione Diœceſis, quando profertur à jure, comprehendatur etiam ipſa Civitas, ut docent Doctores mox citandi, tamen in materia ſtricta Diſpenſationis hominis ſecus eſt, ut probant idem Garcia *part. pr. cap. 9. à nu.* 76. Hieronym. Gonzales *ad Reg. 8. Cancell. Gloſſ.* 51. *num.* 74.
121 Imo quamvis in favorabilibus etiam Civitas veniat nomine Diœceſis; Mandoſius *reg.* 16. *quæſt.* 41. *n.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 893. *n.* 55. *tom.* 4. Garcia *de benef. part. 7. cap. 9. num.* 28. Gonz. *l. c.* Pat. Leo *in praxi Sacræ Pœnit. part.* 3. ubi *de Interdicto verſ. Hic per tranſennam pag. mihi* 341. & eo caſu Civitas, & Diœceſis ponantur pro eodem, Gonz. *l. c. n.* 45.
122 unde ſi quis diceret ſe eſſe Lucenſem, poſſet intelligi tam de Civitate, quam de Diœceſi; Garc. *l. c.*
123 *num.* 27. Barboſa *de Jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap.* 20. *num.* 10. cum verba debeant naturaliter intelligi, & non accidentaliter, *Gloſſa in l. ſed, & reprobari, §. amplius ff. de excuſat. tut.* Gar. *part. 7. d. cap. 9. n.* 21. nihilominus cum materia Diſpenſationum ſit odioſa, ut diximus, exiſtimo vitiari conceſſionem factam à Pontifice, ſi error in expreſſione veræ Diœceſis irrepſerit; adeo ut ſi Literæ non corrigantur, non poſſit Delegatus ad ipſarum exequutionem devenire; vide quæ diximus cap. 4.

124 Quod ſi in Diœceſi eſſet aliquis locus exemptus, adhuc, juxta veriorem opinionem, dicitur de Diœceſi; Maſſobrius *de conc. prælud.* 23. *dub. 9. num.* 2. Gonzales *ad Reg. 8. Cancell. Gloſſ.* 43. *nu.* 188. Lotherius *de re benef. lib. 1. quæſt.* 24. *n.* 123. unde eo caſu ſi dictum fuiſſet, Oratores, qui in dicto loco exempto orti ſunt, eſſe de tali Diœceſi, non vitiaretur impetratio.

EX LOCO CORELIÆ.

125 Expreſſio loci Oratorum in ſupplicatione Pontifici porrecta pro Diſpenſatione impetranda nullo alio caſu neceſſaria eſt, niſi quando Diſpenſatio petitur ob cauſam anguſtiæ ipſius loci; quia tunc cum anguſtia ipſius loci adducatur in cauſam finalem Diſpenſationis, neceſſario exprimi debet; imo ſi Oratores ex diverſis locis ſint, debet uterque explicari, & uniuſcujuſque anguſtia coram Delegato verificari, & ſi non verificaretur, pro ut ſi error in ex-
126 preſſione ipſorum locorum irrepſiſſet, Gratia ſubreptitia eſſet, & nulla: quia cum nulla alia cauſa allegetur, quam ipſius loci, ſeu locorum anguſtia, ſi in illorum expreſſione eſſet error, tunc defectus eſſet in cauſa finali, & conſequenter Diſpenſatio, & Gratia vitiarentur per ea, quæ diximus. Amplia prædicta vera eſſe, quamvis locus qui fuiſſet per errorem expreſſus, minus anguſtus eſſet alio, qui exprimi debuiſſet, quia adhuc error eſt in cauſa finali, & cum ſimus in materia Diſpenſationum, quæ odioſa eſt, non admittitur paritas, ſeu majoritas rationis, ut probavimus, nec eſt in poteſtate Delegati interpretari mentem Pontificalis aliter, quam verba mandati ſonent. At ſi ob alias quaſcumque cauſas peteretur Diſpenſatio (dicta cauſa anguſtiæ loci excepta) non eſt opus de loco originis Oratorum mentionem facere, ſed ſufficit, ut eorum Diœceſes exprimantur, & ſic ſe habet inconcuſſus Curiæ ſtylus, quem omnes practici Curiales ſciunt.

ORTORUM.

In hujuſmodi impetrationibus Diſpenſationum re- 127
gulariter attenditur locus Originis Oratorum, & non Domicilii, unde ſi commiſſio facta fuiſſet Or- 128
dinario Oratorum abſque expreſſione, & ſpecificatione, an ſit Ordinarius Originis, ſeu Domicilii ſemper in dubio facta intelligitur Ordinario originis, ut teſtatur Pyrrhus Corradus *in praxi Diſpenſat. Apoſtol. lib. 7. c. 5. n.* 31. illi etenim proprie eſſe dicuntur 129
de loco, qui ratione Originis ſunt de illo; Garcia *de benef. part. 7. cap. 9. num.* 22. & clare colligitur ex ipſis verbis literarum, ubi dicitur ex loco Coreliæ; quæ verba, ex loco, juncto Genitivo, ſignificat locum Originis, ut bene docent Barboſa *de diction. dictio* 15. *num.* 10. Lezana *in Summa tom. 3. verbo Dictio num.* 21.

Et licet verbum, *Ortus*, intelligatur proprie de illo, qui in loco natus eſt, Oriundus vero dicatur 130
ille, qui Originem ab eo loco ducit, unde fuerunt 131
ejus majores, ut diſtinguunt Mandoſ. *reg.* 16. *quæſt.* 38. *&* 9. 39. Garcia *de benef. part. 7. d. cap. 9. n.* 25. *&* 26. Marius Antoninus *var. reſol. lib. pr. reſol. fin. caſu* 33. Cæſar de Graſſis *deciſ.* 51. *alias* 15. *num.* 4. Rota *deciſ.* 327. *num.* 3. *part.* 1. *diverſ.* nihilominus 132
ex uſu introducto confunduntur, itaut Ortus pro Oriundo, & Oriundus pro orto intelligatur, Mandoſius, & Garcia *ll. cc.* Vivianus *de Jurepatronatus lib. 6. cap.* 12. *num.* 14. & conſequenter, ſi in petenda Diſpenſatione Matrimoniali ob cauſam anguſtiæ 133
loci dictum fuiſſet Oratricem eſſe ex loco v. g. Camajoris, in quo ejus Pater natus eſt, quamvis etiam dicta Oratrix nata ſit in loco Coreliæ, non vitiabitur Gratia, ſed ſufficiet eo caſu probare anguſtiam loci Camajoris; ſic docent Auguſtinus Barboſa *de off. & poteſtate Epiſcopi alleg.* 4. *nu.* 8. *& de appellat. verb. appell.* 180. *num.* 3. Marius Antoninus *d. lib.* 1. *reſol. ultima d. caſu* 33. & faciunt dicta per celebratiſſimum Doctorem noſtrum Lælium de Altogradi *conſ.* 27. *num.* 40. *lib.* 2. Ratio eſt quia nativitas propria, vel paterna facit quem civem *l. filios* 3. *C. de muni-* 134
cipal. & origin. lib. 10. Joannes Angelus Boſſius *de triplici Jubilæi privileg. ſect.* 4. *caſu* 13. *nu.* 4. *&* 25. Mandoſius *regula de infirm. quæſt.* 15. *nu.* 18. Vivianus *de Jurepatronatus lib. 6. cap.* 11. *nu.* 16. Reſponſa Marantæ *reſponſ.* 4. *à num.* 2. *part.* 4. Lælius Altogradi *l. c.* Lezana *in Summa tom.* 3. *verbo dictio nu.* 13. Intellige tamen, ut ſi natus fortuito in illo loco, ut v. gr. ſi mater inde caſu aliquo pertranſiret, 135
abſque animo ibi habitandi, quia tunc non dicitur Oriundus, nec Civis, nec naturalis illius loci; Cævallos *qq. comm. contra comm. q.* 458. *nu.* 1. Afflict. *deciſ.* 384. *num.* 4. Maſſobr. *de conc. prælud. 4. dub. 3. n.* 3. Barboſa *d. alleg. 4. nu.* 18. & proinde tunc attenditur origo patris; Auguſtin. Barboſa *de off. & pot. Epiſc.* 136
alleg. 4. *nu.* 18. cujus originem ſequitur filius, ut infra *n.* 151. dicemus.

Ad hoc autem, ut quis dici poſſit Ortus ex aliquo 137
loco, non ſufficit, quod in eo per tempus immemorabile, etiam cum ſua familia, habitaverit, quia adhuc non dicitur de loco; ſola enim habitatio, licet longiſſima, ſolum facit quem Incolam, ſeu do- 138
miciliarium, non tamen ortum, ſeu oriundum, ut bene animadvertunt Barboſa *d. alleg.* 4. *nu.* 11. Garc. *part. 7. d. cap. 9. num.* 11. Et verba naturaliter, & proprie ſunt intelligenda, non autem civiliter, Pariſ. 139
conſ. 159. *n.* 17. *&* 18. *vol.* 4. Mandoſius *Reg.* 3. *quæſt.* 20. *num.* 9. Garcia *de benef. l. c. nu.* 32. ubi præciſe infert ad Diſpenſationes Matrimoniales, & docet non ſufficere, ut Oratores, qui narraverint Pontifici ſe eſſe ortos ex tali loco, verificent quod ibi habitaverint, & Domicilium contraxerint, *&* 34. ſubdit, quod nec refert ſi dicatur, quod Papa adhuc conceſſiſſet, ſi ſciviſſet, quia caſus omiſſus non habetur pro expreſſo, & conceſſio facta in uno caſu, non porrigitur ad alium, ut alibi diximus, nec Papa diſpen- 140
ſat

fat niſi ſuper expreſſis ; Fr. Leo *in theſ. fori Eccleſ. part. 2. cap. 8. numer. 41.* & alii quos retulimus, &
141 propterea, ut verificetur Oratores eſſe ortos in loco, & Diſpenſationem propterea non eſſe ſubreptitiam, requiritur de neceſſitate, ut vel Oratores, vel eorum patres, in eo loco in quo domicilium contraxerunt parentes, nati ſint, nec ſufficit habitaſſe ; Imò quamvis fœmina, quæ nupſit forenſi, cum eo longe à Patria ſua habitet, nihilominus propriam originem retinebit, ut bene celebratiſſi-
142 mus Hieronymus Palma *conſ.* 37. *num.* 34. Amplia, ut nec quoad hujuſmodi Diſpenſationes valide Impetrandas ſufficiat exprimere ſe eſſe ex illo loco, cujus *ipſe* ex Privilegio vere creatus fuiſſet Civis, quia non poteſt dici eſſe ortum ex illo ; quamvis
143 enim appellatione Civis veniat etiam Civis ex Privilegio ; Boerius *deciſ.* 260. *num.* 23. Cævallos *quæſt. commun. contra comm. quæſt. 2. n.* 25. imo non minus quam originarius, hic dicatur vere, & proprie Civis, ut probat Ludovicus Paitellus *in annot. ad Rutilium patrem annot.* 97. *num.* 2. Franciſcus Redenaſchus *conſ.* 1. *num.* 108. Philippus Paſchalis *de viribus patriæ poteſt. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 35. tamen cum hoc caſu requiratur Oratores eſſe vere ortos in loco, non poteſt hujuſmodi Privilegium ad hoc extendi ; faciunt dicta per Paulum Squillante *de privil. Cleric. cap.* 4. *n.* 269. Auguſtinum Barboſa *de axiom. axiom.*
144 113. *num.* 5. quia Civis originarius unius loci non
145 poteſt fieri Civis originarius alterius Civitatis, cum ipſa origo, tanquam quid naturale, mutari non poſſit *l. Aſſumptio in princip. ff. de municip. & origin. lib.* 10. Marta *in votis deciſ. voto* 116. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. Judic. caſu* 584. *lib.* 2. *centuria* 6. *n.* 6. Rota coram Merlino *deciſ.* 882. *num.* 15. & Civium appellatione, in ſtricto ſignificatu, veniunt Originarii tantum, ut dictus Paſchalis *n.* 34. *l. c.*

146 Et quamvis pluribus modis acquiratur Civilitas, nempe Manumiſſione *l. Civis C. de Incolis lib.* 10. ut ſi Dominus manumitteret ſervum, hic fieret Civis ejus Civitatis, in qua manumitteretur, Adoptione ; *d. l. Cives ;* quæ tamen Civilitas, tam diu durat, quam diu durat adoptio ; Electione, ſeu Privilegio *d. l. Cives, & l. Aſſumptio ff. ad municipia*, nihilominus in caſu, de quo agimus, ſolum intelligi debet de Civilitate loci veræ Originis, cum aliter dictum verbum, *Ortus*, intelligi non debeat, ut diximus.

Et quidem maxima eſt differentia inter domicilium originis, & illud habitationis ; Quia Civili-
147 tas originis, cum ſit naturalis, eſt immutabilis, niſi deferatur ; Afflict. *dec.* 384. *nu.* 8. Rota coram Buratto *dec.* 804. *num.* 4. Rota coram Durano *dec.* 31. *n.* 4. *p.* 1. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 23. *num.* 4. Barboſ. *num.* 20. *l. c.* Lælius Altograd. *conſ.* 28. *nu.* 43.
148 *lib.* 2. imo nec illi renunciari poteſt ; Boerius *deciſ.* 13. *n.* 9. Cævallos *qq. comm. contra comm. qu.* 458. *num.* 3. Lælius Altogr. *d. conſ.* 28. *num.* 11. *lib.* 2. At domicilium habitationis, ſicut propria voluntate,
149 & facto conſtituitur, ita propria voluntate, & facto muratur ; Sanchez *l. c.*

150 Quæ ſupra diximus de origine, intelligas de origine paterna, non autem de materna, quia filius
151 ſequitur originem patris, & non matris ; Afflict. *l. c. num.* 4. Gonzales *Gloſſa* 9. §. 1. *num.* 100. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 75. *num.* 11. *tom.* 1. Cævallos *quæſt.* 458. *n.* 5. Barboſa *d. alleg.* 4. *num.* 11. Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 24. *n.* 12. Maſſobr. *de concurſu prælud.* 4. *dub.* 4.
152 *num.* 2. & 6. & dicitur pars patris, & non matris ; Ludoviſius *dec.* 279. *num.* 19. Lottherius *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 28. *num.* 65. & 66. & reputatur una, &
153 eadem perſona cum patre ; Rota *in noviſſimis deciſ.* 62. *num.* 42. coram Durano ; & in eum tranſit origo, & domicilium patris, idem Ludoviſ. *deciſ.* 455. *nu.* 12. & civilitas paterna ; idem Seraph. *dec.* 372. *num.* 6. quamvis alibi natus ſit ; Rota coram Durano *dec.* 31. *n.* 3.

154 Unde in caſu noſtro ſi Oratores velint commiſſionem fieri Ordinario domicilii Oratorum, debent id in ſupplicatione petere, & Papa eo caſu ſolet concedere, ſi Oratores ſaltem per annum in loco domicilii habitaverint, ut notum eſt, & ſic de ſtylo ſervatur, & quamvis Pyrrhus Corrad. *in praxi diſp. apoſt. l.* 7. *c.* 5. *num.* 31. aſſerat requiri, ut Oratores in eo loco habitaverint per Biennium, nihilominus vidi multas commiſſiones matrimonialium diſpenſationum commiſſas fuiſſe Ordinario domicilii Oratricis, cum expreſſione facta, quod per annum in eo loco Oratores habitaverint.

Duos ſingulares caſus reperio in hac materia adnotatos ; Primum ab Auguſtino Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſc. allegat.* 4. *numer.* 18. nempe quod ſi 155
quis naſceretur in Mari ; adhuc ſequeretur Domicilium, & originem patris, quod idem confirmat Squillant. *de Privileg. Cleric. c.* 4. *numer.* 268. Secundum, à Carolo Maranta *in controv. utr. jur. reſp.* 8. *numer.* 9. *part.* 2. nempe ſi quis naſceretur in ipſo 156
confinio diverſorum Territoriorum contraheret naturale Domicilium in loco illo, in quo caput effuſum fuit.

PETITIO CONTINEBAT.

In ſupplicatione Pontifici porrecta pro diſpenſatione Impetranda, eſt de neceſſitate exprimendum omne id, quod Jura exprimi jubent, vel ſtylus Curiæ, aut Principis conſuetudo exigunt, ne Diſpenſatio ſubreptitia ſit, ut late diximus. Et in omnibus Gratiis, quæ ad ſupplicationem conceduntur, ſupplica- 157
tio attendi debet. Hector Capyc. Latro *dec. S. Concilii Neap. dec.* 174. *num.* 16. Rota coram Durano *dec.* 387. *num.* 1. Rota *dec.* 306. *num.* 2. *part.* 3. *rec.* Cæphal. *conſ.* 284. *num.* 10. *tom.* 3. Rota coram Cavalerio *dec.* 285. *num.* 2. Rota *dec.* 387. *numer.* 1. *in noviſs.* Caputaquenſ. *dec.* 75. *num.* 5. Reſponſa Marantæ *reſp.* 13. *num.* 20. & *num.* 37. *part. prim.* Unde ſi 158
in Literis mutaretur ſubſtantia Gratiæ, Literæ non attenduntur, ſed ſupplicatio ; Rota coram Cavalerio *dicta dec.* 285. *num.* 2. Hector Capyc. Latro *dec. S. Conſ. Neap. dec.* 154. *num.* 12. in qua Supplicatione tota vis Gratiæ conſiſtit ; cum Literæ non dent Jus in re, nec ad rem, ſed ſola ipſa Gratia, dictus Hector Capyc. *l. c.* Tuſchus *concl.* 52. *num.* 1. *litera G.* Imo de ſtylo Romanæ Curiæ Gratias Papæ ex 159
Regeſtro ſumi poſſe teſtantur, Maſcardus *concl.* 1260. *num.* 9. Cæphal. *conſ.* 284. *numer.* 10. *tom.* 3. Tuſch. *concl.* 71. *num.* 2. *litera G.* Quod Regeſtrum reputatur Bullarum Protocollum, idem Maſcard. *concl.* 1260. *numer.* 1. Et propterea tenorem Literarum ex 160
tenore Supplicationis eſſe verificandum, dicit Rota *dec.* 387. *num.* 1. in noviſſimis, & docent d. Hector Capyc. *dec.* 170. *num.* 51. Caputaquenſ. *dec.* 75. *numer.* 5. *part.* 1. Patiſ. *de reſig. lib.* 8. *quæſt.* 7. *numer.* 86. & 106. cum omnis conceſſio Principis reguletur 161
à petitione, Rota coram Pænia *dec.* 381. *numer.* 4. Corneus *conſ.* 323. *nu.* 22. *tom.* 4. Rota coram Merlino *dec.* 389. *num.* 32. & *dec.* 728. *num.* 11. & Re- 162
ſcriptum Pontificis referatur ad ſupplicata, & ab illis interpretationem admittat ; Reſponſa Marantæ *dict. reſp.* 13. *loc. cit.* Hieronym. Palma *conſ.* 73. *num.* 7. & *conſ.* 88. *num.* 6. Lælius Altogradi *conſ.* 71. *num.* 36. 37. & 38. *lib.* 2. Farinac. *lib.* 1. *conſil. crim. conſ.* 57. *numer.* 18. & propterea ex forma dictæ Supplicationis declaretur intellectus Gratiæ conceſſæ ; Robertus 163
Maranta *in ſpecul. aureo part.* 4. *diſt.* 9. *num.* 5. quia ſemper cenſetur ſe fundare ſuper expreſſis ; Rota co- 164
ram Durano *dec.* 147. *num.* 7. nec unquam diſpenſare cenſetur ſuper Impedimentis non expreſſis ; Franc. 165
Leo *in theſ. fori Eccl. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 49. Rota coram Pænia *dec.* 206. *num.* 7. Rota *dec.* 350. *num.* 20. *in noviſs.* Rota *dec.* 306. *num.* 2. *part.* 3. *rec.* Unde ad hoc, ut Papa validet, neceſſe eſt, ut ſciat de- 166
fectus, & nullitates, alias ſanare non cenſetur ; Rota *dec.* 158. *num.* 6. *part.* 1. *rec. & dec.* 306. *num.* 2. *part.* 3. *rec.* Rota coram Cavaler. *dec.* 334. *num.* 1. & *dec.* 500. *num.* 1. quia Gratia non extenditur ad 167
nullitates non expreſſas, Rota coram Durano *dec.* 238. *num.* 22. Reſponſa Marantæ *reſp.* 13. *numer.* 34. 168
part. 1. Papam imo nunquam præſumitur voluiſſe ſanare defectus, quos ignoravit *l. mater ff. de inoffic. teſtam.* Rota coram Pænia *dec.* 208. *num.* 7. Flaminius Pariſ. *de conſid. quæſt.* 40. *numer.* 6. Rebuff. *in praxi Benef.* ubi *de diſp. numer.* 13. *in fine* ; Federi-

cus

cus de Simis *conſ. 198. num. 2.* Unde ſuper Impedi-
169 mentis tacitis, ex defectu intentionis Pontificis, diſpenſatio non ſuffragatur; Sbroz. *de offic. Vicarii lib. 2. quæſt. 36. numer. 2.* Rota *dec. 32. numer. 11. parte 6. rec.*

De his autem, quæ exprimi neceſſaria ſint in diſpenſatione petenda late diximus *toto cap.*

QUOD CUM DICTA MAGDALENA IN DICTO LOCO PROPTER ILLIUS ANGUSTIAM, &c.

De hac cauſa angustiæ loci fuſiſſime agemus *l. 3. tot. cap.* Ubi quomodo, & quando verificetur, & quod correſpective ſit accipienda, & an admittatur in Civitatibus, & an verificetur, ſi fœmina nobilis ſit, & illam ducere velit ignobilis Dives, vel legum Doctor ex vilibus parentibus natus, & an teneantur nubere extra Patriam, & alia in praxi magis practicabilia adnotabimus, quæ omnia cum ibi ſatis ſuperque explicentur, ſuperfluum eſſet hic repetere.

CUPIUNT INVICEM MATRIMONIALITER COPULARI, &c.

Cupiunt, non tamen poſſunt (attento Impedimento dirimenti) Matrimonium contrahere, vel dic *cupiunt, &c.* quia abſque libero contrahentium conſenſu Matrimonium conſiſtere nequit, ut probabimus *l. 2.*

SED QUIA TERTIO, ET QUARTO A' COMMUNI STIPITE PROVENIENTIBUS CONSANGUINITATIS GRADIBUS INVICEM SUNT CONJUNCTI, &c.

170 Dicitur à communi ſtipite provenientibus; Ad tollendum omnem dubietatem, & ut cognoſcatur eſſe unicum Impedimentum, alias poſſet dubitari, quod duplex eſſet nempe tertii ex uno, & quarti ex altero; Ac etiam ut certo conſtet Impedimentum ſuper quo diſpenſatio petitur non eſſe in linea recta, in qua Papa diſpenſare non ſolet, imò probabiliſſimum eſt non poſſe in illa diſpenſari per ea, quæ dicimus *lib. 2.*

De Impedimento Conſanguinitatis, & an, & quando, ac quomodo ſuper eo diſpenſari poſſit, fuſe dicemus *lib. 2.* quæ cum ſatis, ſuperque ibi adnotata fuerint, ſuperfluum eſſet hic repetere.

Infraſcripta tamen animadvertenda ſunt:

171 Primò; Quod licet ſuper Impedimento Conſanguinitatis Papa difficilius diſpenſet, quam ſuper affinitate, cum illud fortius ſit vinculum (ut alibi diximus) nihilominus, quoad Taxas, & Impenſas Impetrationis pari modo Diſpenſatio conceditur, nulla habita differentia an ſit ſuper conſanguinitate, vel affinitate, ut notum eſt.

172 Secundò; ſi plura inter contrahere volentes adſint Impedimenta, & ſe contingant, & unum augeat aliud, diximus, ea omnia eſſe in una, eademque Supplicatione Pontifici exprimenda, ſi omnia publica ſint; Quod ſi aliqua ſint publica, & reliqua oc-
173 culta, vide quæ diximus *d. c.* & diſpenſatione ſecreto obtenta ſuper occultis, poſtea Sponſi interrogentur à Delegato, cui commiſſa fuerit Diſpenſatio ſuper publicis, an alia impedimenta adſint, diximus non teneri Impedimenta occulta jam diſpenſata manifeſtare, quia cum fuerint legitime diſpenſati, ſunt
174 tuti in conſcientia; Imo dato etiam, quod Judex, vel Notarius, qui de ipſius Judicis commiſſione fabricaret proceſſum pro verificatione diſpenſationis, pro foro externo, ſuper publicis faciendæ, ſcirent, ex confeſſione Oratorum, talia Impedimenta occulta, at ſcirent etiam Sponſos fuiſſe ſuper eis diſpenſatos, poterunt admonere Sponſos, ut taceant, ne Impedimenta publicentur, vel illa negent, utendo æquivocatione, nempe in animo reticendo, non adeſſe Impedimenta, quæ modo impediant, & poterit Notarius hujuſmodi Impedimentorum confeſſionem à Sponſis perperam, ut ſupra, factam eo caſu non ſcribere, ut prædicta docent Sanchez *lib. 8. diſp. 25. num. 16.* Pyrrhus Corradus *in praxi diſp. Apoſt. lib. 7. c. 6. num. 37.* Trullenck *opere morali l. 7. c. 6. dub. 11. num. 5. tom. 3.*

175 Tertiò: Si Impedimentum occultum ſuper quo Conjuges ſecreto diſpenſati fuerunt aliquo caſu temporis curſu publicari contingat, diſpenſatio eſt invalida, & nova opus eſt diſpenſatione pro foro externo. Et ſi Parocho hujuſmodi Impedimentum ab 176
aliquo denunciatum ſit, quamvis etiam ſciret fuiſſe jam ſuper eo Conjuges ſecreto diſpenſatos pro conſcientiæ foro, nihilominus quia Impedimentum ei opponitur, & ad ipſum non pertinet de validitate, vel invaliditate diſpenſationis cognoſcere, tenetur dictum Impedimentum ad Ordinarium deferre, qui
quamvis etiam ſciret Conjuges ſuper denunciato Im- 177
pedimento ſecreto diſpenſatos fuiſſe, attamen ex quo dictum Impedimentum ſibi in foro externo denunciatur, Juſtitiam miniſtrare tenetur; & ſi Impedimentum probari poſſit per duos teſtes, vel unum tantum, adjunctis aliis adminiculis, debebit ipſos Conjuges ſeparare, & Matrimonium prohibere, donec aliam diſpenſationem pro foro externo impetraverint; Navarrus *lib. 4. conſilior. titulo de privil. conſ. 5. nu. 7. in prima edit.* Sanchez *lib. 3. diſp. 15. à n. 9.* Baſilius Pontius *de matrim. libr. 5. cap. 36. numer. 7.* Pyrrhus Corrad. *in d. praxi l. 7. d. cap. 6. num. 45.* & faciunt dicta per Ludoviſ. *dec. 57. n. 8.* & nos etiam alibi diximus.

Si tamen Matrimonium fuerit contractum cum dicta diſpenſatione ſecreto obtenta, ad illud diſſolvendum requiruntur probationes concludentiſſimæ, & ſaltem duo teſtes omni exceptione majores, ut dicimus.

Quintò, Dum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24.* 178
cap. 5. de reformat. matrim. prohibet ne cum Impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis Matrimonium contrahatur, hujuſmodi prohibitio, non ſolum eſt intelligenda reſpectu dictorum Impedimentorum, ſed etiam de alio quocumque Impedimento, quod inter contrahere volentes adeſſet, ut bene Sanchez *lib. 3. diſp. 42. num. 4.* Laymanus *Theol. mor. l. 5. tr. 10. part. 2. cap. 4. num. 16. verſ. Altera pœna*; Averſa *de matrim. quæſt. 7. ſect. 3. verſ. At vero*; Filiuccius *quæſt. moral. tom. prim. tr. 10. cap. 10. num. 339.* Joan. Angelus Boſſius *de matrim. contr. cap. 11. numer. 165.* quia intentio dicti Concilii eſt ne Matrimonium Clandeſtine, & cum Impedimento dirimenti contrahatur, unde non ſatisfieret dictæ intentioni, ſi cum alio Impedimento dirimenti contrahere- 179
tur; & propterea dum eſt eadem ratio, eadem debet eſſe juris diſpoſitio *l. ſi poſtulaverit §. ratio ff. de adulter.*

Sextò, Si circa expreſſionem ſpeciei Impedimenti 180
fuiſſet error, ut ſi dictum fuiſſet Impedimentum eſſe conſanguinitatis, & eſſet affinitatis, vel è contra, vitiari Diſpenſationem, & literas egere correctione, antequam poſſint exequutioni demandari, diximus *capit. 4.*

Septimò, Si res eſſet omnino dubia, an egeret di- 181
ſpenſatione, necne, dicendum eſt non egere diſpenſatione, quia in æquali dubio præſumptio eſt pro libertate ad contrahendum; nemo etenim in dubio eſt ſua libertate privandus, ita Sanchez *l. 8. diſp. 6. numer. 18.* Bonacina *de leg. diſp. prim. quæſt. 2. punct. 1. num. 18.* Pontius *de matrim. lib. 8. cap. 13. numer. 1.* Leonardus Leſſius *de juſt. lib. 2. cap. 40. dub. 17. numer. 113.* Diana *part. 8. tr. 3. reſol. 72.* Guttierez *de matrim. cap. 122. num. 5.* Sperellius *dec. 119. num. 57.* Eſcobar *Theol. moral. tr. 7. exam. 9. cap. 9. verſ. Dubitat quis*; Merolla *tom. 1. diſp. 3. capit. 3. coroll. 10. num. 134.* Joannes Angelus Boſſius *moral. var. part. 2. titulo 1. §. 39. numer. 1284.* Soacius *ſuper inſtituta l. 1. tit. 3. de jure perſonar. §. & libertas num. 2.* Thomas Tambur. *in præceptis Decalogi l. 1. cap. 3. §. 7. nu. 3.* & noviſſime Angelus Maria Verricell. *de miſſionibus Apoſtolicis quæſt. 197. ſect. 7. num. 72.* ubi optime declarat hanc Doctrinam veram eſſe, quoad Impedimenta, quæ ſunt Juris humani, non tamen pro Impedimentis juris naturalis.

Amplia hanc doctrinam, itaut procedat non ſo- 182
lum quando res eſſet omnino dubia, ſed etiam quando in conflictu opinionum ſcribentium, opinio affirmans Impedimentum eſſet probabilior, dummodo negans probabilis ſit; Sanchez, & Leſſius *ll. cc.* Sperellius

rellius *dec.* 114. *num.* 57. Boſſius *num.* 1287. *l. c.* Diana, & Palaus penes ipſum Boſſium; Ratio eſt, quia ut diximus *cap.* 4. in rebus moralibus ſatis eſt ſequi
183 opinionem probabilem relicta probabiliori. Unde ſi eſſent opiniones, an certum quid afferat Impedimentum ad Matrimonium contrahendum, & opinio negans eſſet probabilis, quamvis affirmans eſſet probabilior, poterit nihilominus iniri Matrimonium abſque Diſpenſatione, ſequendo opinionem probabilem, ut idem Sanchez *l. c.* & Sperell. *dec.* 175. *numer.* 89. At è contra ſi dubitetur, an ſuper aliquo
184 Impedimento, quod certo extat, fuerit valide diſpenſatum, tunc quia Impedimentum eſt certum, ſed de *validitate* diſpenſationis dubitatur, ſtat poſſeſſio pro *Impedimento*; unde in hujuſmodi dubio opus erit Diſpenſatione, ut concludunt plerique Doctores ſupra relati.

185 Tunc autem dicitur eſſe dubium, quando intellectus pendet in æquilibrio, in neutram partem potius inclinans; Sanchez *de matr. l.* 2. *diſp.* 41. *n.* 2. Sperell. *dec.* 175. *n.* 84.

186 Addunt aliqui in re omnino dubia poſſe Epiſcopum, cauſa vitandi ſcandala, vel diſpenſare, vel declarare nullum adeſſe Impedimentum; Sanchez *l.* 8. *diſp.* 6. *num.* 18. Corrad. *d. c.* 5. *numer.* 65. Id tamen mihi non probatur, quia ſicut diximus, in æquali dubio impedimenti non eſt neceſſaria diſpenſatio, &, ſi impedimentum eſt certum, non poteſt Epiſcopus diſpenſare niſi in quibuſdam caſibus urgentis neceſſitatis, & concurrentibus conditionibus, quas *l.* 2. diximus.

Et licet in dicto æquali dubio neceſſaria non ſit diſpenſatio, ut diximus, multoties tamen Oratores,
187 pro ſuæ conſcientiæ quiete, & ad majorem cautelam, diſpenſationem petunt à Summo Pontifice, exponendo, v. g. quod ex tali cauſa Oratores cupiunt invicem matrimonialiter copulari, & licet nullum eis obſtet canonicum Impedimentum, quominus id facere poſſint, quia tamen à nonnullis, id forſan ægre ferentibus, falſo aſſertum fuit v. gr. Oratricem eſſe Uxoris Oratoris jam defunctæ ſororem ex illicito coitu procreatam, quominus contrahant impediuntur, ſupplicatur propterea, ut Sanctitas Sua committere dignetur, & mandare Ordinario loci, vel ejus Vicario in ſpiritualibus Generali, ut de præmiſſis ſe diligenter informet, & inquiſita per eum diligentius veritate, niſi coram eo legitime probatum fuerit Oratricem prædictam eſſe Uxoris præfati Oratoris jam defunctæ Sororem ex illicito coitu procreatam, ut præfertur, eamdem imputationem Apoſtolica auctoritate rejiciat, eaque non obſtante, Oratores prædictos dummodo nullum Canonicum eis obſtet Impedimentum; Matrimonium inter ſe publice, &c. contrahere, &c. dicta Auctoritate declaret, non obſtantibus, &c. & ſic eo caſu, Papa committit Ordinario, ut ſe informet, & niſi probatum fuerit Impedimentum adeſſe, imputationem rejiciat; & ita caſu occurrente, & ſic eligentibus Oratoribus aliquando ſervari teſtatur Pyrrhus Corradus *in praxi diſpenſat. Apoſtol. libr.* 7. *capit.* 5. *numer.* 67.

188 Si narratum fuiſſet Pontifici plura Impedimenta adeſſe, & à Delegato in Informationibus habitis reperiretur unum ſolum adeſſe, vide quæ diximus.

189 At ſi narratum fuiſſet ſolum Impedimentum, & plura adeſſe poſtea reperirentur, ſubreptitia erit Gratia, nec poterit Delegatus ad exequutionem diſpenſationis procedere; Reginaldus *lib.* 31. *capit.* 27. *numer.* 204.

INVICEM ESSE CONJUNCTOS.

190 Quando exprimitur Impedimentum conſanguinitatis, dicitur Oratores eſſe conjunctos, quia proprie ex ipſa conſanguinitate, & ex eo quod inter ſe ſanguine conjuncti ſint, dicuntur conſanguinei *l. prima* §. *penult. ff. de ſuis, & legitim. hæred.* At ſi Impedimentum eſſet affinitatis, tunc non dicitur eſſe conjunctos, ſed ſe attinere; quia affinitas proprie eſt attinentia perſonarum ex copula proveniens, *cap. Quod ſuper his V. de Conſang. & Affin.*

ABSQUE SEDIS APOSTOLICÆ DISPENSATIONE.

Nullus præter Summum Pontificem propria, & 191
ordinaria auctoritate in Matrimonii Impedimentis diſpenſare poteſt, ut diximus, & docent Doctores relati, & latius *libr.* 2. dicemus, quamvis enim in quibuſdam caſibus alii inferiores, ut Nuncii, Legati Apoſtolici, Commiſſarii Cruciatæ, Epiſcopi, & 192
alii, quos dicto Libro adnotabimus, diſpenſare poſſint, id tamen eis nullo modo competit propria eorum auctoritate, ſed vel ſibi à Pontifice ſpecialiter demandata, vel ſaltem ex voluntate ipſius Pontificis præſumpta, ut in quibuſdam urgentiſſimis caſibus, quibus neceſſitas urget, nec patet aditus ad Pontificem, vel alium, qui ab eo Diſpenſandi poteſtatem habet, tunc enim præſumitur Pontificem velle, ut Epiſcopi in tam urgenti neceſſitate pro communi bono, & animarum ſalute Diſpenſare poſſint.

QUARE IIDEM NOBIS HUMILITER SUPPLICARI FECERUNT, &c.

Non eſſe neceſſarium mandatum ad Diſpenſationem impetrandam, nec ſcientiam ejus qui Diſpenſatione indiget, diximus, ſed ſufficere quod ab ipſo, cui impetrata eſt, acceptetur; non enim refert à quo fuerit impetratum Privilegium, ſufficit ſolum, quod à Principe fuerit conceſſum, & à parte acceptatum, vide Sanchez *libr.* 8. *diſpenſat.* 29. *numer.* 4. & alios, quos propterea retulimus *loc. citat.*

QUATENUS EIS IN PRÆMISSIS OPPORTUNE PROVIDERE, &c.

In præmiſſis, &c. quia ut diximus, Papa ſe fundat ſuper expreſſis, & nunquam intendit ſanare defectus, quos ignorat.

Papa Dei Vicarius, & Univerſalis Paſtor debet 193
ſuo Gregi opportune providere, ubi, & quando rei qualitas, & perſonarum indigentia id poſtulant, vide Clem. Paſtoralis *capit.* 2. *libr.* 2. *titul.* 11. ubi Pontifex in principio dicit, *Paſtoralis Cura ſolicitudinis nobis divinitus ſuper cunctas Chriſtiani populi nationes injuncta, nos invigilare remediis ſubjectarum earumdem periculis obviare, & ſcandala removere compellit.*

DE BENIGNITATE APOSTOLICA DIGNAREMUR.

Quia cum Diſpenſatio non ſemper ſit de jure de- 194
bita, Papa, tunc diſpenſando, miſcet miſericordiam cum ipſa Diſpenſatione, & ideo dicitur *miſericorditer in Domino diſpenſare*, ut bene animadvertit P. Leo *in praxi Sacræ Pœnitentiariæ part.* 1. *formula* 2. *verſ. Quia iſta Diſpenſatio pag. mihi* 75.

NOS IGITUR EOSDEM, AC EORUM QUEMLIBET, A' QUIBUSVIS EXCOMMUNICATIONIS, SUSPENSIONIS, ET INTERDICTI, ALIISQUE ECCLESIASTICIS SENTENTIIS, CENSURIS, ET POENIS, A' JURE, VEL AB HOMINE, QUAVIS OCCASIONE, VEL CAUSA LATIS, SI QUIBUS QUOMODOLIBET INNODATI EXISTUNT, AD EFFECTUM PRÆSENTIUM TANTUM, &c.

Excommunicatio eſt Gladius Eccleſiæ *cap. dilecto* 195
6. *de ſent. excomm. & cap. Cum inter* 5. *in fine de conſuetud.* & eſt omnium pœnarum maxima, quia nul- 196
la alia in Eccleſia reperitur major, cum afficiat animam, & eam ſpiritualibus auxiliis privet, ac Chriſtianorum contubernio ſpoliet; Divus Auguſtinus *relatus in Can. corripiantur* 17. *cauſa* 24. *quæſt.* 3. Pariſ. *de reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 73. Barboſa *de jur. Eccl. univ. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 77. Guttierez *Canon. qq. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 27. Salas *de leg. diſp.* 14. *ſect.* 3. *num.* 35. Ricciullius *de Jur. perſonar. libr.* 4. *capit.* 63. *num.* 2. Sperellius *dec.* 129. *numer.* 3. Reſponſa Marantæ *reſp.* 37. *num.* 17. *part.* 2. Eſtque actus mere Eccleſiaſticus à poteſtate Canonum pendens, & 197
propterea Judicibus ſæcularibus omnino incompetens; Marius Antoninus *var. reſol. libr.* 1. *reſol.* 48. *num.* 7. Reſponſa Marantæ *reſp.* 21. *num.* 109. *part.* 2. hæc enim poteſtas excommunicandi deſcendit à Clavibus, quam poteſtatem Jeſus Chriſtus Dominus

No-

Noſter Eccleſiæ ſuæ tradidit, ex illo Matthæi 18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus, Et quodcumque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in Cœlis*; Ægidius de Coninck *de Sacram. diſp.* 13. *dub.* 3. *n.* 24. *concluſ.* 1. Diana *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 98.

Per dictam clauſulam, *Abſolventes*, *&c.* Papa Oratores abſolvit, quatenus egeant, à quibuſvis ſententiis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, & ita illos habilitat, ut non obſtante Excommunicatione, Suſpenſione, & Interdicto habiles ſint, & capaces Gratiæ, quam Papa ipſis facit, cum alias
199 Gratia per Excommunicatum obtenta non valeat *cap. primo de reſcr. in* 6. Rebuff. *in praxi Benef.* ubi *de* 3. *parte ſignaturæ in princip.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 46. Caputaquenſ. *deciſ.* 72. *num.* 2. *par.* 3. Garcia mox citandus; Squillante *de obligat. Clericor. part.* 3. *n.* 70. Leſſius *de juſt. lib.* 2. *cap.* 34. *nu.* 116. Immo nec valeret, ſi impetraretur per Procuratorem excommunicatum, nomine principalis non Excommunicati; Rota *deciſ.* 286. *in antiquis*, Ricciullus *de jure perſonar. lib.* 4. *cap.* 38. *nu.* 7. Pariſ. *de reſignat.*
200 *lib.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 15. nec reviviſceret dicta gratia etiam ſubſequuta abſolutione; Ricciullus *lib.* 4. *capit.* 38. *n.* 17. Pariſ. *l. c.* Alex. Sperell. *dec.* 166. *n.* 13. quia
201 excommunicatus æquiparatur mortuo; Lotherius *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 41. *num.* 16.

202 Dicitur à QUIBUSVIS EXCOMMUNICATIONIBUS, ut in hujuſmodi Abſolutionem comprehendatur major, & minor, nam ſi diceretur ſimpliciter, quod abſolvat ab Excommunicatione, intelligeretur de majori; *cap. Si quem* 59. *de ſent. excomm.* Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 24. *n.* 36. P. Leo *in Praxi Sacræ pœnitent. part.* 2. *poſt. Impedimenta dirimentia*, *verſ. Nomine Excommunicationis*, *pagin. mihi* 239. Quia in odioſis verba intelligenda ſunt in potiori ſignificatu; Dici-
203 tur EX QUAVIS CAUSA LATIS, ut omnis excommunicatio comprehendatur, ſive à jure, ſive ab homine, ſive in propria, ſive in aliena Diœceſi lata ſit, ut bene animadvertit Rebuff. *in praxi Benef. part.* 1. *in explicatione Bullæ novæ proviſionis* §. *teque abſolventes*, *&c. n.* 8. ſive etiam comprehenſæ ſint in Bulla Cœnæ, ut ponderat Garcia *de benef. part. ſeptim. c.* 13. *n.* 67. tollitur enim per hanc clauſulam omne impedimentum ex cenſuris proveniens; Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 53.

204 Tandem dicitur, *QUOMODOLIBET*, ut comprehendat omnem modum incurſus Cenſuratum, non ſolum de Jure communi, ſed etiam de Jure ſpeciali, & conſuetudine; Gonz. *ad Reg.* 8. *Cancell. Gloſſa* 29. *in princip.* Cævallos *qq. comm. contra comm. quæſt.* 350. *n.* 2. Pater Leo *in d. praxi S. Pœnitentiariæ part.* 3. ubi *de mala promotione ante ætatem*, *verſ. Hæc dictio*, *pag. mihi* 418.

205 Sunt tamen aliqui caſus, quibus iſta generalis Abſolutio non prodeſt, ut videre eſt in Regula 66. Cancellariæ Apoſtolicæ, qua expreſſe decernitur, hujuſmodi Abſolutionem non ſuffragari non parentibus rei judicatæ, Incendiariis, Violatoribus Eccleſiarum, Falſificatoribus, & Falſificare procurantibus Literas, & Supplicationes Apoſtolicas, & illis utentibus, receptantibus, & fautoribus eorum, & res veritas ad Infideles deferentibus, violatoribus Eccleſ. Libertatis, via facti auſu temerario mandatis Apoſtolicis non obtemperantibus, Nuncios, vel Exequutores Apoſtolicæ Sedis, & ejus Officialium eis commiſſa exequentes Impedientibus, nec illis etiam, qui propter præmiſſa, vel aliquod eorum Excommunicati à Jure, vel ab homine, per quatuor menſes ſcienter Excommunicationis ſententiam hujuſmodi ſuſtinuerint; Et generaliter quibuſcumque aliis, qui Cenſuris aliquibus, & alias, quam ut præfertur, quomodolibet ligati, in illis per annum continuum inſorduerint; Quæ regula à Julio III. primitus conſtituta, teſte Rebuffo *loc. citat. num.* 12. & deinde ab aliis Summis Pontificibus, qui poſt ipſum fuerunt, & de præſenti à SS. Domino Noſtro Alexandro VII. confirmata fuit.

206 Addo nec Irregularibus ſuffragari; Pariſ. *de reſignat. libr.* 3. *quæſt.* 3. *numer.* 40. *&* 41. *& lib.* 8. *quæſt.* 7. *à num.* 111. Garcia *de benef. part.* 7. *cap.* 11. *num.* 56. quia Papa nunquam videtur cum Irregularibus diſpenſare, niſi id expreſſe dicat; Navarrus *in Manuali capit.* 27. *nu.* 194. Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 7. *numer.* 123. quia Irregularitas non eſt Cenſura *cap. Quæ-* 207
renti 20. *de verbor. ſignificat.* Garcia *part.* 7. *cap.* 11. *numer.* 56. & ideo non abſolvitur, ſed diſpenſatur; 208
Garcia *l. c.* & conſequenter in facultate abſolvendi à Cenſuris, & pœnis non includitur Irregularitas; Gu- 209
tierez *Can. qq. l. pr. cap.* 3. *d. c.* 3. *num.* 4. Navarr. *d. c.* 27. *num.* 194.

Addo inſuper iſtam Abſolutionem nec Hæreticis 210
prodeſſe; *colligitur c. Excommunicamus* 13. §. *credentes de hæreticis*; Garcia *d. part.* 7. *c.* 13.

Dicitur, AD EFFECTUM PRÆSENTIUM TANTUM CONSEQUENDUM, quia datur à Pontifice ad effectum dumtaxat, ut Oratori valide Gratia conferatur, unde Excommunicatus impetrans Gratiam à Pontifice, & Abſolutus cum dicta clau- 211
ſula, *Ad effectum*, *&c.* non poterit celebrare, ſi Sacerdos ſit, nec Divinis intereſſe, nec Beneficia Eccleſiaſtica ab Ordinario obtinere, ſed remanebit, quoad alia, in eo ſtatu, quo erat ante Abſolutionem; Ricciullus *de jure perſonarum*, *&c. l.* 4. *cap.* 9. *num.* 5. Rebuff. *num.* 67. *l. c. numer.* 15. Barboſa *de clauſ. clauſula* 179. *numer.* 6. Garcia *de Benef. part.* 7. *cap.* 13. *numer.* 65. Paulus Squillante *de oblig. Cleric. part.* 3. *num.* 71. Lezana *in ſumma tomo* 3. *verbo clauſula numer.* 7. nec Beneficii ſibi collati faciet fructus 212
ſuos. Ricciullus *d. l.* 4. *cap.* 9. *numer.* 6. idem Garcia *l. c. num.* 66. & ſi in Divinis ſe ingereret, fieret Irre- 213
gularis *cap. Is cui* 20. *de ſent. excom. in* 6. Rebuff. *l. c.* hujuſmodi enim Abſolutio operatur dumtaxat ſu- 214
ſpenſionem Impedimenti, quouſque Gratia effectum ſortiatur, ut bene dictus Paulus Squillante *l. c.* quia, ut animadvertit Joan. Valerus *diff. utr. fori*, *verbo Abſolutio diff.* 2. *numer.* 5. hujuſmodi Abſolutiones, quæ dantur *Ad effectum*, *&c.* non ſunt reales, ſed 215
verbales, & de ſtylo, cum alias iſtos Impetrantes non pœniteat, & propterea ſtatim abſoluto actu, propter quem abſolvuntur, in eaſdem reincidunt excommunicationes.

Animadvertit, & bene Garcia *l. c. num.* 62. Ora- 216
tores excommunicatos, qui Reſcriptum aliquod in forma Commiſſaria obtinuerunt à Pontifice, debere abſolvi ab excommunicatione ante Reſcripti exequutionem à Delegato factam, alias Gratia nulla erit, quia Abſolutio iſta, *Ad effectum*, *&c.* à Pontifice conceſſa, dum committitur Delegato Gratiæ exequutio, operatur impetrationis validitatem, & prodeſt ſolum ad effectum, ut Literæ validæ ſint, & conſequenter, ut mandatum validum ſit, quod alias invalidum eſſet ex diſpoſitione capituli primi *de reſcript.* quo decernitur à Gregorio Nono, Reſcriptum ab excommunicato impetratum eſſe nullum ipſo Jure; quamvis enim dictus Garcia loquatur de Impetrantibus Beneficia, tamen eadem ratio militat etiam quoad Impetrationes Literarum pro Diſpenſationibus Matrimonialibus; & ubi eſt eadem ratio, eadem debet eſſe Juris diſpoſitio.

Addit idem Garcia *num.* 64. *l. c.* ut ſi poſt impe- 217
tratas Literas cum dicta clauſula Abſolutionis *Ad effectum*, *&c.* Oratores incurrerent in excommunicationem, & Cenſuras, dicta clauſula, & Abſolutio non prodeſſet; quod idem ex tenore ipſius clauſulæ aperte colligitur, quia dum Papa abſolvit *Ad effectum*, *&c.* dicit, *ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt*, denotando tempus præſens, & non futurum; Idque eſt menti tenendum, quia pauci ſunt, qui id animadvertant.

DISCRETIONI TUÆ, &c.

Diſcretio eſt mater omnium Virtutum; *Clem. Pa-* 218
ſtoralis 2. *de ſent. excomm. & re Judicata*; *Gloſſa in cap. Paſtoralis* 28. *verbo Diſcretione*, *de officio*, *& poteſtate Delegati*, *& derivat à verbo Diſcerno*, quod ſignificat diſtincte aliquid cognoſcere; Debet enim Delegatus, in exequendo ſuum munus diſcernere Dei honorem, rei qualitatem, ac gravitatem, & Oratorum ſpiritualem utilitatem.

Hæc clauſula, *Diſcretioni tuæ*, *&c.* non impedit 219
ſub-

subdelegationem, ut probat Gratianus *discept. forens. cap.* 738. *num.* 1. *& num.* 5. *tom.* 4. nec inducit ele-
220 ctionem industriæ personæ, nec per illam mutatur natura negotii, super quo Literæ conceduntur; Idem
221 Gratianus *loc. citat. numer.* 2. *&* 3. Et apponitur in quibuscumque Literis directis aliis, quam Episcopis, quibus dicitur *Fraternitati tuæ, &c.* Idem Gra-
222 tianus *l. c.* & Rebuffus penes ipsum; & quando hæc clausula apponitur, importat arbitrium boni viri; Fœlinus *cap. prim. de constitutionibus, verf. Et si dicatur discretioni tuæ, &c. num.* 5. Antonius Leoncillus *de paupertatis opibus part.* 2. *privil.* 146. *num.* 2. seu potius arbitrium prudentiale, & regulatum; Menochius *de arbitr. Judic. lib.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 24. &
223 perinde sonat, ac si diceretur judicio tuo, &c. Menochius *num.* 25. *l. c.* & propterea antequam Delegatus Dispensationem exequatur, debebit verificari facere causam finalem, & omnia alia in Literis Apostolicis contenta; Gutierez *Can. qq. l.* 2. *capit.* 22. *num.* 19. Henriquez *l.* 11. *de matr. cap.* 5. *numer.* 5. & si cognosceret ex Matrimonio contrahendo posse aliquod malum exoriri, poterit, ac debebit Dispensationem denegare; sicut enim causa vitandi scandali est sufficiens ad movendum Pontificem, ut Di-
224 spensationem concedat; ita è converso, si scandala ex futura Dispensatione probabiliter timeantur, erit causa Matrimonii prohibendi, ac Dispensationem denegandi, Pyrrh. Corradus *in praxi dispensat. apostol. libr.* 8. *capit.* 2. *numer.* 7. & nos dicimus *cap. sequenti*.

DE QUA IN HIS SPECIALEM IN DOMINO FIDUCIAM OBTINEMUS.

De Episcopo, & ejus Vicario Generali, Papa confidit, non autem de Capitulo, & ejus Vicario, Sede Vacante, & ob id hujusmodi commissiones dicto Capitulo, & ejus Vicario non committit.

Per hanc clausulam intelligat Delegatus, se in dispensatione exequenda debere procedere cum omni rectitudine, prudentia, & diligentia; cum agatur de re, & negotio maximi momenti, considerans te vices Summi Pontificis gerere, qui hanc causam,
225 licet gravem, conscientiæ ipsius Delegati specialiter commisit; sic etiam ex dispositione Sacrosancti Concilii Tridentini *sess.* 22. *cap.* 5. *de reformat.* præcipitur, dum disponitur, ut Dispensationes Matrimoniales committantur Ordinario, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, nec aliter, dispensare possit; & *sess.* 25. *cap.* 18. *de reformat.* disponit, ut si urgens, justaque ratio, & major quandoque utilitas postulaverit, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, & summa maturitate à quibuscumque ad quos Dispensatio pertinebit, erit præstandum, aliterque facta Dispensatio, subreptitia censeatur;
226 Quapropter debebit Delegatus in exequutione Literarum Apostolicarum procedere, ut dicitur, pede plumbeo, & cum omni diligentia, & circumspectione, quia totum negotium ejus conscientiæ committitur.

PER APOSTOLICA SCRIPTA.

Diximus cap. 3. quod licet Gratia à Summo Pontifice facta valida sit, etiam Literis non confectis, nihilominus ad Ipsius Gratiæ probationem, & ut is, qui illam obtinuit, possit valide, & licite ea uti, requiritur de necessitate, ut Literæ conficiantur;
227 Raro autem ipse Pontifex dispensat, sed ut plurimum mandat Ordinario, ut si preces veritate niti repererit, dispenset, ita maxime disponente Concilio Tridentino *sess.* 22. *de reformat. d. cap.* 5. Unde superfluum esset hoc casu differere, an Literarum expeditio necessaria sit, cum absque illarum præsentatione Delegatus non habeat Jurisdictionem, ut diximus, & consequenter si non præsententur Literæ, non possit à Delegato dignosci forma sui mandati per eum servanda.

228 MANDAMUS; Clausula ista conjuncta cum alia, nempe *Auctoritate nostra*, de qua infra, facit Delegatum; *cap. Pastoralis* 14. §. *Quoniam autem*; *cap. Ad hæc* 10. *& cap. Ex parte* 33. *de rescr.* Balthas. de Thomasis *pr. decade tr.* 1. *titulo* 15. *numer.* 186. Pat. Leo *in praxi Sacræ Pœnitentiariæ part.* 4. ubi *de Absolutione, & Dispensatione pro Reg. &c. verf. Hoc verbum pag. mihi* 581. Joseph Felin. & Cerezo *in margarita conclusionum part.* 2. *verbo Papa* §. 1. Ipsique Delegato Jurisdictionem tradit statim ac Literæ ei præsentatæ sint.

Verbum istud, *Mandamus*, à Superiore prolatum 229
importat necessitatem, & præceptum; *cap. Mandato* 10. *de præb. in* 6. *cap. Mandatum* 38. *& cap. Eam te* 7. *de rescr.* Unde Delegatus tenetur omnino formam sui mandati adimplere, & juxta ejus tenorem procedere in Dispensatione exequenda: Et cum Papa sit omnibus superior *cap. per Venerabilem* 13. *qui filii sint legitimi*, potest quamlibet personam sibi bene vi-
sam, & quacumque ac qualicumque dignitate prædi- 230
tam delegare, eandemque cogere ad acceptandum; 231
inferior vero solas personas sibi subjectas cogere potest ad suas delegationes acceptandum; *l. eum qui juncta Glossa prima, & l. ultima de jurisd. omnium Judicum*; vide Franciscum Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *capit.* 4. *dub.* 15. *num.* 168.

QUATENUS DEPOSITA PER TE OMNI SPE CUJUSCUMQUE MUNERIS, AUT PRÆMII, ETIAM SPONTE OBLATI, A' QUO TE OMNINO ABSTINERE DEBERE MONEMUS.

Papa præcipit Delegato, ne aliquod munus, aut præmium occasione Dispensationis exequendæ recipiat; & licet prædicta verba importare videantur consilium, & simplicem monitionem, nihilominus cum in fine Literarum addita sit alia clausula nempe; *Volumus autem, quod si spreta monitione nostra hujusmodi aliquid muneris, aut præmii occasione præmissorum exigere, aut oblatum recipere temere præsumpseris, Excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurras*: clare constat non esse simplicem monitionem, 232
sed præceptum, formam tribuens, cum per illud ipsi Delegato prohibeatur omnis receptio muneris, aut præmii, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Et quod sit præceptum, & non monitio simplex, constat ex dicta dictione, *Quatenus*, quæ con- 233
ditionem importat; Gratianus *discept. for. cap.* 854. *num.* 40. *& num.* 49. Rota *dec.* 381. *part.* 1. *divers. num.* 2. Pater Leo *in praxi Sacræ pœnit. part.* 1. ubi, An Confessores sint meri exequutores, *verf. Dictio, Quatenus, &c. pag. mihi* 28. unde facultatem limitat Delegato, eidemque modum, & formam inducit, ut idem Pater Leo *l. c. verf. Hæc igitur, &c.* Dicta clausula, & pœna excommunicationis, si Pyr- 234
rho Corrado credamus *lib.* 7. *praxis disp. apost. c.* 7. *num.* 7. non solebat antiquitus apponi in Literis Dispensationum, sed solum ab ipsis Episcopis contra eorum Vicarios Literas Dispensationum exequuturos, ne propter illarum exequutionem aliquid extorquerent. At cursu temporis contra eosdem Vicarios prædicta non observantes cæpit Pontifex excommunicationem apponere, itaut ubi prius hæc excommunicatio Episcopalis erat, tunc esset Papalis, Unde inductus fuit stylus apponendi in mandato, & Literis commissionis, factæ Delegato ad dispensandum istam pœnam excommunicationis, si commissio dirigatur Vicario Episcopali: Quod si committi contingat ipsi 235
Episcopo, tunc ei injungitur, ut si munus, aut præmium qualecumque exegerit, aut oblatum receperit, eo ipso à Jurisdictionis etiam Episcopalium exercitio, fructuum mensæ suæ perceptione, tandiu suspensus existat, donec à Sede Apostolica relaxationem Suspensionis hujusmodi per satisfactionem condignam meruerit obtinere. Et si Dispensationes com- 236
missæ fuissent in forma pauperum, tunc sive Dispensationis exequutio commissa sit Episcopo, sive Vicario, ultra pœnas prædictas, apponitur etiam pœna nullitatis absolutionis, & Dispensationis per clausulam, quæ ibi apponi solet, *Et nihilominus Absolutio, & Dispensatio hujusmodi à te facienda nullius sint roboris, vel momenti*, ut quotidiana praxis testatur; Et isto ultimo casu absolutio à dicta excommunicatione reservatur Pontifici, ut ex verbis in Literis appositis, *Excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurras, donec absolutionem à Sede prædicta per satisfactionem condignam meruerit obtinere.*

Porro

237 Porro nec prædictæ Dispensationi, & prohibitioni Pontificis obstare potest consuetudo contraria, licet antiquata, qua videatur permissum Delegato hujus-
238 modi munera, aut præmia recipere, cum contradictio Principis omnem consuetudinem interrumpat, *cap. fin. de consuetud.* & mens Pontificis in hoc appareat clara, & præcisa, nec possit in dubium revocari, cum in omnibus Literis Dispensationum Matrimonialium, non solum dicta perceptio munerum, seu præmii expresse prohibeatur per modum monitionis, verum etiam ipsamet prohibitio geminata sit per comminationem Censuræ, ad magis demonstrandum suam certam, & deliberatam voluntatem;
239 unde verba geminata enixam disponentis voluntatem indicant: Cævallos *qq. comm. contra comm. quæst.* 828. *num.* 73. Marius Antonin. *var. resol. l.* 1. *resol.* 3. *numer.* 7. Responsa Marantæ *resp.* 19. *num.* 29. *part.* 1. Gratianus *discept. for. cap.* 621. *nu.* 29. *tom.* 4. Achilles de Grassis *dec.* 13. *alias* 3. *super regula modificatoria Indultorum Cardinalium num.* 4. Et verba gemi-
240 nata semper aliquid ultra operantur, Quintilianus Mandos. *ad Reg. Cancell. regula* 33. *quæst.* 11. *num.* 3. Fontanella *de pactis nupt. clausula* 5. *Gloss.* 8. *part.* 9. *num.* 26. Immo omnem dubietatem excludunt; Hier. Palma *cons.* 86. *n.* 9.

Et quod non possit Delegatus aliquid recipere, occasione harum Dispensationum sibi commissarum, expresse docent Doctores, quos infra citamus, & sic fuit à Sacra Congregatione decisum, teste Garcia *de Benef. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 102. & sic fuisse in specie decisum contra Episcopum Gerundensem refert Pyrrhus Conrad. *d. cap.* 6. *numer.* 14. & alias decisiones dictæ Sacræ Congregationis referunt Sbroz. Zerola, & Diana.

Et quidem cum in omnibus Literis Dispensationum Matrimonialium à Pontifice commissarum Papa semper apponat, & repetat dictam prohibitionem, certum, & indubium est, interrumpi, & annullari omnem contrariam consuetudinem, seu abusum munera, aut præmia percipiendi; cum ex illarum tenore de mente Pontificis adeo clare constet,
241 ut aliter interpretari non possit. Nec quoad hoc ullo modo sunt audiendi Sanchez *lib.* 8. *disp.* 35. *à numer.* 10. Filiuccius *qq. mor. tom. prim. tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 363. Antoninus Diana *part.* 8. *tr.* 3. *resol.* 111. Joannes Gutierez *de matrim. cap.* 128. *numer.* 2. & alii, qui docent posse Delegatum recipere, occasione Dispensationis, aliqua esculenta, & poculenta, quæ paucis diebus consumuntur. Et eo minus est attendenda doctrina Joannis de Salas *de leg. disp.* 20. *sect.* 10. §. 3. *in fine*, nempe posse accipi aliquid muneris gratuiti pro Dispensatione, ubi viget consuetudo, eo quia dicta clausula sit generalis, unde privatæ consuetudini sufficienter præscriptæ non deroget; Hæc tamen nullatenus sunt admittenda, quia nulla consuetudo obstare potest præcepto Papæ, maxime sic in singulis Dispensationum commissionibus repetito; quia cum ipse Pontifex possit ad sui arbitrium delegare quem velit, & Delegatus nullam aliam habeat potestatem dispensandi, nisi quatenus sit ei à Pontifice commissa, certissimum est servare debere præcisam formam sibi à Pontifice traditam; unde cum Pontifex ei Dispensationem committendo expresse, & sub excommunicationis pœna
242 prohibeat aliquid muneris, aut præmii, etiam sponte oblati, recipere, hæc prohibitio operatur, ut ne minimum munusculum recipere possit, ut bene animadvertit Augustinus Barbosa *de axiom. axiom.* 151. *à num.* 7.

243 Et non solum occasione ipsius dispensationis quicquam accipere non poterit, ut diximus, sed nec accipere poterit sub prætextu laboris in studendo processui, examinandis testibus, & itinere faciendo, pro ipsis informationibus habendis, nec ratione Sigilli, aut Taxæ, & sic fuisse à Sacr. Congregatione decisum testantur Sbrozius *de officio Vicarii libro* 2. *quæst.* 36. *numer.* 7. Thomas Zerola *in praxi Episcop. part. prima verb. disp.* §. *primo*, Diana *part.* 5. *tractat.* 13. *resolut.* 71. Garcia, Pirrhus Corradus *ll. cc.* & quidem cum sufficiant summariæ informationes, & Delegatus possit ipsas Informationes alteri subdelegare, ut dicemus, non est quod excusari possit ab inobservantia dicti præcepti, sub prætextu magni, & diuturni laboris; quamvis nec excusari posset, si vere magnus, & diuturnus esset, quia sic Pontifex illi expresse præcipit, & tenetur omnino Delegatus ei parere; Immo nec contra dictam prohibi- 244
tionem habet locum dispositio *capituli Mulieres* 2. *de Judiciis*, ubi Judici permittitur, ut ex causis ibi expressis possit, expensis partis producentis, accedere ad domus mulierum pro illis examinandis, tum quia potest, ut diximus, supplere per subdelegatum quoad has informationes, tum etiam, quia Papa omnino intendit, ut Delegatus à perceptione cujuscumque muneris, aut præmii in hujusmodi Dispensationum exequutione se abstineat, ne excæcatus, munus suum minus recte exequatur; legitur namque in Deuteronomio cap. 16. *munera excæcant oculos sapientum*, 245
& mutant verba Justorum; & Divus Ambrosius super Epist. ad Corinth. 1. *munera excæcant oculos Judicum, & vim auctoritatis inclinant*; & Plato in 3. de Republica; *Cum Divis flectunt venerandos munera Reges*; optime canit Ovid. *libro* 3. *de Arte Amandi*.

Munera, credo mihi, placant homineſque Deoſque,
Placatur donis Jupiter ipſe datis.
Quid faciat ſapiens? ſtultus quoque munere gaudet,
Ipſe quoque accepto munere mitis erit.

Vide pro nostra opinione Marcum Antonium Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ c.* 25. *num.* 13. Joannem Baptistam Ventriglia *in praxi annot.* 36. §. *unico nu.* 11. Garciam, Zerolam, Sbrozium, & Pirrhum Conrad. *ll. cc.*

Admittunt multi, Delegatum, post exequutam Dispensationem, posse recipere munera gratis oblata; ita inter alios Sanchez *lib.* 8. *disp.* 35. *à num.* 9. Gutierez *d. cap.* 128. *num.* 9. Filiuccius *l. c. numer.* 365. Trullenck *opere mor. tomo* 3. *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 11. *num.* 4. eo quia prohibitio hujusmodi videatur respicere tempus ante Dispensationem, ne Ordinarius muneribus corruptus munus suum minus recte exequatur; si tamen ante ipsius Dispensationis exequutionem fuisset facta promissio, vel expresse, vel signis evidentibus, & æquipollentibus data intentio munera dandi post factam Dispensationem, adhuc contraveniretur intentioni Pontificis, cum per dictam promissionem, vel intentionem datam, posset Judex corrumpi, perinde ac ex effectiva munerum largitione.

DE PRÆMISSIS TE DILIGENTER INFORMES.

Ad verificationem hujus clausulæ non sufficit O- 246
ratorum confessio de Impedimento, & de aliis in Supplicatione narratis, sed Delegatus debebit ab aliis se diligenter informare *capitul. Super eo* v. *de eo qui cognovit &c.* Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscopalis capitul.* 20. *numer.* 12. Pirrhus Corradus *in dict. praxi dispensat. libro* 7. *capitul.* 6. *numer.* 20.

Hujusmodi autem informatio est omnino necessa- 247
ria, quamvis Impedimentum, & alia Pontifici narrata notoria sint, licet enim notorium regulariter probatione non indigeat, Matthæus de Afflictis *dec.* 248
50. *num.* 5. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 12. Bonaccina *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 3. *prop.* 2. *num.* 17. Gratian. *discept. for. cap.* 925. *num.* 13. *tomo* 5. Sperell. *dec.* 109. *num.* 44. Barbosa *in votis Can. voto* 56. *numer.* 30. *lib.* 2. tamen, quia in Literis Papæ, ultra verbum *te informes*, additur aliud, nempe *diligenter*, & sic ista Clausula non apponitur eo modo, 249
quo jure inest, certum est non importare simplicem monitionem, sed conditionem, & formam, quam Delegatus tenetur omnino servare, & se diligenter informare, quamvis etiam alio modo de veritate precum sibi constaret, ita bene Sanchez *libr.* 8. *disp.* 34. *numer.* 26. *& libr.* 3. *disp.* 33. *numer.* 24. Garcia *de benef. part.* 6. *capit.* 2. *numer.* 265. Gratianus *discept. for. capit.* 596. *numer.* 2. 3. *&* 7. *tom.* 3. Gutierez *can. qq. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 112. & clare colligitur ex verbis in Literis expressis, nempe *& per informa-*

mationem eamdem, preces veritate niti repereris &c.
250 Unde si Delegatus ante captas hujusmodi informationes, & ante verificationem precum dispensaret, hæc Dispensatio nulla esset, & irrita, tanquam facta non servata forma mandati, Menochius *cons.* 442. *numer.* 51. *vol.* 5. Riccius *in praxi juris patronatus resol.* 130. *numer.* 3. Caputaquens. *decis.* 273. *numer.* 1. *part. prim.* Rota coram Durano *decis.* 205. *num.* 6. Rota *decis.* 295. *num.* 6. *in novissimis*, Rota coram Pœnia *decis.* 484. *num.* 2. quamvis etiam preces ve-
251 ræ essent, Sanchez *lib.* 8. *disp.* 34. *num.* 26. Reginald. *lib.* 31. *capit.* 28. *num.* 215. Filliuccius *tomo pr. tract.* 10. *numer.* 354. quia forma præscripta servata non fuit, unde Dispensatio corruit, ut late dixi-
252 mus. Et sic à simili, si Delegatus ad conferendum Beneficium in forma *Dignum*, certo sciat provisum esse doctissimum, & omnino ad dictum Beneficium esse idoneum, non tamen poterit absque examine illi Beneficium conferre, cum id sit de forma. Ægid. de Bellamera *decis.* 667. *per totum*, Garcia, *de benef. num.* 259. *l. c.* Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancellariæ*, *Glossa* 4. *num.* 89. Paulus Fuscus *de visit. lib.* 2. *cap.*
253 5. *num.* 10. ubi refert ipsum Fœlinum examinatum fuisse, & triginta Argumenta solvisse; licet enim
254 notorium non egeat probatione veritatis facti, tamen de eo debet Delegato, saltem per diligentes informationes constare, Marius Antoninus *var. resol. lib. pr. resol.* 30. *n.* 5.

255 Sunt itaque coram Delegato verificanda omnia Pontifici narrata; ea nempe, quæ principaliter moverunt Pontificem ad concedendum, & super quibus ipsa Gratia principaliter fundata est, Marius Antoninus *dict. lib. pr. resol.* 3. *n.* 15. Garcia *d. cap.* 2. §. 2. *num.* 225. Lælius Altogradi *cons.* 64. *nu.* 24. *lib.* 2. Gonz. *glossa* 9. *in annotat.* 230. Rota *inter impressas post* 2. *volum. consil. Farinacii decis.* 86. *numer.* 2. Tuschus *conclus.* 462. *num.* 2. *lit. D.* Idque aperte constat ex clausula in ipsis Literis apposita, *si preces veritate ni-*
256 *ti repereris*, quæ clausula quamvis etiam non fuisset apposita, tamen subintelligeretur, Lælius Altogradi *l. c. num.* 25. Gonz. *n.* 229. *l. c.* Sanchez *lib.* 8. *disp.* 34. *numer.* 25. Laymanus *Theol. mor. libr. prim. tract.* 4. *cap.* 22. *numer.* 22. Narrativa namque ipsa
257 est pars Gratiæ, Mascard. *de probat. conclus.* 729. *numer.* 1. Gonz. *l. c.* Caputaq. *decis.* 271. *num.* 3. *part.*
258 *pr.* Lother. *de re benefic. libr.* 2. *quæst.* 48. *num.* 266. sufficit tamen si substantialia, ex quibus Gratia pendet, & quæ causam finalem concernunt, verificentur, Rota coram Durano *dec.* 306. *num.* 5. Rota *dec.* 218. *n.* 2. *& decis.* 687. *n.* 3. *part.* 2. *recent.*

Quamvis enim clausula, *si preces*, *&c.* referatur ad omnia narrata, & de narratis aliqua sint superflua, & hæc falsa sint, Gratia non dicitur subreptitia, nisi agatur de præjudicio Tertii, Rota *inter impressas post* 2. *vol. consil. Farinacii decis.* 270. *num.* 1. non tamen ea omnia pari modo respicit, quia aliqua respicit uti substantialia, alia vero uti accidentalia, & parum ad causam facientia, & propterea illa sunt necessario verificanda, ista vero secus; Merolla *tomo* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *Coroll.* 5. *n.* 384. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 32. Optime Pater Leo *in praxi Sacræ Pœnitent. par. prim. ubi de transgress. votorum*, *versic. Collige igitur pag. mihi* 634. Quia forma non
259 inducitur ex omnibus verbis legis, seu rescripti, sed tantum ex his, quæ respiciunt substantiam, Ludovicus Cencius *tractat. de censur. quæst.* 66. *numer.* 10. & faciunt dicta per Lælium Altogradi *cons.* 64. *nu-*
260 *mer.* 49. *libr.* 2. & proinde si in prædictis substantialibus error, etiam ex simplicitate, seu Oratorum ignorantia irrepsisset, adhuc nulla esset Gratia, nec posset Delegatus ad Dispensationis exequutionem procedere, per ea, quæ dicimus capitul. 4.

Et non solum verificanda erunt ea, quæ per assertionem affirmativam narrata, & exposita fue-
261 runt, sed sunt etiam verificanda si consistant in negativa, & sint fundamentum Gratiæ, Rota coram Buratto *decis.* 763. *numer.* 3. *& decisio* 948. Puteus *decis.* 390. *num.* 2. *libr.* 2. Rota *decis.* 486. *numer.* 2. *part.* 3. *recent.* Quamvis etiam difficilis probationis sint, Rota coram Buratto *in annotat. ad dec.* 175. *numer.* 22.

Si duæ causæ finales expositæ fuissent, & ex qualibet earum Papa soleat de stylo Dispensationem concedere, vide quæ diximus, ubi conclusimus, sufficere ad validitatem Gratiæ, si una ex eis verificetur.

Circa causæ cessationem, tam si ante factam Dispensationem, quam si postea cessasset, an Dispensatio teneat, vide quæ infra dicemus *libr.* 3. *capit. prim.*

At quo tempore debeant veræ esse preces, dicimus infra.

Pro verificatione precum, scias non requiri de ne- 262
cessitate formalem testium examinationem, nec judicialem cognitionem; sed sufficiet, ut Delegatus se diligenter informet; sic namque præcipit Pontifex per illa verba, *te diligenter informes*, Lælius Altogradi *cons.* 28. *numer.* 7. *libr. prim.* & patet ex dispositione Concilii *sess.* 22. *de reformat. cap.* 5. ibi *summarie tantum*, *& extrajudicialiter &c.* Dummodo tamen informatio ab aliis, quam ab ipsis Sponsis sumatur, ut diximus, & in hoc hujusmodi examinatio differt ab examinatione causæ pro foro conscientiæ, in quo 263
sola partis informatio sufficit, ut animadvertunt Sanchez *lib.* 8. *disp.* 35. *num.* 16. Trullenck *tom.* 3. *l.* 7. *cap.* 10. *dub.* 11. *num.* 5. Immo non solum necessaria 264
non erit formalis Testium examinatio, nec judicialis cognitio, ut diximus, sed valebit Dispensatio facta post habitam diligentem informationem, quamvis de processu non constet, Garcia *de benef. part.* 6. *capit.* 2. *numer.* 247. Rota penes ipsum, quia in hujus- 265
modi causis Dispensationum, ubi non est adversarius, qui veniat citandus, sufficit sola diligens informatio Judicis, de qua in Decreto Dispensationis fidem faciat; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 35. *num.* 15. Gonzales *glossa* 9. *in annot. num.* 19. *& num.* 20. Achilles de Grassis *dec.* 8. *alias* 338. *num.* 9. qui filii sint legitimi, Garcia *l. c. num.* 249. *ubi numer.* 247. testatur sic fuisse à Rota resolutum in una Mediolanensis Matrimonii die 17. Junii 1602. Unde hæc informatio recipi poterit ab ipso Delegato sine ordine, & figura 266
judicii, & testibus non receptis in forma judiciali, nec jurantibus, Sanchez *ll. cc.* & faciunt dicta per Mascardum *de probat. concl.* 1362. *num.* 16. quicquid Gutierez *de matrim. cap.* 126. *num.* 70. dicat in contrarium servari in nonnullis locis. Quod si quis ad- 267
versarius se opponeret, tunc citari deberet pars, & acta in scriptis redigi, ut bene idem Garcia *l. c. nu.* 247. Videat tamen, & consideret Delegatus an testes, à quibus sumit informationes, sint fide digni, & si de eorum integritate non satis quiescat, suppleat nu- 268
mero, Seraphin. *dec.* 241. *numer.* 2. Rota *dec.* 289. *num.* 2. *part.* 1. *divers.* Rota coram Buratt. *dec.* 143. *num.* 12, *& dec.* 349. *num.* 13. Alex. de Nevo *cons.* 1. *num.* 1. *& n.* 8.

Ad hoc autem, ut in causis hujusmodi Dispensa- 269
tionum, in quibus adversarius regulariter non venit citandus, res definat esse integra, non sufficit sola præsentatio Literarum, sed requiritur, ut Delegatus saltem mandet informationes sumi, ut bene docent Sanchez *l.* 8. *disp.* 28. *num.* 19. *&* 20. Merolla *tomo* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 490. Paul. Squillante *de privil. Cleric. cap.* 2. *nu.* 106. quia suscipere mandatum non 270
est eo uti, *l. quemadmodum ff. de inoffic. testam.* immo quamvis Delegatus jam subdelegasset, adhuc non desinit res esse integra *capit. penult. de offic. deleg. in* 6. Squillante *n.* 105. *l. c.*

Cæterum quamvis omnia, quæ probanda erant, 271
fuissent coram Delegato per testes verificata, sed tamen contrarium Delegato constaret, non potest ad Dispensationem procedere; quia hæc Dispensatio ipsius judicio, & extrajudiciali informationi relinquitur, & propterea ejus conscientia oneratur; Sanchez *libr.* 8. *disp.* 34. *num.* 21. Salas *de legibus disp.* 20. *sect.* 10. *numer.* 97. Garcia *de Benef. part.* 6. *capit.* 2. *numer.* 251.

Id tamen est singulariter animadvertendum, quod 272
ad probandum Matrimonii Impedimenta admittendi sunt potius Consanguinei, & etiam Pater, &

Ma-

Mater, quam alii; quia scire præsumuntur eorum genealogiam, & quoad jura sanguinis esse magis informati; Hippolytus Riminaldus *int. consilia matr.* Ziletti *cons. 79. n. 6.* Paulus Piasæc. *praxi Episc. part. 2. cap. 4. num. 36.* Mascardus *de probat. concl. 410. numer. 35.* Thomas Zerola *in praxi Episc. verbo* Matrimonium §. 15. Sperellius *dec. 95. numer. 4.* Genua *de Enunciat. libr. 2. quæst. 33. numer. 21.* Redenasch. *cons. 62. numer. 16.* Vivius *dec. 289. numer. 17.* Ludovis. *dec. 471. numer. 4.* Pyrrhus Corrad. *in praxi disp. Apostol. d. capit. 6. numer. 46.* Rota *dec. 359. numer. 23. part. 6. rec.* Rota coram Pœnia *dec. 233. numer. 2.* Rota *dec. 176. numer. 6. part. 1. rec.* cum etenim probatio filiationis, & descendentiæ sit difficilis, Rota coram Buratto *dec. 160. num. 3.* Rota *inter dec. impressas post prim. volum. consilior. Farinacii dec. 140. numer. 8.* Farinacius *cons. crim. 58. numer. 3. libr. prim.* Nic. Genua *de Enunciat. qu. 33. numer. 10. lib. 2.* Lælius Altograd. *cons. 7. numer. 4. lib. 2.* Francisc. Redenasch. *cons. 62. numer. 9.* Merlinus Pignatell. *controv. for. cap. 84. num. 2. & num. 4. centuria 2.* Potius admittendi sunt in hujusmodi materia Consanguinei, quibus magis deferendum est; In referendo vero Gradus Consanguinitatis, vel Af-
273 finitatis debent testes incipere à Stipite, vel saltem à Germanis, ipsos gradus successive per ordinem distinguendo, & singulas personas propriis, vel æquipollentibus nominibus designando, quas ex illis precise norint, quid, & à quibus didicerint, & an id, quod deponunt, à majoribus suis verum esse audierint, & sic ipsi testes credant, fideliter exponendo: Vide quod propterea disponitur, *cap. Tuæ nos 7. de consang. & affinit.* vide etiam Mascardum *de probat. concl. 410. num. 21.* Peregrinum *de fideic. art. 22. numer. 25.* Ciarlinum *controv. forens. judic. capit. 23. numer. 12.*

Dixi, si à majoribus suis audierint, quia si unicus testis deponeret de auditu ab uno tantum, non probaret Impedimentum, nec Matrimonium contrahendum impediret, nisi alia concurrerent, ut docent Doctores, quos propterea *l. 2.*

274 At si aliquod, quam Consanguinitatis, aut Affinitatis Impedimentum inter Oratores adesset, debent testes illud fideliter, & vere prout se habet, exponere, ne Dispensatio subreptitia sit; & præcipue deponere de causa scientiæ eorum depositionis, & à
275 quibus personis dici audierint; quia si decem, vel plures testes ab una eademque persona didicerint, non plus probant, quam unus; *cap. Cum in tua 44.*
276 *de testam. & attest.* Et si ex falsis probationibus Delegato constanter de veritate narratorum Pontifici, & propterea Dispensaret, talis Dispensatio, tam pro foro interno, quam pro externo, censebitur subreptitia, & nulla, ob narratorum falsitatem, cum ex parte rei non sit ita, Sanchez *lib. 8. disp. 21. numer. 33.* Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 6. dub. 15. numer. 368.* Petrus de Ledesma *in summa ubi de matrim. capit. 27. difficult. ult.* Trullenck *tomo 3. l. 7. c. 10. dub. 5. num. 10.* Barbosa *in votis Canonicis l. 2. voto 17. num. 85.*
277 ubi docet posse eo casu probari contrarium; At si preces veræ essent, sed per falsos testes probatæ, Dispensatio valeret, Bonacc. *de legib. disp. prim. quæst. 2. puncto 3. numer. 17.* Sanchez, & Merolla *ll. cc.* quia causa vera est, & talis remanet allegata, & probata.

278 Porro tanta est circa causam sibi commissam Delegati potestas, ut non solum cogere possit Censuris quascumque personas, quæ ejus subdelegationis capaces sint, ut subdelegati munus suscipiant, *cap. Pastoralis 28. de offic. Delegati, junct. cap. quia Pontificali 2. eodem titulo*, sed possit etiam cogere testes ad veritatem testimonio suo manifestandam, Mascard. *de probat. concl. 5. num. 58.* eosque mulctare, & excommunicare, Rota coram Merlino *dec. 610. num. 2.* Fragosius *regim. Christ. Reip. part. 1. lib. 4. disp. 10. num. 126.* non tamen bannire, quia id esset meri Imperii, Menoch. *de arbitr. Judic. libr. 2. centuria V. casu 438. numer. 23. & numer. 28.* nec uti manu armata pro exequutione suæ sententiæ, Fragosius
279 *loc. cit.* Immo poterit etiam punire testes, si coram se falsum deposuerint, Marcus Antonius Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ cap. 85. num. 1.* Joannes Baptista Ventriglia *in praxi annot. 38. §. unico, num. 8.* Carolus de Grassis *de effect. Clericatus, effectu prim. num. 1153.* sive dicti testes falsi, 280
fuerint Laici, sive Regulares, *l. nullum C. de testibus*, Afflictus *dec. 219. numer. 3.* Rubertus Maranta *in spec. aur. part. 6. art. 12. numer. 3.* quos refert, & sequitur Zerola *in praxi Episc. part. 1. verbo, Casus, §. 1. vers. Falsum deponentes*; Quamvis enim non possit Delegatus extendere Jurisdictionem ad personas non expressas, in iis tamen, quæ veniunt pro exequutione Jurisdictionis, & sine quibus non valeret Jurisdictio, sed elusoria esset, amplianda est, quia concessa Jurisdictione, censentur etiam concessa ea, sine quibus explicari non posset, ut dicimus infra. Et ideo punit contumaces, cohibet Notarios, & Assessores ab illicitis exactionibus, invocat brachium sæculare, & alia facere potest, de quibus plura apud Tuschum *concl. 438. lit. I. vide* Fragosium *d. part. prim. libr. 4. disp. 10. §. 1. numer. 134. vers. Non poterit*, cum etenim Delegatus in causa delegata gerat vices Pontificis, est omnibus superior, & quod 281
ipse in hujusmodi causa facit, dicitur factum ab ipso Papa, Gratianus *discept. for. capit. 167. numer. 57. tomo primo*, Responsa Marantæ *part. 3. tractat. Apologico numer. 110.* & qui per alium facit, per se 282
ipsum fecisse videtur, *capit. qui per alium 72. de reg. juris in 6.* Et proinde cum à Delegato Papæ excommunicati fuerint, si dictus Delegatus interim moreretur, vel Jurisdictione caruerit, nullus alius, Papa excepto, poterit dictos excommunicatos absolvere, Barbosa *de jure Ecclesiastico univ. l. prim. capit. 2. numer. 83.* Sbrozius *de offic. Vicarii l. 3. quæst. numer. 4.* Nec solum poterit Delegatus dictos testes 283
cogere, & falsos punire, ut diximus, sed poterit etiam contra partes ipsas, & alios quoscumque ejus Jurisdictionem turbantes procedere, quamvis id in mandato suæ delegationis non contineatur, Merlinus Pignatellius *controv. for. capit. 71. num. 22. centuria 2.* Tuschus *concl. 438. numer. 1. litera I.* Augustinus Barbosa *de clausulis, clausul. 33. numer. 9.* Ventriglia *in praxi loc. citat. numer. 8. & constat capit. Quia quæsitum, primo, & cap. Pastoralis 28. de officio Judicis Delegati*, Marcus Antonius Cucchus *institut. can. libr. primo titul. 16. vers. Hinc apparet*; Immo poterit dictus Delegatus contra ipsum suum 284
Episcopum animadvertere, si suam Jurisdictionem turbaret, vel fraudolenter, ne dictus Delegatus Dispensationem exequeretur, ipsum à Vicariatus officio removeret; *constat. d. capit. Quia quæsitum, primo, de offic. Delegati*, & expresse docent Merolla *tomo 2. disp. 4. capit. 6. dub. 33. numer. 617.* Sanchez *l. 8. disp. 27. numer. 42.* Cucchus *loc. cit.* Gratianus *discept. for. capit. 92.* quia concessa Jurisdictione, 285
censentur etiam concessa ea, sine quibus explicari non posset: *capit. Præterea 5. de offic. Jud. Delegati in fine*, Sanchez *l. 3. disp. 19. numer. 4.* Gratianus *discept. for. capit. 738. numer. 30.* Francisc. Merlin. *dec. Rotæ Lucanæ dec. 5. num. 5.* Tuschus *concl. 434. numer. 11. litera I.* Menochius *de arbitr. Judic. l. 1. cap. 74. num. 38. & cons. 478. num. 29. vol. 5.* Verricellius *de missionibus Apostolicis, qu. 182. sect. 5. numer. 62.* Barbosa *de jure Eccl. univ. l. 1. cap. 39. num. 54.* Rota *dec. 295. num. 21. part. 7. rec.* Rota coram Merlino *dec. 610. num. 1. & num. 7.* Et quilibet Judex, cujus Jurisdictio, & officium offenditur, & perturbatur, dicitur Judex competens ad defendendum suam Jurisdictionem, alias Jurisdictio redderetur elusoria, *cap. dilecto 6. de sent. excomm. in 6.* Tuschus *concl. 439. n. 6. lit. I.*

Qua vero, ac quali pœna testes coram delegato falsum deponentes sint puniendi, consule Joannem Baptistam Ventriglia *in praxi annot. 3. §. 3. nu. 48.* ubi concludit puniendos esse pœna triremium, & ita in praxi servatur.

Si preces VERITATE NITI REPERERIS.

Delegatus per hanc clausulam non est Exequutor merus, sed Judex, quia dum Papa ipse non cognoscit de causæ meritis, & existentia, nec Dispensatio-

nem ſimpliciter, vel in forma gratioſa, ſed conditionaliter concedit, *quatenus narrata vera ſint*, ideo ſuam auctoritatem delegando, formam procedendi præſcribit, nempe cauſæ cognitionem, precum veritatem, & proinde Diſpenſationis exequutionem; unde cum non poſſit Delegatus abſque præcedenti narratorum verificatione, ad Diſpenſationem procede-
286 re, non eſt merus Exequutor; Ille etenim dicitur merus Exequutor, qui poſt negotium jam plene diſcuſſum deputatur, itaut nil aliud illi reſtet, niſi actualis exequutio; *l. exequutorem 8. C. de exequt. rei Judic. & l. ſicut proponis 6.* Cæſar de Graſſis *de eff. Cleric. eff. pr. num.* 833. Unde antequam Diſpenſationem exequi poſſit, debet Delegatus prius verificari
287 facere narrata in Literis, ut ſupra diximus, cum omnia reſcripta Gratiæ habeant hanc clauſulam, *ſi preces &c.* tacite annexam, Menochius *conſ.* 103. *num.* 22. Rota *deciſ.* 245. *num.* 18. *part.* 6. *recent.* Redenaſch. *conſ.* 81. *num.* 6. Pariſ. *de reſignat. lib.* 10. *qu.* 3. *num.* 4. Rota *Int.* 288. *impreſſas poſt ſec. volumen. Conſil. Farinacii deciſ.* 288. *num.* 6. Tuſchus *concluſ.* 70. *num.* 1. *Lit. G.* Merolla *tom. pr. Diſp. pr. cap.* 2.
288 *num.* 738. Et quamvis etiam in Literis appoſita non fuiſſet, tamen ſubintelligeretur; Gutierez *Canon. qq. lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 52. Gonzales *ad Reg.* 8. *Cancell. Gloſſa* 9. *in annot.* 229. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1123. *num.* 5. *& concluſ.* 1210. *num.* 3. Redenaſch. *loc. cit.* Capycius Latro *deciſ. Sacri Regni Neapol. deciſ.* 174. *num.* 11. Lotherius *de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 48. *num.* 293. Mantica *deciſ.* 358. *num.* 1. *&* 2. Reſponſa Marantæ *Reſp.* 13. *num.* 26. *part. pr.* Zerola *in praxi Epiſc. part. pr. verbo Reſcriptum* §. 4. Hercules Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *cap. pr. numer.* 3. & ha-
289 betur loco cauſæ finalis, Matta *de clauſulis part.* 2. *clauſ.* 71. *num.* 3. Redenaſch. *d. conſ.* 81. *numer.* 6. & conditionem importat, Rota coram Durano *deciſ.* 205. *num.* 5. Rota *deciſ.* 553. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1412. *numer.* 10. Meroll. *tom.* 3. *Diſp.* 7. *cap.* 4. *dub.* 27. *num.* 283. Redenaſch.
290 *loc. cit. num.* 7. ita ut ſi narrata verificata non fuerint, Gratia ſubreptitia ſit, & nulla, Hector Capyc. Latro *deciſ. S. Conſ. Neapol. deciſ.* 147. *num.* 38. *lib.* 2. Rota coram Durano *deciſ.* 147. *num.* 7. *& deciſ.* 265. *num.* 6. *& deciſ.* 285. *num.* 28. Rota *dec.* 687. *num.* 3. *part.* 4. *recent.* Redenaſch. *num.* 6. *loc. cit.* Et
291 antequam verificata ſint nullum jus tribuitur Oratoribus, nec in re, nec ad rem, Gonz. *ad Reg.* 8. *Cancell. in dictis annotat. n.* 232. *&* 233. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 508. *nu.* 2. *tom.* 3. Hector Capyc. Latro *deciſ. S. Conſ. Neap. deciſ.* 174. *num.* 17. *d. lib.* 2. Rota *deciſ.* 173. *n.* 5. *part.* 3. *recent.* Rota *deciſ.* 382. *n.* 6. *in noviſſimis*. Unde cum eo caſu conceſſio à Pon-
292 tifice facta non mereatur nomen Gratiæ, nec ullam
293 juriſdictionem tribuat, Rota *d. deciſ.* 173. *nu.* 5. nec meretur exequutionem, Rota coram Durano *deciſ.* 278. *n.* 2. Rota *deciſ.* 657. *n.* 11. *d. part.* 3. *recent.* Rota coram Merlino *dec.* 563. *num.* 1. eſt enim hujuſmodi conceſſio dicto caſu nulla, & invalida, Rota coram Durano *deciſ.* 265. *n.* 6. *& deciſ.* 285. *num.* 128. Rota coram Penia *deciſ.* 522. *nu.* 3. *& deciſ.* 159. *n.* 1. cum
294 defectus intentionis Pontificis, annullet gratiam ab initio, Seraphin. *deciſ.* 341. *num.* 8. Rota *in noviſſimis deciſ.* 193. *num.* 8. Rota coram Penia *deciſ.* 198. *nu.* 11. Sbroſius *de off. Vicarii lib.* 2. *quæſt.* 36. *num.* 2. &
295 quamvis Papa intendat in conceſſione defectu ſolemnitatum ſupplere, non tamen ſupplet, nec supplere intendit defectum cauſæ ſibi expoſitæ, Rota *inter deciſ. impreſſas per Ludovic. Cencium de cenſib. deciſ.* 36. *n.* 8.

Intellige tamen, ut requiratur quod vera ſint ea, quæ moverunt Pontificem ad concedendum, ut diximus *nu.* 258. & docet etiam Rota *inter impreſſas poſt* 2. *volum. conſ. Farinacii deciſ.* 288. *n.* 6.

296 At quo tempore narrata Pontifici debeant eſſe vera, multi multa dicunt; Sunt qui putent ſufficere,
297 ut preces verificentur tempore exequutionis Literarum, per Delegatum faciendæ, ita Garcia *de Benefic. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 283. Pyrrhus Corrad. *in praxi Diſp. Apoſt. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 25. & alii, quia ver-
298 ba illa, *Si repereris*, eſt futuri temporis. Alii terminos confundentes, nec aliquod diſcrimen ponentes inter jam factam, & perfectam Diſpenſationem, & mandatum de diſpenſando, docent ſufficere, ſi narrata verificentur tempore datæ Literarum, & Gratiæ impetrationis. Ita Joannes Gutierez *qq. Can. lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 131. *&* 133. Maſcard. *de prob. concl.* 1123. *num.* 22. Caputaquenſ. *deciſ.* 52. *num.* 2. *part.* 2. Rota *deciſ.* 443. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* Rota coram Cavalerio *deciſ.* 196. *nu.* 1. *&* 3. Rota *deciſ.* 170. *num.* 6. *&* 14. *part.* 1. *diverſ.* Rota coram Durano *deciſ.* 265. *num.* 17. Rota *in noviſſimis deciſ.* 387. *num.* 16. Rota coram Penia *deciſ.* 147. *n.* 2. Ratio hujus doctrinæ eſt, quia Narrativæ Verba deferuntur ad ipſum tempus Narrativæ.

Tu tamen dic, quod reſpectu harum Diſpenſatio- 299
num, quæ per ipſum Pontificem abſolute non fiunt, ſed committuntur Ordinario exequendæ, preces non ſolum debent veræ eſſe ipſo tempore ſupplicationis, & impetrationis, ſed debent etiam ita ſubſiſtere, & veræ eſſe tempore exequutionis ab Ordinario faciendæ; Ita bene Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 30. *n.* 2. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *c.* 6. *dub.* 3. *n.* 320. Pontius *de Matr. lib.* 8. *c.* 20. *num.* 3. Bonacina *de leg. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *puncto* 10. *propoſ.* 2. *nu.* 4. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 24. *& reſol.* 77. Valerius Reginaldus *lib.* 31. *cap.* 27. *num.* 212. Trullenck *tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 6. *n.* 4. Gutierez *de Matrim. cap.* 126. *nu.* 2. Filiuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 350. Ratio eſt, quia Pontifex auditis precibus Oratorum, & certam de illis notitiam non habens (ibi, *certam de præmiſſis notitiam non habentes*) committit Ordinario Diſpenſationem, eique mandat, ut, *ſi preces veritate niti repererit*, diſpenſet. Unde tempus petitæ Diſpenſationis à Pontifice, & exequutæ ab Ordinario, unicum tempus reputatur; & conſequenter ad hoc, ut valida ſit Diſpenſatio, neceſſe eſt, ut utroque tempore preces veræ ſint, alias non poterit Delegatus ad exequutionem Diſpenſationis procedere, ut concludunt Doctores ſupra proxime citati.

Ex dictis infertur nullam, & ſubreptitiam eſſe Di- 300
ſpenſationem, eo caſu, quo allegaretur Pontifici falſa cauſa pro Diſpenſatione obtinenda, quamvis caſus eveniret, ut eadem cauſa tempore exequutionis Ordinarii vera eſſet; v. g. petitur Diſpenſatio, allegato pro cauſa defectu dotis Oratricis; quæ cauſa tunc non eſt vera, ſed antequam Ordinarius exequatur, fuit diminutum patrimonium adeo, ut defectus ipſius dotis verus ſit eo tempore, unde licet hoc tempore vera ſit cauſa, ideſt per accidens, non propterea poteſt validare Gratiam ſubreptitie extortam, cum per Oratores non ſtetterit, quin fraudolenter, & doloſe, & animo Pontificem decipiendi, Diſpenſationem extorſerit, & propterea eorum malitia, &
dolus non debet eis patrocinari, cum, his interve- 301
nientibus, numquam præſumatur, Papam velle Diſpenſationem, & Gratiam concedere, ne aperiatur via fraudibus, *l. in fundo 38. verſ. Neque malitiis, ff. de rei vindicat. cap. Ex tenore de Reſcriptis*, Nicolaus Garcia *de Benef. p.* 6. *cap.* 2. *n.* 288. Nicolaus Boerius *deciſ.* 287. *n.* 1. ſi etenim Papa ſciviſſet preces ſibi porrectas falſas fuiſſe, certo non conceſſiſſet, cum à fraudibus plurimum abhorreat, *l. ſi cui, Ibi per medias vias ff. de ſervitutibus*.

Aliter tamen dicendum erit, ſi cauſa Pontifici nar- 302
rata, vera fuiſſet tempore Impetrationis, ac Supplicationis porrectæ, & licet medio tempore ceſſaſſet, tamen, antequam Ordinarius Diſpenſationem exequeretur, reviviſceret, ſicut diximus de dotis defectu, allegato pro cauſa; quia hoc caſu vera eſt cauſa allegata Pontifici, & vera etiam eſt tempore exequutionis Ordinarii, ita docent Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 30. *num.* 16. Filiuccius *l. c. num.* 250. *in fine*, Bonacina *l. c. num.* 3. Trullenck *l. c.* Diana *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 24. *verſ. Confirmatur*, Gutierez *de Matrim. cap.* 126. *num.* 2.

An poſſit Delegatus diſpenſare, ſi cauſa Diſpenſationis ceſſet ante Diſpenſationem ab ipſo factam, *dicemus lib.* 3. *cap.* 1. Et quid faciendum ſit, ſi cauſa finalis ceſſet poſt factam Diſpenſationem, ſed ante Matrimonii contractum, dicemus eodem *cap.* 1. ubi

etiam

etiam dicemus, an ſuſtineatur Diſpenſatio, ſi ceſſet cauſa finalis.

Quomodo autem ſe gerere debeat Delegatus, cui commiſſa fuit Diſpenſatio pro foro externo, ſi ſecreto ſciret aliquod Impedimentum inter Oratores adeſſe, & ſciret etiam fuiſſe ſuper eo à S. Pœnitentiaria ſecreto obtenta Diſpenſationem, diximus; Et quod male faceret Delegatus interrogando Sponſos, an copula inter eos interceſſerit, ſi id non habeat in mandato, diximus *cap.* 4.

303 Tandem eſt adnotandum, quod ſi Delegatus non reperiret veram eſſe cauſam Pontifici allegatam pro impetratione Diſpenſationis, & adeſſent aliæ cauſæ etiam urgentiores, ex quibus ſi expreſſæ fuiſſent, Pontifex æque facile, ſeu longe facilius Diſpenſationem conceſſiſſet, nihilominus non poterit Diſpenſationem exequi, licet etiam cauſæ, quæ tacitæ fuerunt, plene coram Ordinario probatæ ſint; quia Delegatus tantum debet exequi, quantum in mandato
304 continetur, cujus fines nullo modo egredi poteſt, ut diximus; & quando una cauſa allegatur pro Diſpenſatione, aliæ, quæ tacentur, quamvis ſufficientes fuiſſent, non habentur in conſideratione, & omnino ceſſant, ut bene Rota coram Durano *dec.* 74. *n.* 56. verba enim Reſcripti ad cauſas non expreſſas trahi non poſſunt, Rota *l. c. num.* 57. Pyrrhus Corrad. *in praxi diſp. Apoſt. l.* 7. *c.* 5. *num.* 54. ſed ad ea tantum, quæ expreſſa fuerunt, extendi debent; *cap. Cum dilecta* 22. *de reſcript.* Rota *in noviſſimis dec.* 53. *n.* 55. *& dec.* 224. *n.* 12. Marius Antoninus *var. reſol. l.* 1. *reſol.* 39. *n.* 11. Pyrrhus Corradus *l.* 7. *c.* 5. *n.* 57. quia Reſcripta ſunt ſtricti Juris, & ſtrictiſſime intelligenda, ut diximus.

SUPER QUO CONSCIENTIAM TUAM ONERAMUS.

305 Conſcientia eſt dictamen practicum rationis, cui debent actiones noſtræ conformari; Azorius *inſtitut. mor. tom.* 3. *l.* 1. *c.* 3. *qu. ultima*, ſeu eſt quædam applicatio ſcientiæ ad actum; Divus Thomas 1. *ſecundæ qu.* 19. *art.* 5. *in corpore verſ. Sed contra*. Unde ſemper dictat quid faciendum, quidve fugiendum ſit; Sayrus *in clavi regia l.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. Navarrus *in man. c.* 27. *n.* 280.

306 Hæc autem clauſula tacite ineſt omnibus Commiſſionibus, eo quod Judices, ſeu exequutores ſecundum bonam conſcientiam omnia facere debeant, *c.* 1.
307 *de re jud.* Unde cum tacite inſit, nil operatur; Sanchez *l.* 1. *diſp.* 67. *numer.* 3. Gratianus *diſcept. for. capit.* 496. *num.* 33. *tom.* 3. Pariſ. *conſ.* 110. *numer.* 47. *tom.* 1. Menoch. *conſ.* 95. *num.* 120. *tom.* 1. Rota *dec.* 18. *de conceſſione Præbendæ in noviſſ.* niſi ut cenſeatur remiſſus juris rigor; Seraphinus *dec.* 448. *numer.* 1. Barboſa *de clauſ.* 24. *num.* 2. *&* 3. & ut per eam Diſpenſationis negotium cenſeatur remiſſum arbitrio boni viri; Lælius Altogradi *conſ.* 28. *num.* 8. *l.* 1. Barboſa *loc. citat.* Rota *dec.* 317. *numer.* 5. *part.* 4. *rec.* & proinde operatur, ut ſi à Sententia Commiſſarii appelletur, non teneatur hic deferre Appellationi; Lezana *in ſumma tom.* 3. *verbo Clauſulæ n.* 17. ex quo
308 fit, ut Delegatus, cujus conſcientia oneratur, pro-
309 cedere non teneatur cum judiciali cauſæ cognitione, quia dum cauſa remittitur prudentiæ, vel judicio, vel conſcientiæ Judicis, non requiritur, ut is procedat cum judiciali cognitione, ſed ſufficit extrajudicialiter; Alex. Sperell. *dec.* 109. *num.* 48. & dum Diſpen-
310 ſatio commiſſa eſt Delegato, cum iſta clauſula, *ſi preces, &c.* vel *ſi eſt ita, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus*, ſi à Delegato fiat Diſpenſatio, & in Decreto ipſius Diſpenſationis declaret, quod diligenti habita Informatione, preces veras fuiſſe repererit, Diſpenſatio valida erit, quamvis de proceſſu facto non conſtet, ut probat Nic. Garcia *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 291. & nos diximus ſupra; quia in hujuſmodi cauſis cum non ſit Adverſarius, qui veniat citandus, ſufficit ſola Informatio Judicis, ſi ejus conſcientiæ committitur Diſpenſatio, Garcia *l. c.* Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 8. *num.* 4. *& lib.* 8. *diſp.* 35. *num.* 15. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancell. Gloſſa* 9. *in annot. num.* 19. Et propterea cum hæc clauſula tacite inſit, ut diximus, & commiſſio facta non ſit alicui perſonæ præciſæ, ſed officio, nil operatur ultra ea, quæ dixi- 311
mus, & ſonat potius in monitionem, & excitationem, quam in conditionem, Barboſa *in votis Canonicis l.* 2. *voto* 39. *n.* 48. Sanchez *l.* 8. *diſp.* 27. *n.* 43. Garc. *l. c. num.* 101. Pater Leo *in praxi Sacræ pœnit. part.* 2. *formula de rato, non conſummato, verſ. Hæc clauſula, pag. mihi* 327. Jacobus Graffius *dec. aur. l.* 1. *c.* 13. *num.* 19.

An autem delegatus, cujus conſcientia oneratur, ſubdelegare poſſit, dic, quod in hujuſmodi cauſis Diſpenſationum Matrimonialium cum delegatio fiat dignitati, vel Officio, non expreſſo nomine proprio delegati, poteſt ſubdelegari informatio, ſeu proceſſus 312
pro verificatione precum, non tamen ipſa Diſpenſatio, quæ eſt nudum miniſterium; Gutierez *de matrim. cap.* 125. *num.* 20. Menochius *conſ.* 18. *num.* 12. *volum.* 1. Sanchez *de matrim. l.* 8. *diſp.* 27. *numer.* 43. Maſſobrius *de concur. requiſito* 5. *dub.* 17. *num.* 1. Bonaccina *de leg. diſp.* 1. *qu.* 3. *puncto* 8. §. 1. *numer.* 18. Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ cap.* 69. *num.* 5. *&* 6. Riccius *in praxi fori Eccl. reſol.* 122. *n.* 1. Garcia *de Benef. part.* 6. *c.* 2. *n.* 105. Pyrrhus Corrad. *in praxi diſp. Apoſt. l.* 7. *c.* 6. *n.* 41. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *c.* 6. *dub.* 34. *num.* 619. Sbrozius *de offic. Vicarii l.* 2. *qu.* 68. *n.* 1. Paulus Squillante *de priv. Cler. c.* 2. *n.* 46. Zerola *in praxi Epiſc. verbo Delegatus* §. 5. *part.* 1. Lezana *in ſumma tom.* 3. *verbo Clauſula, nu.* 38. Rota coram Pænia *dec.* 80. *n.* 11. Ratio eſt, quia 313
quando nudum miniſterium, una cum Juriſdictione committitur, non poteſt nudum miniſterium ſubdelegari, ſeu alteri committi, ſed ſolum Juriſdictio, ut bene Sanchez *l.* 8. *diſp.* 27. *nu.* 43. Trullenck *tomo* 3. *l.* 7. *cap.* 10. *dub.* 7. *numer.* 7. Pyrrh. Corrad. *l. c. n.* 47. Squillante *l. c.*

Nec placet doctrina Jacobi Sbrozii *de offic. & poteſtate Vicarii l.* 2. *qu.* 34. *numer.* 34. nempe Epiſcopum poſſe ſubdelegare Vicario Diſpenſationem, quando cum commiſſione Diſpenſationis eſt annexa cauſæ cognitio, quia tunc, ut ipſe ait, *Epiſcopus non eſt nudus miniſter, ſed eo ſolo caſu ſubdelegare non poſſe, quando ſolum nudum miniſterium committitur*. Quicquid tamen ipſe dicat, non eſt recedendum à communi Doctrina, quam tradunt Sanchez, & alii ſupra proxime relati.

At quando commiſſio intelligatur facta dignitati, 314
vel electa induſtria Perſonæ, dic cum Sanchez *l. c.* quod ſi mandatum Pontificis non ſit directum perſonæ, ſed dignitati, licet ibi dicatur *Conſcientiæ tuæ, Arbitrio tuo, Prudentiæ tuæ, &c.* tamen non erit electa induſtria perſonæ, & ſic, modo quo diximus, poterit fieri ſubdelegatio; quam etiam in ſuum Epiſcopum, ſeu alium quemcumque etiam ſibi non
ſubditum, vel longe ſuperiorem, delegatus facere po- 315
terit, quia Subdelegatus cum in cauſa delegata gerat Vices Pontificis, Cævallos *qq. comm. contra comm. qq. qu.* 1222. *num.* 6. Lotherius *de re Benef. l.* 2. *qu.* 9. *num.* 38. Moneta *de conſerv. Judic. c.* 9. *numer.* 85. ipſumque repræſentet, Laymanus *Theol. moral. l.* 1. *tract.* 4. *c.* 7. *numer.* 23. Sperell. *dec.* 126. *numer.* 45.
eſt major Ordinario, licet ſit illi inferior, & ſubdi- 316
tus extra illam, Jacobus Sbrozius *de officio Vicarii l.* 2. *qu.* 62. *numer.* 70. Moneta *de conſervat. Jud. capit.* 8. *num.* 162. Barboſa *in votis Canonicis l.* 2. *voto* 53. *num.* 13. Ventriglia *in praxi annotat.* 38. §. *unico numer.* 6. Unde cuicumque Informationes ipſas ſubdelegare poterit (non tamen cum facultate, ut 317
Subdelegatus alterum poſſit ſubdelegare, quia hoc modo res protraheretur in infinitum, Mandoſ. *ad Reg. Cancell. reg.* 4. *qu.* 3. *numer.* 7. Piaſæcius *in praxi part.* 2. *c.* 4. *numer.* 8. Ventriglia *in praxi annot.* 38. *d.* §. *unico numer.* 19. Merolla *tom.* 3. *diſp.* 7. *c.* 4. *dub.* 12. *num.* 106.) & eam omnem auctoritatem ha- 318
bebit Subdelegatus ab ipſo delegato quoad cauſam ſubdelegatam, quam habet ipſemet Summus Pontifex, Mantica *dec.* 352. *num.* 18. quamvis enim Subdelegatus non habeat Juriſdictionem, habet tamen Juriſdictionis uſum, ut animadvertit Fragoſius *regim. Chriſt. Reip. part.* 1. *l.* 4. *diſp.* 10. *n.* 130. & ſicut De- 319
legatus principalis non poteſt fines ſui mandati excedere, ut diximus, ita Subdelegatus ab ipſo non po-

terit illos egredi, alias nulliter, & absque Jurisdictione ager, Rota 485. *n. 6. part. 3. recent.* & facta
320 dicta subdelegatione, censebitur etiam Subdelegato concessa potestas recipiendi testes, eosque jurandi, cogendi, & puniendi, prout ipsum Delegatum posse, supra diximus; quia concessa facultate, intelliguntur concessa ea, sine quibus hujusmodi facultas explicari non posset.

321 Quod si testium receptio extra Diœcesim Officialis Dispensationem exequuturi facienda sit, fiet ab Ordinario Subdelegato ab ipso Delegato, non auctoritate Ordinaria, sed sibi subdelegata, quamvis alias Ordinarius recipiat auctoritate propria, & non Delegantis, commissiones sibi factas ab altero Ordinario, ut bene docent Sanchez *lib.* 8. *disput.* 27. *numer.* 43. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 34. *num.* 619.

Animadvertit, & bene, Sanchez *lib.* 8. *disp.* 28.
322 *n.* 36. *in fine*, quod quando Delegatus absque speciali potestate sibi à Delegante tradita subdelegat, si primus Delegatus moriatur, perit potestas Subdelegati, eo quod jure proprio fuit subdelegatus ab ipso Delegato.

323 Si Delegatus à Pontifice delinquat in causa delegata, à quo possit puniri, dico cum Marc. Ant. Genuens. *in praxi Cameræ Archiepiscopalis cap.* 38. *nu.* 6. Jo: Baptista Ventriglia *in praxi for. Eccl. annot.* 38. §. *unico num.* 7. quod si delinquat in causa non procedendo, non potest nisi ab ipso Pontifice puniri;
324 & si Oratores graventur à Delegato, debent recurrere ad Delegantem, Hector Capyc. Latro *decis. S. Cons. Neap. deci.* 183. *n.* 42. At si delinqueret per se agendo, vel sua Jurisdictione abutendo, seu illam excedendo, vel procedendo antequam de sua Delegatione doceat, posset, finita Delegatione, etiam ab Ordinario puniri, non ut Delegatus, sed ut Criminosus, Genuens. & Ventriglia *ll. cc.* & faciunt dicta per Farinacc. *part.* 2. *fragment. verbo Judex à num.* 973. Riccium *coll.* 1047. *part.* 4. *& coll.* 2585. *part.* 7. Zerola *in praxi Episc. verbo Delegatus* §. 16. *part.* 1. Cappellam Tolosanam penes ipsum Zerola *l. c.* Tuschum *conclus.* 436. *n.* 5. *lit. l.*

Cæterum quamvis stylus Curiæ ita se habeat, ut Dispensationes Matrimoniales non committantur nisi personis in Dignitate constitutis, at diximus cap.
325 5. immo nec possint subdelegari nisi personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, ut habetur *in cap. Statutum* 11. *de Rescript. in* 6. & in hoc Delegatus
326 Summi Pontificis differat à Delegato inferioris Prælati, qui potest etiam simplices Clericos subdelegare; dicto *cap. Statutum*, *Juncta Clementina*, *Et si Principalis eodem titulo*; Sylvest. *verbo Delegatus q.* 8. *n.* 12. *Dico quinto*; Hostiensis, Speculator, Jo: Andreas, Ægidius, & alii, quos refert, & sequitur Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 4. *dub.* 27. *nu.* 270. Nihilomi-
327 nus, quoad has simplices Informationes habendas, crediderim posse subdelegari quemcunque Sacerdotem, immo etiam simplicem Clericum in Dignitate Ecclesiastica non constitutum; quia hæ Informationes nullam Judicii formam requirunt, sed sufficiunt extrajudiciales, ut diximus; & cum sæpissime casus eveniat, ut testes examinandi sint extra Civitatem in locis valde remotis, ubi nullus extat, qui sit in Dignitate Ecclesiastica, valde durum esset, & nimis difficile in praxi redderetur, si hi testes trahi deberent cum maximo eorum, & partium dispendio, & expensis ad loca ubi Dignitates Ecclesiasticæ adessent; Et praxis plurium Diœcesum se habet (& sic à D. Vicario Generali hujus Lucanæ Civitatis servatur) ut casu occurrente, hæ Informatio-
328 nes Vicariis foraneis, qui tamen non sunt in Dignitate Ecclesiastica, committantur.

Et quod possint hæ Informationes subdelegari simplicibus Sacerdotibus, & Clericis, quamvis in Dignitate Ecclesiastica non sint, docet Nicol. Garcia *de Benef. part.* 6. *c.* 2. §. 1. *n.* 106. *& facit glossa ultima in d. c. Statutum.*

329 Adde, ut non solum prædictis in Dignitate non constitutis committi possint hujusmodi informationes, sed committi etiam possit examen Notario, quamvis laicus sit, nec obstat dispositio Capituli *Decernimus* 2. *de Judic.* quia istæ simplices commissiones non concernunt Delegationem Actus cum exercitio Jurisdictionis, sed solum nudum ministerium, ut explicat Steph. Gratian. *discept. for. c.* 738. *n.* 30. *tom.* 4. Quicquid tamen circa prædicta dici possit, hanc praxim non approbarem, nisi pro solis Notariis Curiæ Episcopalis; quia pro aliis fori Laici, dum adsunt Sacerdotes, & Clerici, indecens videtur, ut hæ commissiones spirituales directe dirigantur personis Laicis, Tribunalia sæcularia exercentibus.

Et quamvis testes, qui examinari deberent, essent 330
extra Diœcesim Delegati, adhuc extra dictam Diœcesim informationes committi poterunt, Sanchez *lib.* 8. *disp.* 27. *nu.* 43. Pyrrhus Corradus *in praxi Dispens. Apost. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 47. & ita quotidiana praxis docet.

Quod diximus posse Delegatum subdelegare informationes capiendas, intellige, ut subdelegare possit, 331
postquam Literæ Dispensationum sibi præsentatæ sint; quia, ut diximus, ante illarum præsentationem nulla sibi Jurisdictio competit, nec actu, nec habitu, & sic cum nondum competat, subdelegari non potest: Idque procedit, non solum respectu illarum Commissionum, quæ à Papa fiunt ipsi Delegato, sed etiam respectu aliarum, quæ à Pontifice in Epi- 332
scopum fierent, & ab ipso subdelegarentur in Vicarium, ante ipsam præsentationem, quia eadem ratio militat; ut bene docent Jacobus Sbrozius *de potestate Vicarii lib.* 2. *q.* 34. *n.* 6. Garcia *de Benef. p.* 6. *c.* 2. *nu.* 23. ubi plures refert Rotæ Decisiones; Unde male faciunt, nulliter procedunt Episcopi, qui in electione sui Vicarii illum subdelegant ad cognoscendas causas sibi à Pontifice in futurum delegandas: Prout etiam Vicarii male faciunt, qui subdelegant Vi- 333
carios Foraneos Diœcesis, ad recipiendum informationes, & fabricandum processus super verificatione Literarum Dispensationum Matrimonialium, quæ ipsi Generali Vicario pro tempore delegabuntur à Pontifice, cum certum sit, nulliter, & invalide in hoc procedere; Vide Pavinum, Rebuffum, Gratianum, Cucchum, & alios penes ipsum, Garciam *l. c.*

TUNC.

Hæc dictio extremitatem temporis denotat; Mas- 334
sobr. *de conc. prælud.* 23. *dub.* 2. *num.* 35. Pyrrhus Corrad. *in praxi Dispens. Apost. lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 67. estque taxativa, & aliorum casuum exclusiva, Baltass. de Thomasis 1. *decade Append.* 705. Rota *decis.* 579. *num.* 10. *part.* 3. *recent.* Unde antequam possit Delegatus ad ipsam Dispensationem procedere, debebit omnia alia adimplere, quæ in ejus mandato conti- 335
nentur, Marcus Antonius Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ cap.* 20. *num.* 9. Pyrrh. Corrad. *l. c.*

CUM EISDEM ANTONIO, ET MAGDALENA.

Cum eisdem; Quia Dispensatio pro uno obtenta non debet ad alios in mandato non comprehensos extendi, ut diximus.

Si unus ex Oratoribus post obtentam Dispensatio- 336
nem super Impedimento dirimenti inter eos existente, mutato animo, contraheret Matrimonium cum alia fœmina, & hæc postea moriatur, poterunt primi Oratores dicta Dispensatione uti, & absque nova Dispensatione Matrimonium invicem contrahere; quamvis enim per aliud Matrimonium, post Dispensationem contractum, videatur facta renunciatio Dispensationi obtentæ, nihilominus longe probabilius est, posse, casu Viduitatis eveniente, Dispensatione uti, & ea mediante Matrimonium invicem contrahere, ut bene docent Sanchez *lib.* 8. *disp.* 32. *num.* 6. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 85. Merolli. *disp.* 4. *cap.* 6. *n.* 486. *tom.* 2. Pontius *lib. de Matrim. lib.* 8. *cap.* 18. §. 3. *num.* 20. ubi docet, quod idem procedit, si post obtentam ab Impeditis Dispensationem ad contrahendum, 337
alter ex Dispensatis Votum Castitatis, vel Religionis emisisset, quia adhuc poterat valide, quamvis illicite, Matrimonium contrahere; nec obstat quod per dictam Voti emissionem videatur dictæ Dispensationi renunciasse, quia vere per Dispensatio-

nem

nem fuit Impedimentum dirimens ablatum, & vinculum legis Matrimonium prohibentis relaxatum, & consequenter Oratores fuerunt habiles effecti ad contrahendum; nec pariter obstat, quod per aliud medium Matrimonium, vel subsequentem Voti emissionem, videatur priori Dispensationi tacite renuncia-
338 tum, quia ad hoc ut Impedimentum reviviscat, necesse est, ut ipsa renunciatio sit ab ipso Legislatore acceptata, alias possunt renunciantes mutato proposito Dispensatione uti, ut alibi diximus.

Ampliant Sanchez, Diana, & Merolla *ll. cc.* ut idem procedat etiam eo casu, quo adhuc subsistente causa, ob quam Dispensatio commissa fuisset, Oratores post dicti mandati de Dispensando impetrationem, sed ante factam, & exequutam Dispensationem, mutato proposito, aliud Matrimonium inirent, si postea vidui effecti, vellent Dispensari vigore hujusmo-
339 di mandati jam impetrati; hæc tamen Doctrina non caret difficultate, quia cum Oratores nondum fuerint Dispensati, nec adhuc fuerit relaxata lex inter eos, remanet Impedimentum dirimens, unde non censetur validum ipsum mandatum de Dispensando obtentum, cui jam per contractum Matrimonium diversum, videntur illi tacite renunciasse; aliud enim est
340 mandatum de Dispensando, per quod non removetur Impedimentum, aliud est ipsa Dispensatio, per quam omnino Impedimentum tollitur, & lex illud constituens relaxatur, ut docent Franciscus Leo *in thes. fori Eccl. part. 2. cap. 8. n. 46.* Sanchez *l. 8. disp. 30. n. 12.* & nos dicemus infra.

DUMMODO DICTA MULIER PROPTER HOC RAPTA NON FUERIT.

341 Ista dictio *Dummodo* facit Exequutorem mixtum, Rota coram Pænia *dec. 187. num. 2.* & conditionem importat, & modum, Responsa Marantæ *resp. 39. num. 82. part. 4.* Pyrrhus Corrad. *lib. 8. cap. 4. nu. 56.* Paris. *cons. 75. nu. 48. & 49. part. 4.* Merlinus Pignatellus *controv. for. cap. 27. num. 26. centuria 1.* & operatur ut semper implendum sit id, quod sub ea disponitur, alias actus sit nullus, Responsa Marantæ *l. c. num. 89.* Tuschus *concl. 439. num. 7. lit. I.* Barbosa *de dictionib. dictione 95. num. 8.* Marcus Paulus Leo *in praxi Sacræ pœn. part. 1.* ubi *de Votis vers. Si filius, pag. mihi 46.* & maxime quando adjungitur rei, quæ antequam actus perficiatur, adimplenda venit, vel futurum eventum respicit, conditionem infert, Seraphinus *dec. 338. num. 5. & dec. 1017. n. 4.* Responsa Marantæ *resp. 87. num. 19. part. 4.* Pyrrhus Corrad.
342 *lib. 9. cap. 9. num. 6. 7.* itaut antequam actus perficiatur, debeat de tali modo, & conditionis adimplemento constare, Gratianus *discept. for. capit. 991. numer. 13. & 14.*

De Impedimento Raptus dicemus infra *lib. 2.* ubi
343 adnotabimus istam clausulam *Dummodo dicta Mulier propter hoc rapta non fuerit*, non intelligi de quocumque raptu sequuto, sed tantum de illo, qui fieret ad effectum Matrimonii contrahendi cum ipsa Rapta, & ad hanc causam addita esse verba, *propter hoc*, quia tunc Raptus directo tendit contra Matrimonii libertatem; Quod si factus fuisset animo explendæ libidinis, & simul Matrimonium contrahendi, tunc haberetur perinde ac si ad solum effectum Matrimonii contrahendi factus fuisset, & comprehende-
344 retur sub Decreto Concilii; Unde si Raptor vellet contrahere cum Rapta, & inter eos adesset Impedimentum dirimens, super quo necessaria esset Dispensatio, deberent eo casu in Dispensatione petenda super Impedimento dirimenti, etiam de dicto Raptu mentionem facere, & sic de stylo Curiæ servari testatur Pyrrhus Corrad. *in praxi disp. Apost. l. c.* ubi *num. 55.* addit, ut dicta clausula *Dummodo dicta Mulier propter*
345 *hoc rapta non fuerit*, quamvis apposita non esset, nihilominus de stylo Curiæ subintelligeretur, eo maxime quia Regula Cancellariæ 49. disponit, quod in quibuscumque Literis Dispensationum Matrimonialium ista clausula apponatur.

Plura alia, & magis practicabilia de hujusmodi Impedimento Raptus, & an, & quando possint super eo Dispensari, dicemus *d. cap.* quæ hic repetere superfluum esset.

De Justis de Dispens. Matrim.

QUOD IMPEDIMENTO QUARTI CONSANGUINITATIS GRADUS.

De Impedimento Consanguinitatis fusissime agimus infra *l. 2. c. 4.* quæ, cum ibi videri possint, non est, quod hic repetamus.

Id solum subnectere opportunum videtur, nempe 346
Pontificem in linea inæquali semper super solo remotiori Gradu Dispensare, quia is tantum obstat Matrimonio, & imbibit, ac trahit ad se proximiorem; Sanchez *lib. 8. disp. 24. nu. 24. & 25.* Aversa *de matr. quæst. 16. sect. 1. vers. Secluso*; Barbosa *in votis Canonicis lib. 1. voto 3. num. 5. & 6.* Gutierez *de Matrimonio cap. 124. num. 11.* at super propinquiori concedi Literas declaratorias, quæ an necessariæ sint, diximus *d. cap.* Et an in re mere dubia requiratur Dispensatio, diximus non requiri.

AC CONSTITUTIONIBUS, ET ORDINATIONIBUS APOSTOLICIS, CÆTERISQUE CONTRARIIS NEQUAQUAM OBSTANTIBUS.

Clausula ista *non obstantibus &c.* non potest nisi à 347
Supremo Principe apponi, Fælinus *cap. Nonnulli de rescr. vers. Quartadecima conclusio num. 27.* Barbosa *de claus. clausula 82. numer. 2.* & licet magnum operetur effectum, *ut cap. cum aliquibus 4. de rescr. in 6.* cum reddat valida, & confirmet expressa, Menochius *de* 348
arbitr. Judic. casu 203. num. 13. l. 2. centur. 3. Sanchez *l. 8. disp. 24. n. 6.* & illis Decretis Concilii deroget, 349
quibus expressa non requiritur derogatio, Massobr. *de conc. requis. 17. dub. 4. num. 8.* Augustinus Barbosa *in collect. Concilii ad sess. 1. n. 2.* & tollat omnia, quæ 350
Gratiæ possunt obstare, Vivianus *de Jurepatronatus l. 13. cap. 8. num. 155.* Barbosa *d. clausula 82. num. 4.* Rota *dec. 506. num. 5. part. 1. rec.* Rota *dec. 36. nu. 60. in novis.* Non tamen derogat Regulis Cancella- 351
riæ, nisi id expresse dicatur, Gomes. *ad Reg. 8. Cancell. in proœm. quæst. 5. lit. F. & qu. ultima*; Melchior Lotherius *de re benef. l. 2. quæst. 39. num. 19.* Paris. *de resig. l. 8. quæst. 7. numer. 176.* neque Constitutionem Conciliarem tollit, Paris. *de resig. l. 6. quæst. 2. n. 38.* 352
Puteus *dec. 494. l. 2.* Rota coram Durano *dec. 238. num. 31.* nec etiam obstacula personalia, Calderinus 353
cons. 1. de rescr. Vivianus *de jurepatr. part. 2. lib. 13. cap. 8. claus. 36. num. 160.* prout nec constitutiones, & ordinationes Apostolicas, sed illas ad solum effe- 354
ctum suspendit, ut Gratia facta non extinguatur, *capit. fin. §. fin. de sent. excomm. in 6.* Marcus Paulus Leo *in praxi Sacræ pœnit. part. 4.* ubi de Absolutione, & Dispensatione pro Regulari, qui percussit alium Correligiosum, *vers. Hæc clausula, pag. mihi* 355
585. nec tollit, sed solum suspendit eas constitutiones, quæ requirunt specialem mentionem ad suas derogationes, prout sunt illæ, quæ continent in se clausulas Derogatoriarum Derogatorias, vel in quibus specialiter dicitur, quod illis numquam derogatum intelligitur, nisi specialis de illis mentio fiat, earumque series in derogatione de verbo ad verbum inseratur; Quia verba generalia clausulas derogatorias non 356
tollunt, Decius *cons. 10. num. 8.* Pater Leo *l. c.* nec 357
pariter d. clausula *non obstantibus*, quæ de jure objicerentur, removet, Bellamera *dec. 2. de Reservatione numer. 3.* nec Gratiam auget, aut supplet qualitatum 358
necessario exprimendarum taciturnitatem, sed tantum declarat concedentis intentionem, quatenus dubia sit contra concessa, *Clem. pr. de præb. l. 3.* Vivianus *l. c. num. 157.* Sanchez *l. 8. disp. 24. num. 9.* Lezana *in summa tomo 3. verbo Clausula num. 38.* & sic ultra narrata non operatur, Rebuffus *in praxi Benef.* 359
tertia part. signaturæ n. 6. Fælinus *d. c. Nonnulli in rescriptis n. 6. vers. Obstat secundo*, & solum restringitur ad casum expressum *l. si de certa de transact.* Paris. *de* 360
Resignat. l. 11. qu. 11. num. 43. itaut per dictam clausulam non suppleatur alius Gradus, seu aliud Impedi- 361
mentum in Supplicatione, & in Literis non expressum, quia nullam super non expressis inducit Dispen- 362
sationem; *c. Non potest 21. de præb. in 6.* Rebuff. *in d. praxi titulo de disp. ratione ætatis nu. 7. & 8.* Gonz. *Glossa 13. num. 98.* Lotherius *de re benef. l. 1. qu. 40. num. 139.* Sanchez *l. 8. disp. 24. n. 6.* Unde si Dispositio, ubi est dicta clausula, sit nulla, dicta clausula 363
etiam nulla erit, & nullius effectus, Marius Antoninus

var. resol. lib. 1. res. 5. n. 16. Vivianus *de jure patronatus d. claus. 36. nu. 163.* Gonz. *Glossa 9. §. 1. num. 57.* Rota coram Durano *decis. 285. num. 152.* Lezana *l. c.*

364 Et quamvis d. clausula sufficiens sit ad tollendum privilegium non clausum in corpore Juris Vivianus *l. c. n. 156.* per eam tamen derogatum non censetur Privilegiis clausis in corpore Juris, Antonius Leoncillus *de paupertatis opibus par. 2. privil. 337. n. 3.* nec Statuto particulari, Vivianus *l. c. n. 157.* Marius An-
356 toninus *d. res. 5. n. 19.* nec sublata subreptio, si sequuta sit, Vivian. *l. c. n. 158.* Responsa Marantæ *resp. 21. n. 53. part. 1.* Lezana *l. c.*

MATRIMONIUM.

366 Quasi matris munus, hoc est officium, quia Mulier nata videtur ad Matris munus præstandum; licet enim Pater sit generationis auctor, Uxorisque pene Dominus *cap. Hæc Imago causa 33. quæst. 5.* nihilominus ad prolem educandam mater est magis apta, cum sit circa illam magis officiosa, pluraque ob id
367 onera subeat ipsa, quam vir, quia est in conceptu gravida, in partu dolorosa, & in lactando laboriosa, *c. Ex literis 2. de convers. Infidel.* Fuit autem Ma-
368 trimonium primo institutum ab ipso Deo in Paradiso Terrestri, *c. Quod votum unico de voto in 6. cap. Gaudemus 8. §. Quia vero de Divortio*, Tuschus *concl. 143. n. 12. lit. M.* & fuit propter sobolem institutum *c. Deus Masculum 31. q. 1. c. 2. §. his ita respondetur; causa 32. q. 2. c. finali de frigid. & malef.* Et ante peccatum; *d. cap. Quod votum*, Tusch. *l. c.* &
369 secundum determinationem personarum contrahentium fuit institutum in lege Moysi; *Levit. cap. 2.* At secundum, quod est Sacramentum repræsentans conjunctionem Christi Domini cum Ecclesia, fuit institutum in Lege nova; *Concilium Trid. sess. 24. Can.*
370 *1. de Sacram. Matrimonii*; Et definitur *Maris, & Fœminæ conjunctio individuam vitæ consuetudinem retinens; c. illud 11. de præsumpt. §. verum, & in rubr. c. Matrimonium 1. causa 27. q. 2.*

371 Dicitur *Maris, & fœminæ*, quia in pari sexu non potest esse Matrimonium, *Glossa in rubr. capituli pr. §. viri dicta causa 27. quæst. 2.* Ponitur in numero
372 singulari, quia uno, eodemque tempore non potest unus Vir plures Uxores, nec una Mulier plures Maritos habere, *cap. 1. cum sequent. de sponsa duor. cap. Gaudemus 8. de Divortiis; Concilium Trident. sess. 24. can. 2.* & concludunt Doctores à nobis propterea citati *lib. 2.*

373 Dicitur *Conjunctio*, idest vinculum maritale ortum ex mutua corporum traditione rite, & legitime facta per voluntarium animorum consensum, verbis, aut signis sufficienter expressum, *c. Sufficiat 2. cap. Beata 3. causa 27. quæst. 3.*

374 Dicitur *Individuam vitæ consuetudinem retinens*, hoc est indissolubilem, & perseverantem vitæ societatem inducens; *Quod Deus conjunxit homo non separet.* Matthæus cap. 19.

375 PUBLICE; Tunc dicitur Matrimonium publice contrahi, quando Parochi, & Testium præsentia adest, & præmissæ sunt Denunciationes, quamvis etiam in privatis domibus celebretur; Augustinus Barbosa *de offic. & potest. Episc. alleg. 32. nu. 17. & 18.* Sanchez *lib. 3. disp. 15. n. 20.* Bonacina *de matrim. q. 2. puncto 6. nu. 4.* Reginald. *lib. 31. cap. 33. n. 242.* Hieron. Palma *cons. 87. n. 8.* Rota, & alii Doctores quos *lib. 3.*
376 *cap. ult. citamus.* At è converso, si coram mille personis contraheretur, & deficeret præsentia Parochi, Clandestinum, & irritum esset Matrimonium, ut docent Doctores, *quos lib. 3. c. ult.*

Quis sit proprius Parochus contrahentium, & à quo possit in Denunciationibus dispensari, & alia circa Matrimonii requisita magis practicabilia, ad hoc ut licitum, & validum sit, fusissime agimus *d. lib. 3. cap. ult.*

An Matrimonium ratum, & non consummatum possit ex Dispensatione dissolvi, & an ratum, & consummatum, possit quoad vinculum dissolvi, si rite, & valide contractum sit, dicemus infra.

Hic autem circa Matrimonii validitatem, vel invaliditatem sunt nonnulla breviter adnotanda.

377 Primo, quod si qui falso putantes aliquod Impedimentum dirimens inter se existere, ut si, v. gr. fœmina credat suum conjugem adhuc vivere, cum vere sit mortuus, & cum dicta dubietate Matrimonium contrahant, intendendo, in quantum possunt, contrahere, validum erit hujusmodi Matrimonium, Joannes Gutierez *de matr. cap. 47. n. 1. vers. Contrariam tamen*; Sanchez *lib. 2. disp. 33. n. 2.* Covarruv. *tom. 1. part. 2. cap. 3. §. 7. nu. 2.* Alphons. à Vera Cruce *part. 1. art. 42. concl. 5.* Diana *part. 3. resol. 293.* Filiuccius *tom. prim. tract. 10. part. 1. cap. 3. num. 87.* Steph. à S. Greg. *de vinculis Div. Petr. lib. 3. cap. 94. num. 13.* & faciunt dicta per Ludovis. *decis. 461. n. 9.* quia cum isti intendant, quantum in se est, contrahere, nullus est error circa personas, nec circa conditionem, ad mutuam corporum traditionem necessariam, quia vere nullum extat Impedimentum, & consequenter nulla opus est Ratificatione, nec Dispensatione. At è converso, si quis ficte contraheret, 378
& errorem ductus putaret validum esse Matrimonium, tamen invalidum esset *l. si per errorem ff. de jurisdict. omni Judic.* Sanchez *lib. 2. disp. 34. n. 2.* Gutierez *l. c.* quia ibi non fuit actus, & consensus voluntarius positive, sed tantum in habitu, & animi præparatione, quæ non sufficit ad Matrimonium valide contrahendum, quod requirit actum voluntarium de præsenti, unde hujusmodi Matrimonium Ratificatione egebit.

Nota secundo, quod si non Impediti Matrimonium 379
inter se publice contrahant per verba de præsenti coram Parocho, & Testibus, sub conditione, v. gr. *si Pater consenserit*, sed antequam hujusmodi consensus intercesserit, copulam inter se maritali affectu habeant, intelligitur eo casu, juxta opinionem, & doctrinam Doctorum mox citandorum, dicta conditio purificata, & absque alio consensu, coram Parocho, & Testibus, Matrimonium erit perfectum, & absolutum, cum per dictam subsequutam copulam, videantur Sponsi à dicta condictione recessisse; colligitur *ex cap. De illis 3. & clarius cap. Tuas 6. de condit. appositis*, expresse docent Sylvest. *V. Matrimonium 3. q. 11. vers. 5. num. 11.* Sanch. *lib. 58. n. 25.* August. Barb. *de off. & potest. Episc. alleg. 156.* Gutier. *de matr. cap. 81. nu. 12.* & ita in casu isto fuisse à Sacra Congregatione decisum, testatur idem Barbos. *in collect. Bullarii*, verbo *Matrimonium*, circa me-
dium, cujus Decisionis auctoritati ego quiesco, alias 380
enim hæc Doctrina mihi dura, ac difficilis videbatur, quia si Matrimonium fuit in facie Ecclesiæ coram Parocho, & testibus publice contractum sub condictione, unde ipsi Ecclesiæ constabat, nondum fuisse verum, & absolutum Matrimonium, credidissem, novum consensum requiri ad hoc ut Ecclesiæ, cui constituit Matrimonii consensum fuisse sub conditione præstitum, constaret denuo de ipso consensu absolute dato; Prout contingit in Matrimonio inter Consanguineos, vel aliter impeditos contracto sub conditione, *si Papa dispensaverit*, quia licet hujusmodi Matrimonium licitum sit, Pontius *lib. 3. c. 15. n. 11.* Sanchez *lib. 5. disp. 5. n. 14.* Bossius *de Matrimonii contractu c. 10. num. 298.* Ludovis. Baja *respons. cas. consc. part. 2. cas. 32.* Zerola *in praxi Episc. verbo Dispens. part. 1.* Ludovis. Paitellus *in annot. ad Rutilium Prem annot. 10. n. 61.* Tuschus *concl. 126. n. 12. lit. M.*
& non incurrat ob id in Excommunicationem, Cle- 381
ment. *eos, &c.* Sanchez *l. c. nu. 18.* nihilominus cum 382
sit invalidum, adeo ut ante Dispensationem obtentam detur locus Pœnitentiæ, Mantica *decis. 202. n. 3.* Dispensatione obtenta, requiritur novus consensus coram Parocho, & Testibus, Puteus *dec. 343. n. 12.* Cævallos *qq. comm. contra comm. quæst. 391.* Seraphinus *dec. 1156. n. 4.* Ludovis. *dec. 395. num. 1. & dec. 410. num. 5.* Responsa Marantæ *resp. 7. n. 13. part. 3.* Mantica *decis. 201. n. 4.* Gratian. *discept. casu 32. cap. 139. n. 46. & 47.* Rota coram Buratto *decis. 263. n. 7.* Diana *part. 3. tract. 4. resol. 291.* Reginald. *lib. 31. c. 38. num. 276.* Ad hoc enim ut actus retrotrahatur, 383
oportet ut à principio potuerit intercedere, ut est Textus *in l. si is qui pro emptore ff. de usucap.* unde cum isti sint interdicti contrahere, tempus habile attendi debet; Ludovis. *decis. 410. nu. 4.* Mantica *d. decis. 201. n. 3.* Coccinus *dec. 374. n. 7.* Et Papa dum 384
dispen-

dispensat super proposito Impedimento, concedit solummodo contrahendi facultatem, non autem ratum habet, quod inter partes nulliter, vel illicite gestum sit; Responsa Marantæ *dict. resp. 7. num. 14.* Coccinus *dec. 374. num. 6. & 7.* Burattus *dec. 203. num. 7. & 8.* Rota *dec. 616. num. 2. part. 1. divers.* Joannes Valerus *diff. utr. fori, verbo Matrimonium, diff. 7.* Alphons. à Vera Cruce *in Spec. Conjug. part. 3. art. 12.*
385 *concl. 1. circa finem*; Quod idem fieri debet non solum in casu dicto, verum etiam quoties super aliquo Impedimento dirimenti publico fuerit pro utroque foro obtenta Dispensatio; Sayrus *in floribus l. 4. tit. 1. dec. 16.* Joannes Angelus Bossius *de Matrimonii con-*
386 *tractu c. 2. num. 5.* & nos diximus *l. 1.* nisi Pontifex Dispensationem concedendo, licentiam etiam concederet in dicto Matrimonio permanendi, ut nos late diximus *d. l. 1.*

387 Ex dictis infertur, quod si impuberes, vel pubes cum impubere, majores septennio coram Parocho, & Testibus inter se contrahant nulliter, ob defectum malitiæ, quæ ætatem non suppleat, quamvis post pubertatem copula intervenerit, & cohabitaverint, non tamen hujusmodi Matrimonium censebitur ratificatum, nisi denuo coram Parocho, & Testibus consentiant, Sanchez *l. 3. disp. 40. num. 9.* Gutierez *de matr. c. 76. n. 30.* ubi refert sic fuisse à S. Congregatione decisum.

388 Nota tertio, quod si Matrimonium, quod fuit publice contractum, nullum esset ob aliquod occultum Impedimentum, tunc si hujusmodi Impedimentum Dispensatione egeat, eaque secreto obtenta fuerit pro foro conscientiæ, sufficiet si absque præsentia Parochi, & Testium inter se solos, Conjuges ambo (si uterque Impedimenti conscius sit) consensum renovent, nec opus erit Denunciationes eo casu præmittere, sed per hujusmodi consensum revalidabitur Matrimonium; Sanch. *l. 2. disp. 32. num. 13. & disp. 37. num. 3.* Barbosa *de offic. Parochi part. 2. c. 21. n. 82. &* 84. Navarrus *in manuali c. 22. num. 70.* Coninck *de Sacramentis disp. 24. dub. 10. num. 83.* Bonac. *de matrim. quæst. 2. puncto 9. prop. 1. n. 41.* Francisc. Leo *in thes. fori Ecclesiastici part. 2. cap. 9. à num. 83.* Sayrus *in floribus libr. 4. tit. 1. dec. 41.* Ludovicus Baja *resp. cas. consc. part. 2. casu 2. §. Quarto, non est necessarium*; Raphael Aversa *de matrim. qu. 11. sect. 5. vers. Posse tamen*; Stephanus à S. Greg. *univ. tract. de vinculis Divinæ piet. l. 3. cap. 94. num. 16.* Filiuccius *qq. mor. tr. 10. part. 1. c. 3. num. 93. tom. 1.* Seraphinus *dec. 900.* Verricellius *de missionibus Apostolicis quæst. 118. num. 2.* Pyrrh. Corrad. *in praxi disp. Apost. l. 7. cap. 7. num. 7.* ubi testatur, sic respondisse Pium Quintum Summum Pontificem Cardinali Alciato Propœnitentiario, qui nomine totius Signaturæ id exposuerat,
389 & eadem declaratione utitur Sacra Pœnitentiaria, quæ dum eo casu committit Dispensationem Confessario per Oratores eligendo, mandat, ut adimpletis cæteris in Literis expressis, cum eisdem (de nullitate tamen prioris consensus certioratis) quod, præmissis non obstantibus, Matrimonium inter se de novo secrete, ad evitanda scandala, contrahere, & in eo postmodum remanere libere, & licite valeant, misericorditer in Domino dispenset in foro conscien-
390 tiæ tantum: Et simili modo practicatur eo etiam casu, quo unus ex Oratoribus cum scientia Impedimenti alias occulti contraxisset, & tunc mandat Sacra Pœnitentiaria ipsi Confessario, ut, altero ignorante de nullitate prioris consensus certiorato, sed ita caute, ut delinquens nusquam detegatur, Matrimonium cum eadem, & uterque inter se de novo secrete ad evitanda scandala contrahant, & ita in praxi servari testantur idem Pyrrhus Corradus *loc. c. num.* 10. Ratio hujus doctrinæ est, quia ideo Concilium Tridentinum requirit præsentiam Parochi, & Testium, ut excludatur Clandestinitas, unde cum pro foro externo adfuerint in eo Matrimonio omnes solemnitates requisitæ, non potest dici, quod Matrimonium fuerit Clandestine contractum, quia secundum externam apparentiam, & quoad præsumptionem Ecclesiæ Impedimentum ignorantis, fuit validum, & propterea cum omnes solemnitates à Concilio requisitæ fuerint in hujusmodi Matrimonio adhibitæ, Decretis ipsius Concilii fuit satisfactum, & consequenter si in foro conscientiæ sit Impedimentum occultum, idque fuerit per Dispensationem secretam sublatum, nil pro foro externo desideratur, solum pro interno requiritur, ut Conjugum consensus secreto renovetur.

Prædicta sunt adeo vera, ut licet in ipsa commis- 391
sione facta Confessario, ut pro foro Conscientiæ super occulto Impedimento dispenset, dictum sit, juxta consuetam formulam, *ut si sit ita, publice, servata forma Concilii Tridentini contrahant*, & Confessarius juxta formam sibi præscriptam dispensasset, adhuc tamen poterunt Oratores, non obstante Dispensatione modo prædicto facta, secreto inter se renovare consensum, modo quo supra: quamvis enim 392
Confessarius non possit aliter Dispensare, quam juxta traditam sibi formam, ut alibi diximus, nihilominus ob rationes prædictas poterunt ipsi Conjuges secreto ipsum consensum renovare, ut bene docent Bonaccina *de matrim. quæst. 3. puncto 15. prop. 2. numer. 7.* Reginald. *lib. 31. cap. 28. num. 278.* Zerola *in praxi Episc. part. prim. verbo Dispensatio, vers. Quintum dubium*; Sanchez *lib. 3. disp. 37. num. 9.* Filiuccius *tom. 1. tr. 10. part. 1. cap. 3. num. 95.* & nos dicemus *l. 2. c. 2.*

At si Matrimonium esset nullum ob aliquod Impe- 393
dimentum, quod esset indispensabile, nec possit per Conjuges removeri, v. g. ob Impotentiam perpetuam coeundi, vide quæ diximus *libr. 2.* ubi præcipua in
praxi practicabilia adnotavimus. Si vero Impedimen- 394
tum sit dispensabile, ut super Consanguinitate, & Affinitate, excepto primo Gradu, tam in linea recta, quam in transversali, vel super Cognatione spirituali, vel legali, vel alio dirimenti, tunc si Impedimentum hujusmodi publicum sit, oportebit denuo publice Denunciationibus repetitis, & servatis solemnitatibus Ecclesiæ contrahere; quia cum publicum sit illud Matrimonium fuisse nullum, necesse est ut Ecclesiæ constet de ejus revalidatione. At si fuerit
hujusmodi Impedimentum occultum, tunc si opus 395
sit Dispensatione, poterit secreto obtineri, & modo, quo diximus, consensus renovari. Si vero non 396
sit dispensabile per Ecclesiam, sed possit à Conjugibus tolli, ut in defectu consensus Conjugum, vel alterius ex eis in Matrimonium, sufficiet eo casu, ut ille, qui non consensit, secreto suum consensum præstet, antequam alter Conjux hujusmodi defectum norit, vel si de eo conscius fuerit, sufficit quod in suo consensu perseveret; Ita docent Toletus *lib. 7. c. 12. nu. 2. vers. Secundo est*; Navarrus *in Manuali capit. 22. num. 73. & num. 80.* Sanchez *l. 2. disp. 32. num. 9. & l. 4. disp. 15. num. 2.* Coninck *de Sacram. disp. 24. dub. 10. num. 83.* Laymanus *l. 5. tr. 10. part. 1. c. 6. num. 1. & part. 4. cap. 14. num. 5.* Bonaccina *de matr. quæst. 2. puncto 5. num. 1.* Diana *part. 3. tr. 4. resol. 292.* Filiuccius *d. tr. 10. part. 1. cap. 4. num. 111.* Aversa *de matrim. quæst. 4. sect. 6. vers. Deinde*; Ratio est eadem, quam supra diximus, nempe quia omnes solemnitates requisitæ pro foro externo interfuerunt, & solum ad Matrimonii validitatem pro foro conscientiæ desideratur consensus, qui si præstetur, & alius perseveret in suo, Matrimonium validum erit, etiam si alter, qui dissensum ignorat, de hujusmodi defectu expresse non certioretur. Quod idem rite pro-
cedit, quamvis nullitas Matrimonii aliunde proce- 397
dat, quam à defectu consensus occulto, ut quia esset, v. g. Impedimentum servitutis ab altero ignoratæ, defectu ætatis, non existente adhuc malitia, & coeundi potentia, vel quodcumque aliud Impedimentum dirimens; quia si occultum sit, & Matrimonium fuerit publice quoad omnes partes externas in facie Ecclesiæ contractum, poterunt Conjuges sublato Impedimento servitutis, vel ab altero Conjugum scienter remisso, vel superveniente legitima ætate, secreto inter se consensum renovare, si ambo Conjuges sint conscii de Impedimento; quod si alter ignoret, probabilius est de necessitate requiri, ut ille, qui Impedimentum ignorat, de hujusmodi Matrimonii invaliditate certior fiat; & si postea consentiat in

Matrimonium, & Impedimentum remaneat occultum, adhuc Matrimonium valebit: at si Impedimentum sit publicatum, debebunt publice in facie Ecclesiæ denuo servatis Ecclesiæ solemnitatibus contrahere. Si tamen Denunciationes Matrimonii fuissent paulo ante factæ, non esse in ratificatione Matrimonii repetendas docet Gutierez *de matrim. c.* 128. *num.* 12.

Quomodo autem Conjux, qui Impedimentum ignoravit, sit de eo certiorandus, dissident Doctores;
398 sed omissis Disputationibus, probabilius est necesse non esse præcisam causam Impedimenti, & Matrimonii nullitatis aperire, sed sufficere, & aliquo modo aperiatur: itaut alter Conjux, quamvis etiam sciret Matrimonium fuisse ex aliqua causa nullum, adhuc consensum pro illius validitate exhibeat.

Sed quia hæc certioratio redditur in praxi difficilis, & multoties ex ea oriri solent dissensiones, & scandala gravissima, & aliquando etiam Matrimoniorum dissolutiones, & imminentia pericula mortis,
399 ideo admittunt magis communiter Doctores, necesse non esse præcisam causam nullitatis Matrimonii aperire, ut diximus, sed sufficere si Conjux dicat, v. gr. quod ipse valde dubitat, an vere consenserit in Matrimonium, & propterea ad omne dubium removendum pro suæ conscientiæ quiete cupit, ut uterque suum consensum in ipsum Matrimonium renovet, & si alter renovet, ille quoque subjungat, &
400 ego pariter consentio: Quod si scandalum timeatur modo quo supra Impedimentum detegendo, adhuc docent Doctores sufficere eo casu, ut Conjux Impedimenti conscius, impetrata prius secreto Dispensatione, si ea opus fuerit, dicat alteri, dum eum erga se benevolum cognoscit, hæc, seu similia verba, me ne ita amas, ut nisi inter nos Matrimonium esset, adhuc mecum contraheres? & si Conjux respondeat affirmativè, subjunget alter, & ego pariter contraho; ut prædictum bene docent Sanchez *lib.* 2. *disp.* 36. *num.* 5. *& n.* 6. Filiuccius *tomo pr. tract.* 10. *part. pr. cap.* 3. *num.* 91. Trullenck *oper. mor. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 4. Navarr. *in manuali cap.* 22. *num.* 70. Marcus Antonius Genuensis *in praxi Curiæ Archiepiscopalis cap.* 20. *num.* 7. Reginaldus *lib.* 31. *cap.* 38. *nu.* 277. Aversa *de matrim. quæst.* 11. *sect.* 5. *vers. Pro resolutione*, Verricellius *de missionibus Apostolicis quæst.* 116. *num.* 7.

401 Quid vero faciendum, si ex hujusmodi manifestatione facta adhuc grave scandalum timeatur, ut quia vir bilaris non est, & cuperet occasionem dissolvendi Matrimonium, & propterea non respondet Conjugi, dum sic à longe de consensu requiritur, & ex alia parte debitum ab ea petit, & ipsa sine gravi scandalo subterfugere nequit, & reddendo peccaret, cum nondum sit Matrimonium, Respondent Sanchez *lib.* 2. *disp.* 36. *num.* 9. & Reginaldus *d. cap.* 38. *l. c.* hoc urgenti casu posse fœminam, sublato jam per secretam Dispensationem Impedimento (si Dispensatione opus sit) in copulam affectu maritali ex sua parte consentire: quia jam ex parte alterius, cum putet Matrimonium esse validum, constat ipsam copulam eo affectu haberi, nec facit, quod alter ignoret Matrimonium fuisse invalidum, quia ex parte alterius jam fuit vere præstitus consensus, & ex parte ipsius Impedimentum scientis, præstatur de præsenti, quando ipsum Impedimen-
402 tum per Dispensationem factam cessavit, unde in d. urgenti casu, necessitas, in qua dicta fœmina est constituta, facit ut probabile judicetur, quod alias tale non judicaretur, ut bene concludunt dicti Doctores, *ll. cc.* & faciunt dicta per dictum Verricellum *quæst.* 117. *n.* 6. Riccium *in praxi fori Eccles. resol.* 410. *n.* 1. & melius per Parisium *cons.* 68. *n.* 118. *part.* 4.

Hanc Doctrinam intellige, sicut diximus, ut procedat in illis casibus, in quibus vel removeri potest Impedimentum, absque Dispensatione, v. gr. in defectu consensus, vel (si non possit, absque illa re-
403 moveri) ipsa Dispensatio præcesserit, quia si desideretur Dispensatio, donec facta non fuerit, non potest is, qui est certus de Impedimento, debitum petere, nec reddere, quamvis ab Ecclesia excommunicaretur, & vitæ periculum, ac gravissima scandala imminent, *cap. Inquisitionis* 44. *de sent. excomm. can. Literas* 13. *de restitut. spoliat.* Sanchez *lib.* 2. *disp.* 39. *num.* 8. Reginald. *d. cap.* 38. *nom.* 279. & nos dicemus infra.

Quando autem Impedimentum dicatur esse occultum, *dicemus lib.* 2. *c.* 2. & tu videre poteris penes Sanchez *lib.* 2. *disp.* 40. *n.* 11.

Animadvertas tamen, quod si Matrimonium fuis- 404
set contractum cum Impedimento dirimenti, quod licet aliis fuisset occultum, ipsis tamen Parocho, & Testibus, vel saltem uni ex dictis Testibus, & Parocho fuisset notum, tunc erit necessario repetendus consensus coram Parocho, & Testibus, Sanchez *lib.* 2. *disp.* 37. *num.* 10. Filiuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 94. Trullenck *tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 4. *num.* 15. Reginaldus *d. cap.* 38. *num.* 278. quia Parochus, & Testes conscii de Impedimento non possunt testari de validitate hujusmodi Matrimonii, cum ipsi de Impedimento illud annullante, & irritante sint conscii. Si tamen Testes contractui Matrimonii 405
adhibiti plures essent, & ex his duo saltem, una cum Parocho, Impedimentum ignorarent, tunc nulla opus erit revalidatione, quamvis cæteri Testes de impedimento conscii essent. Ratio est, quia remanent alii Testes, qui cum Impedimentum ignorarint, possunt de validitate Matrimonii testari, cum sint tot, quot Concilium requirit, ut bene docet Merolla mox citandus.

At si Parochus, seu Testes scirent Impedimentum in Confessione, vide quæ dicimus infra, ubi concludimus, posse valide assistere hujusmodi Matrimonio, quia tunc Impedimentum sciunt ut Deus, & extra mundum, sic docent Doctores ibi citati, quibus addo Merola *tomo* 1. *disp.* 1. *c.* 2. *n.* 284.

Si plura Impedimenta concurrant, ex quibus ali- 406
qua sint publica, & cætera sint occulta, alibi diximus pro occultis posse haberi recursum ad S. Pœnitentiariam, & pro aliis Dispensationem impetrari à Pontifice, & adnotavimus in Prætorio dictæ Sacræ Pœnitentiariæ exprimi debere tam occulta, quam publica Impedimenta, ut Papa, vel major Pœnitentiarius sic sciat, quot, & quæ sint Impedimenta, super quibus Oratores egent Dispensatione, ut memini scripsisse *Cap.* 4.

Tandem nota, quod si Parochus, vel Ordinarius 407
scirent Impedimentum secretum, quod extaret inter contrahere volentes, at scirent fuisse super eo secreto dispensatos, poterunt dissimulare, nec eos debebunt impedire, quin ob illud contrahant, cum coram Deo veri Conjuges effecti sint; At si idem 408
Impedimentum fuerit ipsi Parocho ab aliquo denunciatum, tunc Parochus quamvis alias sciat ipsos pro foro interno fuisse legitime dispensatos, tamen ex quo dictum Impedimentum sibi pro foro externo denunciatur, non potest illos in Matrimonium conjungere, & quatenus fuisset Matrimonium contractum, debet separare, & rem deferre ad Ordinarium, ut ipse cognoscat de Impedimento, & sepa- 409
ret, cum ad Parochum non spectet cognoscere de Impedimento Matrimonii, sed solum separare, donec cognoscatur, & propterea rem ad Ordinarium deferre. Quod adeo, verum est, ut quamvis res dubia esset, & ipse Parochus inclinaret in partem negativam Impedimenti, tamen non possit ipse cognoscere, sed teneatur adire Ordinarium: unde si, v. gr. contrahere volentes confessi fuissent Impedimentum aliquod inter se existere, & postea negarent, non potest Parochus Matrimonio assistere, sed debet rem Ordinario remittere, quia ipse stare debet primæ confessioni de Impedimento factæ, Sanchez *lib.* 3. *disp.* 15. *num.* 6. Gutierez *de Matrim. cap.* 60. Pontius *de Matrim. lib.* 5. *cap.* 36. *nu.* 3. Bossius *de Matrim. cap.* 7. *num.* 198. sic pariter si opponeretur, contrahere volentes, vel alterum ex eis Votum Castitatis emisisse, & hi confiterentur quidem se emisisse Votum, sed ficte, & proinde non teneri, tamen non debet Parochus illa audire, sed de Impedimento certiorem facere Ordinarium, San-

chez

chez *numer.* 8. & 9. Pontius *num.* 5. Boſſius *num.* 201. *ll. cc.* & inclinat Averſa *de Matrimon. quæſt.* 7. *ſect.* 5. *verſ. Si rurſus*, quia non ſolùm pro Impedimentis dirimentibus, ſed etiam pro merè impedientibus debet Matrimonium denegare, Alphonſus à vera Cruce *in append. ad ſpec. ubi agit de eo, in quo eſt Impedimentum Voti ſimplicis, verſ. Ad primum ſic pariter*: Siquis poſt ſponſalia cum una contracta vellet cum alia contrahere, non poteſt Parochus Matrimonio aſſiſtere, quamvis Sponſus ea ſponſalia nulla fuiſſe aſſerat, ſed adhuc tenetur hujuſmodi Impedimentum ad Ordinarium deferre, ut bene Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 15. *num.* 11. Gutierez *de Matr. cap.* 6. *num.* 2. Boſſius *d. cap.* 7. *num.* 197.

Ordinarius autem ſi poſt contractum bona fide Matrimonium, & conſummatum, cognoſcat Conjuges perſeverare in bona fide, & habeant probabilem ignorantiam, quod Diſpenſatio ſubreptitia fuerit, poteſt diſſimulare, & relinquere in bona fide Conjuges, ſi judicet imminere pericula ſeparationis Matrimonii, & ſcandalorum; ita conſtat ex *cap. Quia circa de Conſ. & Affin.* & docet Pontius *lib.* 8. *cap.* 17. §. 6. *num.* 40.

410 Unde cum literæ pro foro conſcientiæ impetratæ reddantur eo caſu nullæ, & invalida ſit Diſpenſatio obtenta, oportebit novas literas pro utroque foro impetrare: vide Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 15. *nu.* 15. Pyrrhum Corradum *in praxi Diſpenſ. Apoſt. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 35. Bonacinam *de Matri. quæſt.* 3. *punct. ult. propoſitione* 3. *num.* 13. & *n.* 15.

411 Ordinarium autem, ſtatim ac Impedimentum ſibi denunciatum fuerit, licet alias ſciret de Diſpenſatione antea legitime pro foro interno facta, & in eo foro Conjuges, ſeu Sponſos eſſe tutos, nihilominus, quia ſibi, uti Ordinario, & Judici impedimentum denunciatur, tenetur partes Judicis aſſumere, & Matrimonium prohibere; & ſi contractum ſit, Conjuges ſeparare, donec pro foro externo Conjuges aliam obtinuerint Diſpenſationem, Sanchez *l. c.* Navarrus *lib.* 5. *conſilior. titulo de privileg. conſ.* 5. *præſertim num.* 7.

412 At qualis probatio ſufficit, ut Ordinarius Sponſis interdicere debeat Matrimonium? Dic quod ſi Matrimonium ſit adhuc contrahendum, ſufficit ad illud impediendum unicus Teſtis; quamvis enim regula-
413 riter in aliis probationibus duo ſaltem Teſtes requirantur, juxta illud: *in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum*, *cap. Cum eſſet* 10. & *cap. relatum* 11. *de teſtam.* Bellam. *deciſ.* 645. *de conſuetud. num.* 3. Pa-
414 riſ. *de conſid. quæſt.* 77. *num.* 30. & *vox unius*, *vox nullius*, *l. Juris jurandi C. de teſt.* Nicolaus Boerius *conſ.* 40. *num.* 13. Angel de Cambiglionibus *inter conſilia Matrim.* Zilett. *vol. prim. conſ.* 13. *num.* 89. tamen quia in caſu prædicto agitur de peccato vitando, & ne impediti contra Eccleſiæ prohibitionem contrahendo peccent, ſufficit ad impediendum unicus Teſtis, Sanchez *lib. pr. diſp.* 71. *num.* 1. Paulus Piaſæcius *in praxi Epiſc. par.* 2. *ca.* 4. *n.* 36. *verſ. Ultra ſi agatur*, Maſc. *de probat. concluſ.* 1359. *nu.* 17. Averſa *de Matr. quæſt.* 7. *ſect.* 5. *verſ. Attamen*;
415 Ad hoc tamen, ut ſufficiat ad impediendum Matrimonium unicus Teſtis plura requiſita deſiderantur. Primo, ut Teſtis deponat, nec ſimpliciter denunciet: Secundo, ut cum juramento deponat: Tertio, ut aſſerat ſe certo ſcire Impedimentum; ſi etenim deponeret de auditu (excipe ſi Impedimentum eſſet Conſanguinitatis, vel Affinitatis, de quibus *num.* 427. ſpecialiter agemus) non impediret, quamvis etiam alter Teſtis, una cum eo de certa ſcientia,
416 abſque juramento deponeret, majorem etenim fidem facit fama, vel unicus Teſtis cum juramento deponens, quam duo Teſtes, quorum alter cum juramento de auditu, & alter abſque juramento de certa ſcientia deponerent. Unde ad hoc ut unicus Te-
417 ſtis impediat, debet notitia Impedimenti eſſe ſufficiens, ut clarum ſit Impedimentum, & proinde non ſufficit, ſi Teſtis dicat audiviſſe impedimentum, quod tamen probare non poſſit. Quarto, ne ſit perſona vilis, niſi impedimentum aliter probari non poſſet, quam per perſonam vilem; Immo ſola fama de Impedimento eſt ſufficiens ad impediendum, ne Matrimo- 418
nium contrahatur *cap. ſuper eo de conſ.* Sanchez *l. c. n.* 13. Averſa *d. ſect.* 5. *verſ. Cenſetur etiam*, dummodo non ſit fama privata, hoc eſt ipſi Judici, uti pri- 419
vato conſtet, quia ea fama ſolum tribueret Judici fa- 420
cultatem ad inquirendum, ſi vero conſtaret Judici uti notorium, ſufficeret ad impediendum, ut bene Sanchez *l. c. n.* 15. ubi *n.* 16. ſubdit nec ſufficere ſolam famam ad impediendum, ſi de contraria fama 421
adhibeantur clariores probationes, & *n.* 17. ait quod 422
ad probandum contra famam Impedimenti admittatur Conſanguineorum juramentum. Immo ſi contra- 423
here volentes jurent ſe non eſſe Conſanguineos, arbitrarium erit Judici, juxta perſonarum qualitatem, hujuſmodi juramentum admittere contra eam famam. 424
Nec impedit ex ſe ſimplex rumor, ſed requiritur, ut verè ſit fama de Impedimento. Differunt inter ſe 425
rumor, & fama, quia hæc propriè eſt, quando tota vicinia, vel major pars Impedimentum acclamat; ille verò eſt, quando ſolùm aliqua, ut tertia, vel quarta pars vicinia Impedimentum dicit: unde rumor minus probat, quam fama, *cap. ſuper eo* 5. *de eo qui cognovit &c.* & cum nullibi reperiatur Jure cautum, quòd rumor impediat Matrimonium contrahi, non 426
erit ex ſe ſufficiens ad impediendum, vide Sanchez *d. diſp.* 71. *num.* 18. Averſa *l. c.* Boſſium *de Matrimonii contractu cap.* 7. *num.* 132.

Verum, ſi Impedimentum, quod denunciatur, eſ- 427
ſet Conſanguinitatis, vel Affinitatis, docet Sanchez *l. c. num.* 11. *circa finem*, ſufficere ad impediendum indicia, conjecturas, & præſumptiones Impedimenti. Qualia autem, & quæ ex his ſufficiant, cùm non ſit à Jure definitum, remittitur arbitrio Judicis, Pariſ. *de reſignat. Benef. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 145. Barboſa *de axiomat. axiom.* 32. *num.* 1. Sufficit etiam 428
unicus Teſtis de Impedimento deponens, ſi de certa ſcientia deponat, vel de auditu à majoribus ſuis, ſaltem duobus, ante litem motam, & referat gradus clara computatione ab utroque latere diſtinguendo; Sanchez *d. diſp.* 71. *nu.* 11. *verſ. Excipiendum* Averſa *d. ſect.* 5. *verſ. Debet ergo*; Quòd ſi deponat de 429
auditu ab uno tantum, non impedit, quia cum ſit Teſtis de auditu non probat Conſanguinitatem, niſi à pluribus majoribus audiviſſet, Sanchez *l. c.* Maſcardus *de probat. concluſ.* 410. *num.* 3. Covarr. *tomo pr. part.* 2. *cap.* 6. §. 10. *n.* 21. Averſa *l. c.*

At ſi Matrimonium jam fuiſſet rite, & cum bo- 430
na fide à Conjugibus contractum, & Impedimen- 431
tum denuncietur, tunc quia agitur de Matrimonii diſſolutione, quæ eſt res graviſſima, Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 2. *num.* 12. Laymanus *lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. requiruntur probationes concludentiſſimæ, Rota coram Merlin. *deciſ.* 194. *nu.* 8. Rota coram Penia *deciſ.* 165. *num.* 14. nec duæ, plu- 432
reſque præſumptiones conjunguntur ad faciendam plenam probationem, ut bene Rota coram d. Penia *l. c. num.* 17. ſed requiruntur ſaltem duo Teſtes omni ex- 433
ceptione majores, *cap. pr. de Conſ. & Affinit.* Barboſa *in votis canonic. lib.* 2. *voto* 17. *num.* 116. Ludoviſius *deciſ.* 351. *num.* 2. & plures alii à nobis infra citati, ubi etiam dicimus, qui Teſtes dicantur omni exceptione majores.

Adverte tamen, quod ad probandam Conſangui- 434
nitatem, vel Affinitatem admittuntur etiam Parentes, & Conſanguinei, cum præſumantur melius aliis ſcire eorum Genealogiam, *cap. ſuper eo* 22. *de teſtibus, & cap. videtur nobis* 3. *qui Matrim. accuſare poſſunt*, vide Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 45. *num.* 31. ubi *num.* 435
32. ait, non ſufficere ad Matrimonium dirimendum ſolam famam, & *à num.* 33. docet, an, & quan- 436
do confeſſio Conjugum ſufficiat ad dirimendum Matrimonium legitime contractum. Adverte inſuper, 437
quod ad probandam Conſanguinitatem inter Conjuges exiſtentem duodecim requiſita deſiderantur, quæ in *cap. Licet ex quadam* 47. *de Teſtib. & Atteſt.* adnotantur.

Dixi, ſi impedimentum Parocho ab aliquo denun- 438
cietur, quia ſi id ſciat ſolum in Confeſſione, non poteſt dicta ſcientia uti, ſcit enim ut Deus, & extra mundum, adeo ut ſi Sponſi publice inſtent pro Matrimo-

trimonio inter se contrahendo, teneatur illos conjungere, Sanchez *lib.* 3. *disp.* 16. *n.* 14. Coninck *disp.* 27. *dub.* 7. *num.* 70. Pontius *lib.* 5. *cap.* 35. *numer.* 2. Layman. *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 14. *n.* 22. Bonaccina *de Matr. quæst.* 3. *puncto ultimo propos.* 3. *num.* 13. *vers. Dixi in propositione*, Aversa *de Matr. quæst.* 7. *sect.* 6. *vers.* Quod *si Parochus*, Steph. à S. Greg. *de vinculis Div. Piet. libr.* 3. *capit.* 52. *num.* 9. Ratio est, tum quia non potest uti scientia ex sola Confessione habita, ut diximus, tum quia Sponsi habent jus petendi Sacramenta ab eorum Parocho; & hæc doctri-
439 na est ita vera, ut si Parochus, vel Confessor ex sola Confessione noverint contrahere volentes esse in primo gradu Consanguinitatis, in quo nec ab Ecclesia dispensari potest, adhuc non possit dicta scientia uti, sed se gerere debeat perinde, ac si non noviset impedimentum, ut bene docet Hurtado *tract. varii part. prim. tractat.* 4. *capit.* 8. *resolut.* 27. *numer.* 56.

440 Quomodo autem se gerere debeat Parochus, vel Confessarius, qui novit ex sola Confessione impedimentum dirimens inter Conjuges adesse, docent communiter Doctores, quod si sperent monitionem profuturam Pœnitenti, nec timeant scandala inde oritura, debent illum admonere, quamvis cognoscant laborare ignorantia invincibili; Ita Aversa *quæst.* 21. *sect.* 3. *vers. Sed aliis*; Bonaccina *de Matrim. dict. punct. ult. numer.* 4. Sanchez *lib.* 2. *disp.* 38. *num.* 5. quia status ille ignorantiæ est quoddam notabile malum Animæ, & transire potest in statum culpabilem; si vero deprehendant Pœnitentem laborare ignorantia invincibili, & arbitrentur ex admonitione non sequuturum fructum, sed potius animi inquietudinem, rixas, & scandala, ut quia, v. gr. si detegatur impedimentum, Conjuges non facile poterunt Dispensationem impetrare, quia pauperes sunt; vel Matrimonium dissolvetur, eo quia unus Conjugum nollet denuo consentire, unde scandala orirentur, cum filiorum damno, & parentum infamia, vel periculum sit incontinentiæ, quia adhuc vir accedet ad Conjugem, licet non sit sua; his casibus non debent monere, sed tenentur dissimulare, & Pœnitentem in sua bona fide relinquere, nisi id redundaret in damnum commune; Colligitur *ex capit. Quia circa de Consang. & Affin.* ibi -- *Dissimulare poteris, ut remaneant in Copula sic contracta, cum ex separatione videas grave scandalum imminere*; Ita expresse docent Bonaccina *de matr. dict. punct. ult. propos.* 2. *num.* 4. & *num.* 8. Sanchez *d. disp.* 38. *n.* 6. Verricell. *de missionib. Apostolicis quæst.* 98. *dub.* 17. *n.* 186. Coninck *disp.* 8. *numer.* 137. Bossius *de Matrimonii contractu cap.* 2. *num.* 92. & *alii communiter*; Quia finis admonitionis, & correctionis est bonum correcti, ergo, eo cessante, omitti debet, juxta doctrinam Divi Augustini relatam *in capit. Si quis autem* 4. *causa* 33. *quæst.* 33. *distinct.* 7. *Si scirem tibi non prodesse te tibi darem*, item *si scirem tibi prodesse non te admonerem, non te terrerem.*

441 Et non solum debebit eo casu dissimulare Confessarius, sed poterit suadere, & præcipere Pœnitenti sic invincibiliter Impedimentum ignoranti, ut Conjugi petenti debitum reddat, si ob aliam causam reddere recuset; & si reddere recuset, non debebit eum absolvere; Aversa *l. c. vers. Neque vero*, Sanchez *d. disp.* 38. *n.* 8. Coninck *d. disp.* 9. *dub.* 9. *n.* 139. Laym. *d. cap.* 13. *n.* 6. quia cum Pœnitens relinquendus sit in ea ignorantia, peccat ea supposita, non reddendo; ergo Confessarius tenetur non absolvere, nisi proponat sed redditurum.

442 Dixi, nisi id redundaret in damnum commune, quia si esset rumor in Populo de Impedimento, & acciperet scandalum, tenetur omnino monere, quamvis cognosceret laborare Pœnitentem ignorantia invincibili, & scandala inde sequutura; Sanchez *dict. disp.* 38. *n.* 15. Bonaccina *n.* 4. *l. c.* quia bonum commune præferendum est bono privato.

443 Quod si Confessarius cognoscat Pœnitentem laborare ignorantia vincibili, & culpabili, monere tenetur, quia ille est in malo statu constitutus, & majus remedium sperare potest per manifestationem, quam per dissimulationem; Aversa *l. c.* Gutierez *de Matrim. cap.* 48. *num.* 3. Layman. *lib.* 5. *tractat.* 6. *cap.* 13. *num.* 5.

Ampliant plerique Doctores, ut Confessarius; qui 444
ex sola Confessione novit impedimentum dirimens subesse, possit dissimulare, & relinquere Pœnitentem, dicta ignorantia invincibili laborantem, in bona fide etiam ante Matrimonium contractum, si credat admonitionem non profuturam, sed fore ut monitus non quiescat, & adhuc contrahere velit, nec monitioni fidem adhibeat, & maxima cum difficultate, nec sine gravi scandalo, possit à Matrimonii contractu desistere, ita Bonaccina *d. punct. ultim. numer.* 9. Sanchez *d. disp.* 38. *n.* 6. & 7. ubi expresse docet teneri Confessarium eo casu tacere, & dissimulare; ne dicta inconvenientia sequantur, & præbeantur peccandi causæ.

Cæterum si ipse Pœnitens dubitans de valore Ma- 445
trimonii, vel de jure petendi debitum, & de obligatione illud reddendi, interroget Confessarium, tenetur omnino veritatem dicere, nec ullo modo potest dissimulare; Filiuccius *qq. mor. tom.* 1. *tract.* 10. *par.* 1. *cap.* 3. *à num.* 96. Coninck *num.* 140. *l. c.* Aversa *quæst.* 21. *dicta sect.* 3. *vers. Sed aliis*; Sanch. *d. disp.* 38. *n.* 14. quia tunc Pœnitens, cum sit in dubia fide, est in statu, quo indiget remedio. Advertat tamen Confessarius non plura respondere, quam interrogetur; videlicet, si interrogetur de valore Matrimonii, eo quia fuerit contractum ab habente Votum simplex Castitatis, & an ipse ob id teneatur reddere debitum Conjugi, Confessarius respondeat valere Matrimonium, & ipsum Pœnitentem teneri debitum reddere; at taceat obligationem, qua idem astringitur de non petendo, quia de hoc non dubitat Pœnitens, nec ipse Confessor interrogatur, ita bene docet Laymanus *d. cap.* 13. *n.* 6. *vers. Cæterum.*

SERVATA FORMA CONCILII TRIDENTINI CONTRAHERE.

Disponit Sacrosancta Tridentina Synodus *sess.* 24. 446
cap. 1. *de Reformat.* ut, ante quam Matrimonium contrahatur, ter à proprio Contrahentium Parocho, tribus continuis festivis diebus in Ecclesia, inter Missarum solemnia, publice denuncietur inter quos sit Matrimonium contrahendum; Quibus Denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur Impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur, ubi Parochus, Viro, & Muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, dicat, *Ego vos conjungo in Matrimonium in Nomine Patris, &c.* Ibique expresse prohibet, ne Matrimonium contrahatur, nisi præsentibus Parocho, vel alio Saeerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus Testibus; & aliter celebrata Matrimonia nulla, & irrita decernit. Hoc autem Concilii Decretum inter Fideles ubicumque validum est, ubi receptum; At in locis, in quibus Tridentinum Concilium non est receptum, valet Matrimonium, omissa dicta forma, celebratum, ut declaravit Sacra Congregatio Cardinalium, teste Pyrro Corrado *l. c. n.* 14.

Quis sit proprius Parochus, & qui possint assiste- 447
re Matrimonio, prout quando possint omitti Denunciationes, & à quibus, & ex quibus causis super illis dispensari possit, dicemus *lib.* 3.

Quamvis in Literis Dispensationum, quæ commit- 448
tuntur Delegato, præcipiat Papa, ut Matrimonium, *servata forma Concilii Tridentini*, contrahatur, unde videatur imponere conditionem, ut necessarium omnino sit Denunciationes præmitti, nec posse per Ordinarium remitti, nihilominus poterit ipse Delegatus Dispensationem exequi, licet Denunciationes ab Ordinario remissæ sint, cum id à Concilio relinquatur prudentiæ, & arbitrio Ordinarii. Idque verum est, 449
& rite procedit, non solum quando in ipsis Literis Dispensationis dicitur, ut Matrimonium; *servata forma Concilii Tridentini*, contrahatur, nulla Denunciationum facta mentione, verum etiam quando in ipsis Literis specialis de illis mentio facta fuisset, ut fieri solet dum Oratores Dispensationem petentes in aliena Diœcesi commorantur, quo casu de

stylo

ſtylo Romanæ Curiæ Literæ Diſpenſationes dirigi ſolent Ordinario loci domicilii, cum clauſula *factis Proclamationibus in Parochialibus Eccleſiis originis Oratorum;* Ita bene docent Gutierez *de Matrim. cap.* 128. *n.* 11. Sanchez *de Matrim. libr.* 8. *diſp.* 35. *nu.* 19. Corrad. *in praxi Diſpenſ. Apoſt. libr.* 7. *capit.* 7.
450 *n.* 17. imo dato etiam, quod Delegatus diſpenſaſſet cum clauſula, *ut ſervata forma Concilii Tridentini Matrimonium contrahatur*, ſi Oratores, non præmiſſis Denunciationibus contraherent, eſſet Matrimonium, illicitum, ſed tamen validum, dum in reliquis ſervata fuiſſet forma Tridentini Concilii, ut bene idem Sanchez *l. c.* licet enim ea verba, *factis Proclamationibus*, poſita in Ablativo abſoluto, videantur importare conditionem, ut dicemus *cap. ſequenti*, verius tamen dicendum eſt, iſto caſu non importare formam, ſeu conditionem, cum exprimatur forma Juris communis eo modo, quo jure ineſt; unde colligitur intentionem Pontificis Diſpenſationem concedentis non eſſe formam, & conditionem inducere, ſed potius quodammodo admonere, ut ſervetur forma Juris communis, & conſequenter, ea prætermiſſa, actus non irritatur, qui alias validus eſſet, niſi ea forma in Commiſſione exprimeretur, ita Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 33. *num.* 4. *& lib.* 8. *diſp.* 35. *d. numer.* 19. Boſſius *de triplici Jubilæi Privileg. ſect.* 2. *caſu* 21. *§.* 6. *num.* 75. *& numer.* 80. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 19. *n.* 271. Corrad. *l. c.* Quando etenim exprimitur id, quod tacite ineſt, nil operatur; Andreas Molfes *comm. ad conſuetudin. Neap. tom.* 1. *par.* 4. ubi *de Renunciatione quæſt.* 17. *nu.* 40.
451 & regulariter ea forma, quæ eſt inducta non ad eſſe, ſed ad bene eſſe, ſi omittatur, non vitiat actum; Lotherius *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 31. *n.* 15.
452 Tunc quidem nova forma inducitur omnino ſervanda, vel quando conſtitutio mandat aliquid fieri aliter, quam prius eſſet de jure communi diſpoſitum; Sanchez, & Corradus *ll. cc.* Lotherius *dict. libr.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 30. *& lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 8. Gutierez mox citandus, Rota inter deciſ. impreſſas per Cencium *tract. de cenſib. deciſ.* 464. *n.* 17. in impreſſione moderna: vel quando non ſolum diſponit ſuper aliquo actu faciendo, ſed etiam ultra procedit, nempe adjiciendo nullitatem actus adverſus non obſervantiam ſuæ Diſpenſationis; Cencius *de cenſib. quæſt.* 49. *num.* 13. *eadem impreſſione*, Seraphinus *deciſ.* 580. *num.* 1. Gutier. *de Matrim. cap.* 61. *num.* 56. Pyrrhus Corradus *lib.* 5. *cap.* 14. *n.* 37. Unde ſi Pa-
453 pa in Reſcripto diceret, quod Delegatus non diſpenſaret, niſi prius factis Denunciationibus, tunc dicta diſpoſitio facta eſſet in forma non ordinaria, & conſequenter formam præſcriberet, & conditionem Delegato imponeret; qua non ſervata, diſpenſatio nulla eſſet, & invalida; vide Pyrrhum Corrad. *lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 19.

ET IN EO POSTMODUM REMANERE.

454 Hæc verba videntur potius appoſita ad tollendum omne Dubium, quod Juris ignaris occurrere poſſit, quam quod neceſſaria ſint: quia contracto Matrimonio rite, & legitime, conſequitur neceſſario, ut poſſint, ac debeant Conjuges in eo remanere, cum indiſſolubile ſit, *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*, *Matth.* 19. & diſpenſatus ad Matrimonium contrahendum, quod principale eſt, intelligitur etiam diſpenſatus, ut in eo remanere poſſit; conceſſo enim
455 principali, conceſſum cenſetur acceſſorium *l.* 2. *ff. de juriſd. omn. judic.* & nos diximus *c.* 2. Immo quamvis regulariter res, per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvatur *§. fin. inſtit. quibus modis oblig. tollit.* tamen, quicquid ſit de aliis Contractibus, qui Contrahentium conſenſu diſſolvi poſſunt, certum eſt Matrimonium rite, & legitime contractum, & conſummatum nulla cauſa, nec etiam mutuo Conjugum conſenſu diſſolvi poſſe, ut Fragoſius *regim. Chriſtian. Reip. part.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 4. *§.* 2. *num.* 300.
456 Quid autem facere debent Conjuges, ſi, poſt contractum bona fide Matrimonium, ſuperveniat dubium Impedimenti? Dico quòd ſi alter ex Conjugibus ſit in bona fide, & alteri ſuperveniat dubium, tunc ſi Impedimentum ſit occultum, & talis qualitatis, ut poſſit abſque Diſpenſatione ab ipſo Conjuge tolli, faciunt ea, quæ dixi ſupra; ſi verò non poſſit ab ipſis Conjugibus amoveri, ſed neceſſaria ſit Diſpenſatio, tunc ſi Conjux certo ſciat aliquod 457
Impedimentum adeſſe, quamvis etiam probari non poſſit pro foro externo, non poteſt abſque culpa lethali, ante Diſpenſationem, petere, & reddere debitum, *cap. Inquiſitioni* 44. *de ſent. excommun.* Covarruv. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 7. §. 2. *num.* 7. Sanch. *lib.* 2. *diſp.* 39. *num.* 8. Diana *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 48. Sperell. *deciſ.* 119. *num.* 67. Averſa *de Matrim. quæſt.* 21. *ſect.* 3. *verſ. Sed certum*; quia cum ſit cer- 458
tus de Impedimento, accederet ad non ſuam; Unde quamvis eo caſu ab Eccleſia excommunicaretur, & vitæ periculum immineret, ac gravia ſcandala ſequerentur, nec petere debitum, nec reddere poterit; vide Covarruv. *l. c.* Sanch. *d. diſp.* 39. *nu.* 8. Idem eſſet, ſi de Impedimento non eſſet omnino certus, 459
ſed parum admodum dubii remaneret; Sanch. *lib.* 2. *diſp.* 44. *num.* 3. *d. cap. Inquiſitioni*, Reginald. *lib.* 31. *cap.* 39. *num.* 300. Quod ſi non ſit quidem cer- 460
tus, ſed probabili, & diſcreta credulitate arbitretur adeſſe Impedimentum, tenetur adhibere diligentiam ad vincendum dubium, & veritatem habendam, & interim tenetur reddere, ſed non poteſt petere; *cap. Dominus* 2. *de ſec. Nuptiis d. cap. Inquiſitioni* 44. Sanch. *lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 46. *&* 47. At ſi ſit in 461
æquali dubio, habet enim probabilem opinionem, v. gr. vitæ prioris Conjugis, & ſimiliter probabilem aſſenſum mortis, & ita valere Matrimonium; poteſt petere, & reddere, quia poteſt amplecti opinionem probabilem mortis ſui viri, & valoris Matrimonii, Sanch. *diſp.* 42. *num.* 9. *lib.* 2. *& d. diſp.* 44. *num.* 4. Covarruv. *l. c.* Averſa *de matr. quæſt.* 21. *ſect.* 2. *circa finem*, Reginald. *d. cap.* 39. *circa fin.* Ampliat Sanchez *d. diſp.* 44. *l. c.* hanc doctri- 462
nam, itaut poſſit petere, & reddere Conjux dubitans, quamvis probabilius crederet non valere Matrimonium, dummodo tamen habeat opinionem probabilem, ut diximus *cap.* 4. Id tamen, quoad de- 463
biti petitionem, non admitterem ante factam diligentiam ad vincendum dubium, & veritatem habendam; ſi tamen poſt adhibitam diligentiam ſufficientem, non potuerit veritatem aſſequi, & Impedimentum detegere, tunc poterit petere, & reddere, depoſito dubio, ad conſilium Paſtoris, ſeu alterius vi- 464
ri Docti, quia poteſt eo caſu dici poſſeſſor bonæ fidei, cui licet rem, de qua dubitat, non ſolum detinere, ſed ea uti; Sanch. *lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 12. Boſſ. *mor. varia part.* 2. *tit.* 1. *num.* 1985. Filiuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 1. *cap.* 9. *nu.* 343. Coninck *de Sacram. diſp.* 34. *dub.* 10. *num.* 105. Reginald. *lib.* 31. *cap.* 39. *num.* 299. Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 295. De Lug. *de juſt. diſp.* 17. *num.* 88. Sperell. *l. c.* quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, 465
Regul. in part. 65. *de reg. Juris in* 6. Et eò magis petere, & reddere poterit, ſi levi credulitate Impedimenrum credat, depoſito tamen ſcrupulo, ad conſilium Paſtoris, ſeu alterius viri Docti; *d. cap. Inquiſitioni* 44. Sanchez *d. diſp.* 41. *num.* 42. Sperell. *l. c.* Filiuccius *loc. c. num.* 344. Coninck *diſp.* 34. *num.* 105. limitant nonnulli, ut Conjux dubitans 466
non teneatur, nec poſſit intra primum bimeſtre ante conſummatum Matrimonium reddere, eo quia intra dictum primum bimeſtre de Jure non teneatur, unde dum dubitat de validitate Matrimonii, non poteſt tunc petere, nec reddere, quia alter adhuc non eſt in poſſeſſione exigendi, & propterea eidem denegando, non imminet Injuſtitiæ periculum, ex
quo abſque ulla culpa poteſt denegare debitum, ſed 467
verius dicendum eſt, adhibita diligentia ſufficienti, adhuc licere etiam in dicto primo bimeſtri petere, & reddere, quia dicta diligentia adhibita, adhuc licet re poſſeſſa uti.

Quod ſi poſt Matrimonium bona fide contractum 468
utrique Conjugi ſuperveniat dubium, neuter petere, & reddere poterit, ante quam adhibuerint ſufficientem diligentiam ad vincendum dubium; ratio eſt, quia, ſi alter ſolus dubius ſit de Impedimento, ſe exponeret periculo injuſtitiæ, non reddendo Conjugi,

469 jugi, qui non dubitat; ad hoc enim ut dubitans possit alterum jure suo licite spoliare, oportet, ut ille certus sit rem non esse Conjugis in bona fide existentis, ut bene docet idem Bossius *l. c.* At si uterque dubitet, nullum periculum injustitiæ est, ex quo neuter Jus exigendi habet; Reginald. *lib.* 470 31. *d. cap.* 39. *n.* 300. si tamen post adhibitam sufficientem diligentiam, adhuc non possit vinci dubium, & Impedimentum detegi, poterit uterque depositio dubio petere, & reddere; quia nimis durum esset, duos Conjuges culpa carentes perpetuo privari usu Conjugii; ut bene concludunt Sanchez *d. disp.* 41. *nu.* 55. Filiucc., *tom.* 1. *tract. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 344. Coninck *de Sacram. d. disp.* 34. *dub.* 10. *n.* 105.

Quæ dicta sunt circa dubium, quod post Matrimonium bona fide contractum Conjugibus supervenit, adaptari possunt, & locum habere eo etiam 471 casu, quo Conjuges cum mala fide idem Matrimonium contraxerint: quia si sunt certi de Impedimento, neuter potest petere, & reddere, quamvis, ut diximus, ab Ecclesia excommunicarentur, & vitæ periculum, ac gravissima scandala imminerent, si sunt dubii ante adhibitam diligentiam, neuter potest reddere, & petere; Si levi credulitate dubitent, possunt depositio dubio ad consilium Pastoris, vel alterius viri docti & petere, & reddere, Si unus tantum mala fide contraxit certus de Impedimento, nullo modo potest petere, & reddere, si in dubio contraxit, non potest petere ante adhibitam diligentiam sufficientem, sed reddere tenetur. Quod si uterque dubitaverit, neuter ante adhibitam, ut supra, diligentiam potest petere, & reddere.

472 Advertas tamen, quod Conjux, qui de valore Matrimonii non dubitat, non tenetur credere alteri Conjugi Impedimentum affirmanti, nisi urgentibus conjecturis convincatur ad credendum, Sanchez *lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 52. *vers. Quarto dico*; Filiucc. *d.* 473 *cap.* 9. *n.* 343. Si tamen convincatur, & credat Impedimentum, non poterit ante adhibitam diligentiam ad vincendum dubium petere, & reddere, Sanchez *l. c. n.* 12.

474 Quæ autem, ac quales sint hujusmodi urgentes conjecturæ, satis bene explicant Sanchez *lib.* 2. *tota disp.* 45. & præcipue *à nu.* 6. & Boss. *de Matrimonii contract. cap.* 2. *à n.* 63.

Quæ, & qualis differentia sit inter scientiam, credulitatem, opinionem, suspicionem, dubium, ac scrupulum, dicemus *lib.* 2.

LIBERE, ET LICITE.

475 Hæc clausula intelligi debet, ut non obstantibus Impedimentis Pontifici expressis, & super quibus fuerint legitime dispensati, possint Oratores Matrimonium contrahere, licet enim hanc clausulam vigintiquinque modis explicet; Gonzales *ad Reg.* 8. *Cancell. Glossa* 53. *à nu.* 2. *usque ad nu.* 25. hoc tamen casu interpretari debet à materia, de qua agitur, & eo respectu, quo profertur, ut idem Gonzales docet *l. c. n.* 24.

476 Dicitur *libere*, quia est Canon latæ sententiæ, & denotat non requiri aliam sententiam, seu licentiam ad contrahendum, ut bene explicant Sanchez *lib.* 1. *disp.* 54. *num.* 6. 10. 12. & 31. Cornelius *cons.* 54. *n.* 7. *vol.* 4. Gratianus *disceptat. forens. cap.* 47. *nu.* 21. *tom.* 1. & *cap.* 492. *nu.* 14. *tom.* 3. Barbos. *de diction. dictio* 190. *num.* 9. Rota coram Merlino *decis.* 503. *num.* 1.

477 Dicitur *licite*; hoc est, ut possint contrahere non obstantibus Impedimentis Papæ narratis, & per Delegatum dispensatis.

AUCTORITATE NOSTRA.

478 Quando Papa concedit Auctoritate Apostolica, dicitur concedere nomine dignitatis, & non personæ; Seraphin. *decis.* 1371. *n.* 4.

479 Dicta verba *Auctoritate nostra*, quando conjunguntur cum verbo *Concedimus facultatem*, non faciunt Jurisdictionem delegatam. At dum junguntur potestati aliquid faciendi, ut in hujusmodi mandatis de dispensando, faciunt Delegatum: sic bene explicant Francisc. Paccinus *de visit. part.* 2. *quæst.* 10. *num.* 3. Garcia *de benef. par.* 5. *cap.* 7. *num.* 50. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 2. *num.* 10. etiam quoad ea, quæ 480 Ordinario ex sua ordinaria jurisdictione competunt; Menochius *de presumpt. præsump.* 16. *nu.* 28. *lib.* 2. Moneta *de commut. ult. vol. cap.* 7. *n.* 140. *cons.* 141. Sanchez *l. c.* Barbos. *de clauss. clauss.* 12. *n.* 3. Lezana *in summa tom.* 3. *verbo Clausula*, *n.* 12. Quando vero Dispensatio fit à Delegato Papæ, censetur facta 481 ab ipso Papa, cui soli competit potestas dispensandi in Matrimonii Impedimentis, ut alibi diximus, cum hæc (seclusis Impedimentis, quæ Jure divi- 482 no, vel naturali procedunt) ex Canonibus Pontificiis proveniant, in quibus nullus inferior potestatem habet dispensandi, ubi quatenus ab ipso Papa concedatur vel expresse, vel saltem præsumptive, ut in quibusdam urgentissimis casibus præsumi dicimus *lib.* 2.

Et cum Delegatus Papæ quoad causam delegatam gerat vices Pontificis, poterit Testes cogere, & animadvertere in turbantes suam jurisdictionem.

DISPENSES.

Quid sit Dispensatio, unde dicta, & ejus effectus diximus *cap.* 1.

Verificatis igitur omnibus, quæ ex forma mandati verificari debent, Delegatus ad Dispensationem ipsam procedet, cujus formulam infra adnotabimus.

Hic autem plura scitu digna, circa hujusmodi Dispensationum materiam sunt adnotanda.

Animadvertendum primo, pluribus modis finire 483 Matrimonialem Dispensationem pro foro externo concessam; nempe morte Dispensati; morte Concedentis, quoad exequutorem voluntarium, nondum adimpleto effectu; Renunciatione per Dispensatum facta, & per Legislatorem acceptata; revocatione à Legislatore facta ante effectum consummatum Dispensationis; defectu intentionis, vel defectu potestatis in Concedente; & demum inhabilitate impetrantis, ut explicant Sanch. *libr.* 8. *disputat.* 27. 28. 29. & 30. Pontius *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 17. 18. 19. & 20. Bonacc. *de legib. disputat.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 10. Escobar *Theol. mor. tract.* 1. *exam.* 16. *cap.* 3. *in princ.* Salas *de legib. disp.* 20. *sect.* 19. *in principio*; de quibus omnibus infra succinctim agemus.

Adnotandum secundo; quod licet Oratores obti- 484 nuerint à Pontifice Mandatum de dispensando, & licet etiam Delegatus preces Pontifici porrectas veras esse compererit, & nil obstet pro exequutione Dispensationis, non tamen poterunt Matrimonium valide, & licite contrahere, donec Dispensatio cum effectu facta fuerit. Aliud enim est Dispensatio, & aliud est Mandatum de dispensando, quo Superior non dispensat, nec Impedimentum removet, sed dispensari mandat, cognita precum veritate, unde hoc vim Dispensationis non habet, ut bene docent Franciscus Leo *in thes. fori Eccles. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 97. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 30. *n.* 12. Puteus *dec.* 256. *nu.* 1. *lib.* 1. Trullenck *oper. mor. lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 10. *n.* 24. *tom.* 3. Pyrrhus Corrad. *in praxi Dispens. Apost. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 55. Marcus Paulus Leo *in praxi Sacræ Pœnitentiariæ par.* 1. ubi *an Confessores delegati sint meri Exequutores*, *vers. Secundo collige*, *pagin. mihi* 27. Rota *dec.* 721. *numer.* 1. *part.* 3. *recent.* & proinde filii ex hujusmodi Matrimonio nullo procreati erunt illegitimi, Sbrozius *de offic. Vicarii lib.* 2. *quæst.* 34. *in fine*; Ita Navarrus penes prædictum.

Adnotandum tertio; Posse hujusmodi matrimonia- 485 lem Dispensationem fieri extra Diœcesim Dispensantis, quia est actus Jurisdictionis voluntariæ, & non contentiosæ, & ob id exerceri potest etiam extra Territorium; Joannes Valerus *diff. var. fori*, *verbo Absolutio*, *diff.* 9. *numer.* 13. Gamb. *de offic. & potest. legati lib.* 10. *numer.* 358. Sanchez *lib.* 3. *disput.* 8. *num.* 7. Pelliccionius *quæst. illustr. quæst.* 6. *cap.* 7. *pag. mihi* 55. *col. prim. in fine*; Rota *dec.* 69. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* Squillant. *de oblig. Clericor. part.* 2. *num.* 123. & *de privileg. Clericor. cap.* 2. *nu.* 8. Vericellius *de missionib. Apostol. quæst.* 155. *num.* 2. non tamen poterunt extra Diœcesim examinari Testes, nec processus instrui, quia id est actus jurisdictionis contentiosæ; ut bene distinguit Sanchez *lib.* 3. *disp.* 8. *num.* 5.

486 Adnotandum Quarto, Quod si Delegatus dubitans de validitate Literarum pro foro externo obtentarum dispensare recusaret, eo Delegato mortuo, vel ab officio remoto, poterit ejus successor aditi, ut di-
487 spenset: verum si pronunciasset Literas esse subreptitias, & propterea non exequendas, tunc nec ipse, nec successor poterunt se ulterius ingerere, quamvis postea, re melius cognita, sic per errorem pronunciasse cognosceret, quia sic pronunciando functus esset officio suo, & per ipsam pronunciam totam ejus commissionem consumpsit; unde si Oratores eo casu dispensari velint, debebunt de novo recurrere ad Summum Pontificem; Ita docent Sanch. *lib.* 8. *disp.* 27. *num.* 39. Squillante *de privilegiis Clericorum c.* 2. *privil.* 2. *dub.* 11. *à num.* 207. Ludovisius *decis.* 486. *num.* 8. Rota coram Cavalerio *decis.* 347. *numer.* 2. Coccinus *decis.* 336. *n.* 2. *&* *decis.* 323. *n.* 1. 2. Rota *decis.* 631. *num.* 8. *part.* 2. *recent. &* *decis.* 303. *n.* 4. *part.* 3. *recent.* Rota coram Durano *decis.* 8. *numer.* 2. Rota coram Merlino *decis.* 131. *nu.* 2. *&* *decis.* 489. *num.* 3. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 609. Massobr. *de conc. requis.* 5. *dub.* 12. *num.* 1. qui ampliat,
488 ut nec possit Delegatus reassumere causam, etiam de consensu partium, si pronunciavit se non habere jurisdictionem: Quod idem clare colligitur *ex capit. Significantibus* 38. *de offic. delegati*, & faciunt dicta per Tuschum *concl.* 434. *num.* 6. *lit. I.* Et in hoc dif-
489 fert Delegatus pro utroque foro ab Ordinario, cui permittitur retractatio, eo quia jure proprio judicat, ut bene distinguunt Sanchez *d. n.* 29. Squillante *num.* 207. & Merolla *n.* 609. *ll. cc.* Immo, & in hoc differt
490 etiam à Confessario, & Delegato pro solo conscientiæ foro, qui suam sententiam revocare, & se retractare potest, ut infra *cap.* 8.

Quamvis tamen non possit Delegatus se retractare, ut supra, nec se ulterius in Dispensatione ingere-
491 re; nihilominus si dispensasset, & postea cognosceret se fuisse deceptum, poterit non uti Delegatus, sed tanquam loci Ordinarius, ad quem cognitio de Impedimentis spectat, cognoscens Impedimentum subesse, impedire ne Matrimonium contrahatur, vel si contractum sit, operari, ut separetur, vel dissolvatur, donec per novam Pontificis Dispensationem dictum Impedimentum tollatur *cap. Porro* 3. *de divort.* Maranta *in speculo aureo part.* 6. *quæst.* 9. *num.* 136. Sanchez *lib.* 8. *disput.* 27. *dict. num.* 39. Merolla *loc. cit. num.* 610. Squillante *l. c. num.* 209.

Adnotandum Quinto; quod licet Delegatus non possit post sententiam se ulterius ingerere, ut dixi-
492 mus; si tamen aliud diversum in Mandato contineatur, v. gr. facultas legitimandi prolem, poterit eam quandocumque legitimare, dum per oblivionem, vel incuriam id non fuisset exequutus, quia in parte illa non fuit functus officio suo, nec jurisdictionem sibi hac parte commissam consumpsit. Immo si
493 Delegatus mortuus, vel absens esset, vel ab officio remotus, poterit prædicta exequi ejus successor; Coccin. *d. dec.* 323. *n.* 2. *&* 3. Sanch. *lib.* 8. *disp.* 7. *nu.* 17. & nos diximus *capit.* 4. dum etenim Mandatum continet plura, & diversa capita, si sententia lata sit super uno, expirat quoad alia, ut bene Coccin. *dict. decis.* 323. *n.* 12.

494 Excipiunt aliqui satis probabiliter, itaut possit Delegatus ad unam causam iterum sententiare, quando tulisset sententiam, seu Decretum Dispensationis nulliter, ex defectu formæ sui Mandati per eum non servatæ, ita bene Sanch. *d. disp.* 27. *n.* 39. Ventriglia *in praxi annotat.* 38. §. *unico*, *numer.* 8. Merolla *d. capit.* 6. *numer.* 610. Squillante *de priv. Cleric. cap.* 2. *n.* 208. Fragosius *Regim. Christ. Reip. part. prim. lib.* 4. *disp.* 10. §. 1. *numer.* 134. Tusch. *concl.* 432. *numer.* 23. *lit. I.* quia tunc dicitur feciſſe ut privatus, ut bene Tusch. *l. c. n.* 48. secus autem erit, si pronunciet servata forma Mandati, quia tunc non poterit.

495 Adnotandum Sexto, quod, facta per Delegatum Dispensatione, præmissa informatione juxta formam sibi in Mandato præscriptam, non poterit Ordinarius se intromittere in cognitione Dispensationis, quam Delegatus nomine Summi Pontificis fecit, ni-
si subreptio esset evidens, vel ex confessione partis, vel ex tenore Bullæ, si hæc sibi præsentetur, licet ea directa non sit; Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscopalis cap.* 20. *nu.* 15. Pyrrh. Corrad. *in praxi Dispens. Apost. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 75. Tusch. *concl.* 142. *num.* 8. *lit. M.* maxime si principaliter cognosceret de fœdere Matrimonii, & incidenter de Dispensatione, quæ esset notorie subreptitia, ut bene Tusch. *loc. citat.*

Adnotandum Septimo, quod si Delegatio, & com- 496
missio Pontificis fuit personalis, nempe alicui particulari personæ facta, tunc, quamvis illa persona esset in Dignitate Ecclesiastica constituta, si dictus Delegatus moriatur, Commissio finit, tam si res integra sit, quam non; si vero Commissio fiat Dignitati, vel Officio, ut in casu nostro, tunc morte Personæ Dignitatem habentis, vel Officialis, vel amotione ab Officio, non expirat Commissio, sed Successor in Officio, seu Dignitate poterit illam exequi, sive res sit integra, sive non, quia officium Vicarii 497
remanet in Successore; Paris. *de resignat. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 17. Tancred. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 27. *nu.* 2. & alii à nobis relati *cap.* 5.

Tunc dicitur rem non esse integram, quoad has 498
Matrimoniales Dispensationes, in quibus nullus venit citandus, quando post factam præsentationem Commissionis, Delegatus mandat Informationes sumi, ut diximus, & docent Maranta *in speculo aureo, par.* 4. *disp.* 9. *n.* 20. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 28. *nu.* 28. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 31. *num.* 490. qui ultimus *l. c. n.* 596. docet, Delegationem, & Commissionem, quæ fierent uni personæ, duas Dignitates eo- 499
dem tempore possidenti, v. g. Præpositurum, & Archidiaconatum; si postea, dicta Persona mortua, dictæ Dignitates conferrentur duabus Personis, transire ad utramque Dignitatem; *&* *num.* 597. docet, 500
ut si Commissio duabus Dignitatibus facta fuisset, mortua altera ex Personis, quæ unam ex dictis Dignitatibus possidebat, si superstes eandem sit vacantem ex Dispensatione impetraret, poterit is solus dictam Commissionem exequi, & in ea procedere.

Adnotandum Octavo ex communi, & recepta Doctorum sententia, quod Dispensatio pure, & simpli- 501
citer facta, non expirat morte Concedentis, etiam re integra; Sanch. *lib.* 8. *disp.* 28. *nu.* 91. Reginald. *lib.* 31. *cap.* 27. *nu.* 220. Meroll. *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 31. *diffic.* 1. *n.* 488. quia cum Dispensatio jam fuerit legitime facta, non retractatur ex facto supervenienti.

Quæ Doctrina ampliatur, Primo, quamvis Di- 502
spensationis effectus nondum fuerit consummatus, ut bene concludunt præcitati Doctores *ll. cc.* Secundo, quamvis etiam tempore mortis Pontificis concedentis Dispensatio non fuerit ab ipso Dispensato acceptata; Sanch. *d. disp.* 28. *num.* 43. Merolla *d. cap.* 6. *n.* 490. Tertio; quamvis etiam Literæ adhuc confectæ non fuerint; Meroll. *d. cap.* 6. *dub.* 32. *num.* 552. secus tamen dicendum erit de Dispensatione, & Gratia facienda.

Ad dignoscendum autem quæ Gratia, seu Dispen- 503
satio sit facta, & quæ facienda, hæc regula à Doctoribus assignatur. Quoties alicui committitur potestas dispensandi cum aliquibus certis personis, & in Mandato expressis, & dubium est an ea potestas concessa fuerit in gratiam Delegati dispensaturi, vel Personarum quibuscum dispensandum est, censeri debet concessa in favorem Personarum dispensandarum; unde cum hujusmodi potestas stricte interpretanda sit, ut diximus *cap.* 2. mortuo Papa, qui potestatem concessit, si res adhuc integra sit, expirabit ipsa potestas, nec ulterius eo casu poterit à Delegato procedi; Quod si potestas dispensandi concessa fuerit in Gratiam De- 504
legati dispensaturi, durabit, quamvis Concedens re integra moriatur, cum hæc potestas sit late interpretanda, ut diximus *d. cap.* 2. & concludunt plerique Doctores mox citandi.

Prædicta tamen ita intelligas, ut cesset dispensandi potestas morte Pontificis, qui eam concessit, quando Delegatus est voluntarius, itaut, si velit, dispenset; 505
quia tunc, cum gratia ab Exequutoris voluntate pendeat,

deat, & hic pro suo libito possit Dispensationem concedere, seu denegare, non dicitur Gratia per Pontificem facta, sed facienda, & proinde morte Pontificis concedentis, hujusmodi potestas, & gratia cessabit; quia per hujusmodi concessionem nulli fuit Jus
506 acquisitum. At si potestas dispensandi cum dictis expressis Personis concessa sit cum mandato absoluto, quo Exequutori præcipiatur sicut in casu nostro) ut captis diligenter Informationibus, si preces veritate niti repererit, dispenset, tunc ex quo dictus Exequutor non est voluntarius, sed necessarius, ita ut si preces narrata Pontifici veras repererit, dispensare teneatur, est gratia facta; ac proinde, licet re integra moriatur Pontifex, si Exequutor post habitam diligentem informationem, preces veras esse repererit, tenetur omnino dispensare, ut diximus *cap.* 1. quo casu Dispensatio censetur ab ipsomet Pontifice facta; est enim gratia singularis, certa, & determinata, cujus sola exequutio, & Dispensationis in esse deductio ipsi Ordinario committitur: Ita bene docent Mandos. *ad Reg. Canc. reg.* 10. *de Annali possessore quæst.* 2. *num.* 4. Sanchez *libr.* 8. *disp.* 28. *numer.* 87. Vivian. *de jurepatronatus lib.* 14. *cap.* 6. *nu.* 9. Majol. *de irreg. lib.* 5. *cap.* 50. *num.* 6. Garc. *de benef. part.* 6. *cap.* 2. *n.* 311. Reginald. *lib.* 31. *cap.* 27. *n.* 220. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 98. *vers. Sed ego*; Gutier. *de matr. c.* 125. *n.* 210. *& can. qq. l.* 2. *c.* 17. *n.* 5. Trullenck *opere mor. tom.* 3. *l.* 7. *c.* 10. *dub.* 8. *n.* 1. Filiucc. *qq. mor. tom.* 1. *tr.* 10. *part.* 2. *c.* 10. *n.* 347. Laym. *Theolog. mor. l.* 1. *tract.* 4. *c.* 23. *n.* 18. Responsa Marantæ *part.* 4. *resp.* 100. *num.* 11. Boss. *de Matr. contract. cap.* 4. *num.* 151. Steph. à S. Greg. *univ. tract. de vinculis Div. Piet. libr.* 3. *capit.* 113. *numer.* 16. Salas *de legib. disput.* 20. *sect.* 17. *in fine*; Tusch. *conclus.* 68. *num.* 5. *lit. G.* Fragos. *reg. Christ. reip. part. pr. lib.* 4. *disp.* 9. *num.* 76. Meroll. *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 31. *coroll.* 7. *num.* 512. Ita Rebuff. Suar. Henriq. Sa, Ledesm. & alii penes ipsum
507 Meroll. *l. c.* Ratio differentiæ inter primam, & secundam Commissionem est, quia primo casu nemini est Jus quæsitum per illas Literas; Non Delegato exequuturo, eo quod in ipsius favorem concessæ non sunt; Non Dispensandis, cum concessio ipsius Gratiæ pendeat à mero arbitrio Dispensaturi, qui cum eo casu non adstringatur ad dispensandum, potest non dispensare; At secundo casu Jus ad rem ipsis dispensandis acquiritur, quia, si preces narratæ veræ sint, nil aliud desideratur, quam sola exequutio, & tunc Dispensatio necessario per Delegatum facienda est, quia debita eo casu est, ut colligitur *cap. Si cui nulla* 36. *de præbend. in* 6. Et juxta hanc Doctrinam plures matrimoniales Dispensationes fuerunt per Vicarium Generalem Lucanum meo tempore exequutæ, Sede Papali Vacante, per obitum, tum Urbani VIII. tum Innocenti X. Summorum Pontificum, quæ illis viventibus fuerant ipsi Vicario commissæ. Dum etenim per Pontificem exprimuntur in mandato nomina Personarum, quibus cum dispensatur, & Delegato committitur absolute, ut si preces veras repererit, dispenset, & proinde Delegatus Dispensationem exequatur, hujusmodi Dispensatio videtur à Pontifice in individuo facta, ut bene animadvertit Gamb. *dicto lib.* 10. *n.* 297.

508 Animadvertendum Nono; Dispensationes, quæ à Legatis Apostolicis, vel à Summo Pœnitentiario expediuntur, non expirare morte Papæ, etiam re integra, quia neutrum officium morte Papæ expirat; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 28. *n.* 92. & alii, quos propterea citamus *cap.* 8.

509 Animadvertendum Decimo; Delegatum non posse, in exequenda Dispensatione matrimoniali sibi commissa, imponere mulctas Dispensatis, quia ad illud onus, & pecuniariam mulctam obligare non potest
510 ex contractu; alias induceretur Simonia, si ob Dispensationem concessam in lege, imponeretur obligatio pretio æstimabilis; ita bene docent Sanchez *lib.* 3. *disp.* 10. *num.* 9. Bonacc. *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 3. *nu.* 23. Diana *par.* 8. *tract.* 3. *resol.* 22. cum nullam Delegatus habeat potestatem extendendi præinsertam ad aliam materiam, neque de novo Legem, aut Præceptum imponere, cum id non fuerit sibi concessum, sed tantum concessa potestas dispensandi, si preces veræ sint, & sic agit tanquam simplex Mandatarius, qui formam in mandato præscriptam servare debet, ut supra diximus; & eo magis id certum est, attenta dispositione Concilii *sess.* 24. *de reform. cap.* 4. quo decernitur, ut Dispensationes gratis 511
concedantur; Ipse solum Legislator posset id facere, si Dispensatio non esset debita, sed mera Gratia, quia cum eo casu dispensare non teneatur, potest legis obligationem in aliam materiam subrogare, ut animadvertit Sanch. *in select. disput.* 54. *numer.* 40. relatus à Diana *l. c.*

Animadvertendum Undecimo, Dispensationem 512
matrimonialem finire unico actu; unde uno ex Conjugibus mortuo, si cum alia Consanguinea superstes contrahere velit, nova opus erit Dispensatione, quia prima Dispensatio obtenta fuit pro Matrimonio cum expressis Personis contrahendo, & non cum qualibet alia Consanguinea, vel Affine, Sanchez *libr.* 8. *disp.* 31. *num.* 13. Salas *de legib. disp.* 20. *d. sect.* 19. 513
in princip. At si Dispensatio facta sit in Voto Castitatis, vel Religionis ad effectum Matrimonii contrahendi, non finitur primo actu, durante causa, ob quam concessa fuit, nisi Superior alias exprimeret, nam tunc est absolute concessa ad ineundum Matrimonium; & regulariter Dispensatio absolute, & sine limitatione concessa, non finitur primo actu; Sanchez *lib.* 8. *disp.* 31. *num.* 11. Bonacc. *de leg. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 10. §. 30. *propos.* unica *num.* 1. Salas
l. cit. At si ab Episcopo in aliquo urgenti necessitatis 514
casu dispensatum fuisset super Voto aliquo, alias Papæ reservato, tunc Dispensatio ultra illum casum non extenditur; Sanch. *d. disp.* 31. *num.* 10. Steph. à S. Greg. *univ. tract. de Div. Piet. lib.* 3. *cap.* 113. *n.* 17. Ratio est, quia Episcopus non potest, ultra illum præcisum casum, absolute dispensare, sed potest, qua- 515
tenus necesse est, ad subveniendum alicui urgenti, & præcisæ necessitati.

Adnotandum Duodecimo, quod si Oratores, qui 516
Mandatum de dispensando à Pontifice impetrarunt; petant à Delegato ut dispenset, eo quod omnia, quæ verificanda erant, verificata sint, nec ullum obstet Impedimentum, quin dispensari possint, nec scandala ulla ex Dispensatione facienda timeantur, & tamen ab ipso Delegato injuste dispensatio denegetur, poterunt Oratores à dicta denegatione appellare, & ad Sanctissimum recurrere; quia eo casu Dispensatio debita est, & Delegatus velit, nolit, dispensare tenetur, per ea, quæ supra diximus.

An autem, & quandò hujusmodi appellatio sit absolute admittenda, & quando ad effectum devolutivum tantum, diximus supra.

Adnotandum Decimotertio, quod si Dispensatio 517
matrimonialis ab ipso Legislatore concessa revocetur, priusquam ejus effectus, ad quem concessa fuerat, adimpletus sit, valida erit revocatio; Sanch. *libr.* 8. *disp.* 33. *num.* 13. Bonaccin. *de legib. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 10. §. 2. *propos.* 2. *num.* 2. Trullenck *tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 8. *num.* 4. Diana *par.* 8. *tract.* 3. *resol.* 89. Salas *de legib. disp.* 20. *sect.* 18. *in princip.* Reginald. *lib.* 31. *cap.* 27. *num.* 208. Ratio est, quia Dispensatio, donec non fuerit exequutioni demandata, pendet à voluntate Dispensantis; & sicut Dispen- 518
sans eximit Subditum ab obligatione Legis, Dispensatione mediante, ita potest per Dispensationis revocationem eidem obligationi illum denuo subjicere, quia utitur jure suo. Si tamen, absque justa causa 519
Pontifex id faceret, illicite quidem ageret, & restituere tenetur pecunias pro Dispensatione erogatas, ut docent Sanch. *n.* 13. & Reginald. *n.* 213. *ll. cc.* Tusch. *conclus.* 67. *num.* 1. *littera S.* Merolla *tom.* 3. *disput.* 6. *c.* 7. *dub.* 7. *n.* 205. quia cum Dispensatio ob causam justam concessa fuerit, sine qua causa, nec solet, nec licitè potest dispensari, ut dicemus *lib.* 3. *cap.* 1. & hæc Dispensatio concessa fuerit per modum contractus, nempe ex causa justa, & cum solutione Compositionis, non potest Pontifex ad ejus arbitrium Dispensationem revocare; ad hoc enim ut revocatio licite fiat, requiritur, ut justa causa revocandi adsit,

& re-

& reſtitutio Compoſitionis per Oratores propterea ſolutæ fiat, ut bene animadvertunt præfati Sanchez
520 Salas, & Meroll. *ll. cc.* Inferior tamen ſi in Lege Superioris diſpenſet, non poterit Diſpenſationem abſque juſta cauſa valide, nec licite revocare; Reginald. *l. c.* Bonacc. *de legib. dict. propoſ.* 1. *numer.* 12. Sanch. *d. diſp.* 33. *num.* 12. Trullenck, & Salas *ll. cc.* Meroll. ubi ſupra *num.* 206. Pelliccion. *qq. Illuſtr. quæſt.* 21. *cap.* 3. *pag. mihi* 161. *col.* 2. *in fine*; Et pro-
521 pterea nec ipſe major Pœnitentiarius Papæ poterit ad libitum Diſpenſationem revocare, quia ipſe quoque non diſpenſat auctoritate ordinaria, ſed auctoritate Pontificis, ut docent plerique Doctores ſupra proxime citati. Ratio eſt, quia Inferior, ſi jam diſpenſavit, Diſpenſatum ab obligatione Legis exemit auctoritate Superioris, & non propria; unde non poteſt ipſam Diſpenſationem revocare, quod eſt quaſi de novo Legem imponere.

Dixi, Pontificem poſſe Diſpenſationem revocare, ſi non fuit plene effectum ſortita, quia ſi, poſt fa-
522 ctam Diſpenſationem Oratores jam contraxiſſent Matrimonium, revocare non poterit, cum non ſit adhuc res integra; Sanchez *libr.* 8. *diſp.* 33. *numer.* 2. Bonacc. *dict. prop.* 2. *numer.* 2. *verſ. Dixi in propoſitione.*

Dixi pariter, ſi Diſpenſatio fuiſſet plene ſortita effectum, quia ſi hic eſſet diviſibilis, & nondum in
523 totum conſummatus, aliter eſſet; ut ſi quis ob infirmitatem diſpenſatus fuiſſet, ut tempore Quadrageſimæ carnes comederet, & tranſactis nonnullis diebus, ceſſet infirmitas, quæ cauſa fuit Diſpenſationis; quia tunc, pro tempore ſubſequenti, ceſſabit Diſpenſatio, Bonacc. *d. punct.* 10. *prop.* 4. *numer.* 11. & alii communiter.

524 Adnotandum Decimoquarto, non obſtare validitati Diſpenſationis matrimonialis pro foro externo obtentæ, ſi antequam fuerit exequutioni demandata, ei à Diſpenſatis renuntietur, dum ea renuntiatio non ſit à Legislatore acceptata, cum ob ſimplicem renuntiationem, Diſpenſatio non amittat vires ſuas, ut bene Sanch. *l.* 8. *diſp.* 32. *num.* 2. Reginald. *l.* 31. *cap.* 27. *num.* 213. Meroll. *tom.* 2. *diſp.* 4. *c.* 6. *dub.* 30. *numer.* 476. Bonacc. Eſcob. & Trullenck *mox citandi*;
525 quamvis etiam diſpenſati, ſic renuntiando, Literas laceraſſent; Sanch. *num.* 5. Merolla *num.* 485. *ll. cc.*
526 quia ad hoc, ut renuntiatio effectum habeat, requiritur, ut Legislator eam acceptet; quod ſi acceptetur, invalidabitur Diſpenſatio, quia per hujuſmodi renuntiationem, & acceptationem Legislatoris ſubſequutam, Subditus iterum ſubjicitur Legi, à qua fuerat per Diſpenſationem exemptus; Pontius *de matr. l.* 8. *cap.* 18. *§.* 2. *num.* 18. Bonac. *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 10. *§.* 2. *prop.* 3. *num.* 3. *& numer.* 5. Eſcobar *Theol. mor. d. c.* 3. *verſ. Quidnam efficit*, Trullenck *n.* 5. Salas *n.* 118. *ll. cc.* Diana *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 69. *circa finem.*

527 Diſputat Sanchez *l. c. num.* 4. an ſi hujuſmodi renuntiatio acceptetur non ab ipſo Pontifice Legislatore, ſed ab ejus delegato, qui nomine Summi Pontificis diſpenſavit, an per hujuſmodi acceptationem invalidetur Diſpenſatio facta; & tandem concludit requiri, ut dicta renuntiatio ab ipſomet Pontifice acceptetur, ad hoc, ut Diſpenſatio facta invalidetur per hujuſmodi renuntiationem, nec ſufficere ſi à delegato acceptetur, quia Papa dum Diſpenſationem delegato committit, præſumitur in dicta voluntate per-
528 manere, cum mutatio voluntatis non præſumatur, *cap. Licet* 3. *de Baptiſmo*, *circa finem*; Genuenſ. *in pract. fori Eccleſiaſtici*, *quæſt.* 333. *num.* 2. Nen. *conſ.* 4. *numer.* 9. Ricciullius *de jure perſonar. l.* 3. *cap.* 8. *num.* 7. Mantic. *de conject. l.* 5. *titulo* 15. *numer.* 6. & cum totus Diſpenſationis valor ab ipſomet Legislatore pendeat, non poteſt delegatus novam Legem imponere, ſubjiciendo Legi eum, cum quo diſpenſavit; cum ipſe nil poſſit in Lege Superioris niſi id tantum, quod ſibi in Mandato conceditur; Quod idem confirmant Reginald. *l.* 31. *c.* 27. *num.* 213. & Meroll. *l. c.*

529 Scias tamen maximum eſſe diſcrimen inter Diſpenſationes, quæ fiunt in Lege, & alias quæ fiunt in Voto & Juramento, quia Legum obligatio ab alio pendet; iſtorum vero, ab ipſomet Vovente, vel Jurante procedit; Unde primo caſu ſi renuntietur Diſpenſationi, & dicta renuntiatio non acceptetur à Legislatore, Diſpenſatio adhuc valida erit; ex quo enim Diſpenſatus jam fuit poteſtate diſpenſantis, ab obligatione Legis liberatus, requiritur ad illum denuo obligandum, ipſius Legislatoris conſenſus, ut dixi-
mus. At Diſpenſationes, quæ ſuper Votis, ſeu Juramentis fiunt, ſi ſemel perfecte conceſſæ ſunt per ſimplicem renuntiationem, etiam internam, ſuam vim amittunt; & conſequenter, hi, qui ei renuntiave- 530
runt, nova egebunt Diſpenſatione, ſi ab illis eximi velint; Salas *de legib. l. c. n.* 118.

Quod ſi non fuiſſent hæ Diſpenſationes perfecte conceſſæ, ut ſi fuiſſet à Pontifice conceſſum Mandatum ad Diſpenſandum, ſed nondum fuiſſet à delegato exequutum; tunc quamvis dicto mandato pluries renun- 531
tietur, poterit nihilominus diſpenſandus, murata voluntate, Diſpenſationem accipere, eaque uti; quia cum Diſpenſatio nondum facta fuerit, non fuit adhuc ab obligatione Voti, vel Juramenti exemptus; Sanchez *numer.* 3. Bonacc. *numer.* 6. & Merolla *numer.* 481. *ll. cc.*

Adnotandum Decimoquinto, validam eſſe Diſpen- 532
ſationem ex juſta cauſa à diſpenſare Potente factam ob metum, ad finem etiam ipſam Diſpenſationem extorquendi, incuſſum, dummodo fuerit intentio Diſpenſandi; quia nullo Jure hujuſmodi Diſpenſatio annullatur, & regula generalis eſt, ut geſta per me- 533
tum valida ſint, exceptis caſibus à Jure expreſſis; Vide Diaz *part.* 8. *tr.* 3. *reſol.* 76. Eſcobar *Theol. moral. tr.* 1. *exam.* 16. *cap.* 2. *verſ. Metum*; Bonaccina *de leg. diſp. prim. quæſt.* 2. *puncto* 6. *n.* 1. Merolla *tom.* 1. *diſp.* 1. *c.* 3. *dub.* 19. *n.* 313.

Tandem adnotandum, quod quando Epiſcopus po- 534
teſt auctoritate ſua ordinaria in aliquo Impedimento, v. gr. in Voto pœnali Caſtitatis, vel non nubendi, diſpenſare, quamvis fuerit à Pontifice impetrata facultas ſuper eo diſpenſandi, & commiſſa fuerit Diſpenſatio Ordinario, ſeu Confeſſario, poterit ille, in cujus favorem Commiſſio facta fuit, ei renuntiare, & Epiſcopum adire, ut ſua auctoritate ordinaria diſpenſet; Sanchez *l.* 8. *diſp.* 14. *num.* 3. Salas *de leg. diſp.* 20. *ſect.* 13. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 56. *dub.* 14. *num.* 222. Ratio eſt, quia cum dicta commiſſio 535
facta fuerit in ipſius diſpenſandi gratiam, non debet in ejus damnum retorqueri, *l. Quod favore*, *C. de leg. reg. quod ob Gratiam* 61. *de reg. juris in* 6.

Ampliat Sanchez *l. c.* id rite procedere, quamvis 536
virtute Commiſſionis Pontificiæ, Ordinarius, vel Confeſſor, in eo Voto diſpenſaſſet, partem commutando; Nec prius adjiſſe Superiorem ullum prævention is effectum operatur, ut bene idem Sanchez *numer.* 7. *l. c.* Immo quamvis Epiſcopus, vel alius di- 537
ſpenſare Potens, recuſaſſet, & diſpenſandum ad Pontificem remiſiſſet, & hic Commiſſionem de diſpenſando conceſſiſſet, poſſe nihilominus Epiſcopum, vel alium diſpenſare potentem adiri pro Diſpenſatione, ſi Oratores Commiſſioni Pontificiæ renuntient, aperte docent idem Sanchez *d. diſp.* 14. *num.* 8. & Salas *de legib. num.* 106. *l. c.* Ratio eſt, quia non agitur de Diſpenſatione contentioſa, nec ea comprehenditur *in cap. Licet* 5. *de offic. Delegati.*

Si cauſa finalis Diſpenſationis ceſſet, an & quando vitiet, dicemus *l.* 3. *c.* 1.

PROLEM SUSCIPIENDAM EXINDE LEGITIMAM NUNCIANDO.

Duo diverſa in Mandato Pontificis conceduntur, nempe Poteſtas diſpenſandi cum Oratoribus ſuper Impedimento, & Prolem ſuſcipiendam ex hujuſmodi Matrimonio legitimandi; unde ſi Mandatum, quo-
ad Diſpenſationem, non potuiſſet habere effectum, 538
propter ſupervenientem mortem alterius ex Oratoribus, vel aliud juſtum Impedimentum, poterit nihilominus habere effectum, quoad legitimationem Prolis, quamvis Parentes, qui Mandatum à Pontifice obtinuerunt, mortui ſint, idque etiam in præjudicium venientium ab inteſtato, Sanchez *libro* 8. *diſp.* 7. *numer.* 6. Gratianus *diſceptat. forenſ. cap.* 138.

cap. 138. *nu.* 48. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancell. Gloſſa* 5. §. 9. *num.* 57. ubi duas Deciſiones Rotæ propterea refert Seraphinus *deciſ.* 1121. *per totam*; Quaranta *in ſumma Bullarii*, *verbo* Mattimoniales Diſpenſat. *in fine*, Peregr. *de fideicomm. art.* 24. *num.* 83. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 409. *num.* 119. Merlin. *de legitima lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 21. Rota *deciſ.* 107. *num.* 2. *part.* 1. *diverſ.* Tuſch. *concluſ.* 142. *num.* 18. *lit. M.*, & alii plures, quos cap. ſequenti referimus; quia, ut diximus, hæ Poteſtates ſuper diverſis ſunt: Aliud enim eſt diſpenſare ſuper Impedimento, & aliud eſt legitimare Prolem.

Animadvertunt, & bene, Sanchez *d. diſp.* 7. *nu.* 150. & Squillante *de priv. Cleric. cap.* 4. *num.* 43.

539 quod hæc facultas Prolem legitimandi conceditur tantum in favorem Matrimonii, & aliter Papa non ſolet concedere; unde cauſa finalis hujuſmodi conceſſionis ſit Matrimonii contractus; iſto non ſequuto ex culpa Oratorum, v. gr. quia pœnitentia ducti noluiſſent Matrimonium contrahere, probabilius eſt non valere Legitimationem poſt mortem Parentum factam, maxime in præjudicium Tertii.

540 Porro multæ ſpecies Illegitimorum in Jure traduntur; Alii dicuntur Illegitimi, alii Spurii, alii vulgo concepti, Manzeres, Inceſtuoſi, Nepharii, Adulterini, Sacrilegi, Nothi, Hibridæ, Baſtardi; & hi omnes, late ſumpto vocabulo, Illegitimi dicuntur, Rota *inter impreſſ. poſt pr. volum. conſil. Farinacii*

541 *deciſ.* 6. *part.* 1. *num.* 2. Proprie tamen illi dicuntur Illegitimi, qui ex concubitu Viri, & Mulieris, à Lege non admiſſo, procreati ſunt.

542 Spurii dicuntur generaliter illi omnes, qui non juſte nati ſunt, nec differunt ab Illegitimis; Unde ſi natus ex Inceſtu Diſpenſationem petat, ſeu Legitimationem, & exprimat ſe Spurium, valide impetrabit, quamvis non fecerit mentionem, quod ex Inceſtu natus ſit, quia nomen Spurii comprehendit omnes Illegitimitatum ſpecies; Proprie tamen Spurii dicuntur, qui ex publica Meretrice, cui omnibus patet aditus, nati ſunt; & dicuntur Spurii quaſi ſparſim concepti. Vide Ventriglia *in praxi annot.* 15. §. 2. *num.* 3. & dicuntur etiam Varii, eo quia ex vario ſemine in lucem emiſſi ſunt, Ventriglia *l. c.*

543 *num.* 5., & hi Spurii, ſeu Varii per ſubſequens Matrimonium non legitimantur, Vivian. *de jure patronat. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 24. Garcia *de Benef. par.* 7. *cap.* 2. *nu.* 33. nec dicuntur conjuncti, Felin. *cap. Nonnulli* §. *Sunt & alii*, *de reſcriptis num.* 56. Garcia *l. c. num.* 40. Maranta *in ſpeculo aureo part.* 6. *cap. Quod incipit* Secundus actus, *verſ. Septimo limita num.* 20.

544 Vulgo concepti dicuntur, qui Patrem oſtendere non poſſunt, quia certum Patrem non habent, vel eum habent, quem habere non licet, de quibus *in lege*, *Vulg. de ſtatu hominum*, Ventrigl. *num.* 4. *l. c.* Rota *deciſ.* 661. *num.* 3. *part. recent.*

545 Manzeres Hæbreum nomen eſt, & illi proprie ſic dicuntur, qui de ſcorto nati ſunt, *cap. Niſi cum*, §. *perſonæ*, *de renunciat.* Ventriglia *num.* 6. *l. c.* Nicaſius *ſuper inſtit. lib.* 1. *tit.* 11. *de adopt.* §. *Non ſolum nu.* 5.

546 Inceſtuoſi ſunt, qui ex Concubitu cum Conſanguinea, vel Affine, ex linea tranſverſali nati ſunt, *Gloſſ. in rubr. C. de Inceſt. Nuptiis*, Ventriglia *num.* 7. *l. c.*

547 Nepharii, hi proprie ſunt, qui ex linea Aſcendentium, & Deſcendentium nati ſunt; quamvis Nepharii, & Inceſtuoſi promiſcue ſumantur omnes, qui infra Gradus prohibitos concepti ſunt, *ut l. fin. ff. de ritu nupt. & in* §. *ergo inſtit. de Nupt.* Ventriglia *num.* 8. *l. c.*

548 Adulterini proprie dicuntur, qui ex Adulterio nati ſunt, *ut l. inter* §. *de Adult.* Quamvis etiam poſſint dici Adulterini, filii ex ſtupro nati, quia lex Julia *in l. ſtuprum ff. de verb. ſignif.* indifferenter utitur verbis Adulterii, & Stupri, ut animadvertit idem Ventriglia *l. c. num.* 9.

549 Sacrilegi dicuntur, qui ex Patre, vel Matre ad ſacra dicatis concepti ſunt; Regulariter autem atten-

550 ditur ad qualitatem Matris; Quod ſi ex Clerico, & Muliere ſoluta nati ſint, dicuntur Spurii; ſi ex Sacerdote, & Nupta, dicuntur Adulterini. Nati ex Matre Religioſa Profeſſa, & Deo dicata, vocantur Sacrilegi; excipiuntur tamen ab hac regula filii nati ex ſoluta, & Monacho profeſſo, quia quamvis Mater ſoluta ſit, dicuntur Sacrilegi, vide dictum Ventriglia *l. c. n.* 10. 551

Nothi Græco ſermone vocantur illi, qui apud nos 552
dicuntur Naturales, Ventriglia *n.* 11. *l. c.* & hi proprie ſunt, qui ex Matre non uſque adeo cuſtodia, ut loco Uxoris haberetur, nati ſunt, Rota *deciſ.* 1168. *nu.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. *diverſ.*

Hibridæ ſunt, qui ex imparibus Parentibus nati 553
ſunt, Ventriglia *l. c. n.* 12.

Baſtardi dicuntur à verbo Germanico Boeſſart, 554
hoc eſt, Degeneris ingenii; Lotherius *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 48. *nu.* 164. & hi ſunt qui ſimiliter ex imparibus Parentibus nati ſunt, Ventriglia *l. c.*

Diſputant Doctores, an potens ex Privilegio le- 555
gitimare Adulterinum, & Inceſtuoſum, poſſit quoad eum, qui utroque vitio laborat; & plerique concludunt, quod ſi hujuſmodi poteſtas conceſſa ſit in favorem Perſonæ, cui fuit conceſſum Privilegium, poſſit eo caſu legitimare eum, in quo utrumque vitium concurrit, quia hæc poteſtas eſt large interpretanda, ut diximus *d. cap.* 2. & docent Sanchez, Layman. Filiuccius, & alii, quos ibi citamus; & propterea hæc generalis Regula à Doctoribus aſſignatur, ſi Poteſtas diſpenſandi, vel legitimandi ſit ge- 556
neraliter conceſſa non expreſſis Perſonis, quibus cum Diſpenſatio, ſeu Legitimatio ſunt faciendæ, latè interpretari debet, & conſequenter in favorabilibus mixtum comprehenditur in ſimplici. Si fuerunt expreſſa nomina Perſonarum, quæ legitimari debent, ſtrictè intelligi debet, & conſequenter non poterit quoad utrumque vitium legitimari, quia cùm ſimus 557
in odioſis, mixtum non comprehenditur ſub ſimplici, ut diximus *Cap.* 2.

Ad hoc autem, ut quis cenſeatur Illegitimus, an debeat attendi tempus conceptionis, vel nativitatis, dicemus *Cap. ſequenti*, ubi adnotabimus, quæ, ac qualis differentia ſit inter Legitimationem Prolis ex Coitu fornicario ſuſceptæ, & Legitimationem factam à Papa in radice Matrimonii, & alia etiam magis practicabilia circa hujuſmodi materiam Legitimationis.

VOLUMUS AUTEM, QUOD SI SPRETA MONITIONE NOSTRA.

Iſta Clauſula *Volumus autem*, *&c.* eſt fons, & 558
radix omnium Diſpenſationum, Menoch. *de arbitr. caſu* 496. *num.* 1. *lib.* 2. & Jus novum inducit, Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 28. *num.* 27. Merolla *tom.* 1. *diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 11. *num.* 174. & non eſt comminatoria tantum, Garcia *de benef. par.* 6. *cap.* 3. *num.* 153. Barboſa *de clauſ.* 186. *num.* 1. & eſt idem ac ſi diceretur *alias Gratia ſit nulla*; Garcia *num.* 154. *l. c.* Unde conditionem importat, maxime atten- 559
ta dictione *Autem*, quæ eſt adverſativa, Cornel. *conſ.* 44. *num.* 7. *vol.* 3. Hieron. Palma *conſ.* 8. *numer.* 16. Reſponſa Marantæ *reſp.* 55. *numer.* 56. 560
part. 4. & cum hujuſmodi Prohibitio ſit geminata, operatur ultra ſolitum, & magis enixam Papæ voluntatem demonſtrat, Mandoſ. *regul. de inf. quæſt.* 16. *numer.* 9. Seraphin. *deciſ.* 326. *num.* 13. & omnem dubietatem tollit, Gutierez *practic. qq. lib.* 3. 561
& 4. *quæſt.* 17. *num.* 129. Et quamvis eadem Prohibitio accipiendi munera, aut præmia æque apponatur in Literis Diſpenſationum, quæ committuntur in forma ordinaria, ac in aliis, quæ conce- 562
duntur in Forma Pauperum; eſt tamen differentia in Reſcripto Papæ, quia primo caſu, ſi Delegatus contraveniat Præcepto Papæ, incurret quidem excommunicationem latæ Sententiæ, ſed Abſolutio non erit reſervata Pontifici; At ſecundo Caſu non ſolum incurret eandem Excommunicationem, ſed hujus Abſolutio erit Papæ reſervata, ut ex tenore ipſarum Literarum videre eſt, ibi, *quatamdiu innodatus exiſtat*, *donec per ſatisfactionem condignam &c.* quæ clauſula *donec* eſt temporis reſtrictiva, habetque naturam ſuſpenſivam, ut Lezana *in ſumma to.* 3. *verbo dictio n.* 15.

DA-

DATUM.

563 Data est omnibus Scripturis necessario apponenda, alias hæ carent fide, & probatione, *l. pr. C. de Apochis publicis l.* 10. Rebuff. *in praxi Benef. ubi de forma Literarum Tonsuræ num.* 6. Pater Leo *in praxi Sacr. pœnit. part.* 2. post declarationem Impedimentorum Dirimentium *vers. Data, &c. pag. mihi* 241.

564 Et à tempore Datæ Gratia initium sumit, & ejus tempus circa validitatem, vel invaliditatem Gratiæ semper attenditur, Seraph. *dec.* 13. *numer.* 21. *& dec.* 341. *numer.* 9. Rota coram Merlino *decis.* 281. *numer.* 6. Lother. *de re benef. libr.* 2. *quæst.* 37. *num.* 10.

565 Triplex Data in Rescriptis Apostolicis describitur, quæ tamen idem tempus demonstrant, quia statim ac est signata Supplicatio, defertur ad Officialem primæ Datæ nuncupatum, qui in calce Supplicationis notat parvam Datam, quæ ob id parva appellatur, quia parvis verbis inscribitur, v. g. *Quarto Cal. Junii apud S. Petrum Anno secundo*, nec inservit ad alium effectum, nisi ut faciat fidem apud D. Datarium, & memoriam Gratiæ concessæ, seu concedendæ, ut ad Datam illius temporis retrotrahantur, ut testantur, Mandos. *ad Reg. Canc. Reg.* 15. *de diction. num. qu.* 2. *num.* 5. Lother. *de re Benef. libr.* 2. *quæst.* 23. *numer.* 19. & hæc statim apponitur, ut sciri possit quo die Gratia concessa sit; & idem servatur, tam si Gratia fiat ab ipso Papa, quam si

566 fiat ab alio ejus nomine, & per hanc Datam actus non sit perfectus, Gratian. *discept. for. cap.* 191. *numer.* 8. *tomo primo*. Secunda Data apponitur à D.

567 Datario post revisam Supplicationem à Revisoribus ad id Deputatis, & fit breviter, nempe *Datum Romæ apud S. Petrum quarto Cal. Junii Anno Secun-*

568 *do*, & ad ipsum D. Datarium spectat Datare omnes Supplicationes, tam Gratiæ, quam Justitiæ; & mor-

569 tuo Pontifice, cum ejus officium expiret, tenetur juxta Constitutionem 61 Pii Papæ IV. super reformatione Conclavis, omnes Supplicationes, tam Gratiæ, quam Justitiæ, quæ tempore obitus Pontificis penes ipsum, & ejus Officiales Datariæ reperiuntur, statim consignare Collegio Cardinalium sub Sigillo clausas, futuro Pontifici reservandas.

570 Tertia Data latius, & plenius extenditur in Literis super Supplicatione expeditis, videlicet, *Datum Romæ apud S. Petrum Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto Cal. Julii Pontificatus Nostri Anno Secundo*.

ROMÆ.

Roma Legum, & Armorum Parens, Virtutum

571 omnium domicilium, Fidei, ac Pietatis, & veræ Religionis sedes, teste Leotard. *de usur. qu.* 79. *numer.* 46. estque communis Patria, Paris. *de confid.*

572 *qu.* 21. *num.* 7. Gratian. *discept. for. cap.* 596. *num.* 14. *& numer.* 15. *tom.* 3. estque Caput omnium Nationum, & propria Sedes Summorum Pontificum, *capit. Fundamenta* 17. *de elect. in* 6. & in ea Divinitus Apostolica Sedes ordinata fuit; *cap. per venerabilem* 13. §. *qui autem superbierit, qui filii sint legitimi*; *cap.*

573 *Rogamus vos* 15. *causa* 24. *qu.* 1. Licet enim Petrus Sedem primitus constituerit in Antiochia, post septennium tamen, Anno secundo Claudii Imperatoris Romam se transtulit, causa abigendi Simonem Magum, ibidemque susceptus hospitio à Pudente Senatore, Baronius *Annal. Anno* 44. *num.* 51. Sedem, quam Antiochiæ posuerat, huc sequenti Anno transportavit; Baron. *loc. citat. num.* 61. Unde Romanus

574 Episcopatus fuit semper inseparabiliter connexus Pontificatui Maximo, Lother. *de re beneficiaria libr.* 1. *c.* 46. *num.* 22.

575 Et quamvis postea in Gallia per annos septuaginta Clemens V. & alii Successores, & aliis etiam in locis, diversis temporibus, ob persequutiones habitas, fuerint commorati, S. Bernardus *Epistola* 242. *ad Populum Romanum, & Epistola* 243. *ad Imperatorem Corradum*, nunquam tamen Apostolica Sedes translata fuit, ut late probat Cardinalis Jacobatius *de Con-*

576 *cilio lib.* 8. *art.* 6. sed jussu Domini Nostri Jesu Christi Romæ fixa fuit, S. Marcellus Papa, & Mart. *in Episcopali ad Antiochenos*, & S. Ambrosius in Oratione *de tradendis Basilicis*: Bellarminus *l.* 1. *de Romano Pontifice cap.* 23. *lit.* E *l.* 4. *de Romano Pontifice capit.* 4. nec Sanctam Sedem Apostolicam posse alio 577 transferri, ex quacumque causa, præterquam divinæ Revelationis, probant Barbos. *de jure Eccl. univ. l.* 1. *cap.* 3. *numer.* 189. Jacobatius *loc. citat.* Turrecremata *in Can. Rogamus* 14. *q.* 1. *numer.* 2. *&* 3. & probabilissimum esse affirmat Bellarminus *loc. citat. vers. Accedit*.

Hanc autem nobilissimam Civitatem cum illius Di- 578 strictu, Anno 726. Populus Romanus impiissimi Leonis Isauri, & Græcorum jugo excusso, Pontifici subjecit, Baron. *Annal Eccl. d. anno* 726. *num.* 34. *& num.* 40. *& anno* 731. *nu.* 2. Sigonius *de Regno Italiæ l.* 3. *sub anno* 727.

APUD SANCTUM PETRUM.

In Literis Apostolicis apponitur de stylo locus spe- 579 cialis, ubi Pontifex residere solet; si etenim resideat in Palatio Vaticano, Data erit *apud S. Petrum*; si resideat in Monte Quirinali, vulgo *Monte Cavallo* (ut solet tempore æstivo, tunc prius dicebatur) *Datum Romæ in Monte Quirinali*; & sic ante Pontificatum Pauli V. dictum fuit; sed ipse Paulus, quando ibi commorabatur ob eximiam devotionem, quam erga Sanctissimam Genitricem, illiusque Ecclesiam gerebat, voluit, quod deinceps diceretur. *Datum Romæ apud S. Mariam Majorem*. Aliquando etiam Papa commoratur extra Urbem in Villa Tusculana, vulgo *Frascati*, & tunc dicitur, *Datum Tusculi*; Quod si Papa sit in Arce Gandulphi, ubi Urbanus Octavus sæpe reperiebatur, dicitur *Datum in Arce Gandulphi, Albanen. Diœcesis*; Et quidem, ubicumque Papa sit, 580 potest dici, *Datum Romæ*, quia ubi est Papa, ibi est Roma, ut dixit Baldus *super Rubr. ff. de rerum Divisione num.* 24.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ, &c.

Quamvis variæ sint apud varias Mundi Nationes annorum, & temporum supputationes; Alii namque 581 Lunationum habent, ut Sinenses, Japonenses, & Æthiopæ, ut ex eorum Historiis patet. Alii à constructione Urbium insignium, ut à Roma condita, Troja eversa, & similibus; Alii à Ludis Olympiacis singulorum Quinquenniorum, ut Plutarchus *in l. de Homero à princ.* At Ecclesia Catholica ab Incarnatio- 582 ne Dominica, potius quam à Creatione Mundi, tum ob insigne nostræ Redemptionis Beneficium, tum quia inde incæpit sexta ætas Mundi, duratura usque ad finem sæculi; & sic Annus de stylo Curiæ Romanæ, 583 incipit currere ab Octavo Cal. Aprilis, quæ est dies 25. Martii, ut notum est; Isto etiam Anno Roma- 584 no, quo nos modo utimur, usa est Romanorum Respublica ab Imperio Julii Cæsaris, qui Ægyptios imitatus ad certum dierum numerum Solis redegit Annum, Intercalario Antiquo mense sublato, ut unus dies quarto quoque Anno intercalaretur, qui etiam hodie intercalatur, propter uniuscujusque Anni quadrantem, qui ad perfectum Solis cursum post 365. 585 dies deerat; Prius enim Romulus ex decem mensibus constituerat Annum Solarem, Numa vero ex duodecim, sed adeo confuse, & imperfecte, ut necesse fuerit à dicto Cæsare immutari; & hoc Anno 586 Solari usa semper est Ecclesia Christi, & totus fere Orbis; Constat autem ex diebus 365. & incipit in Kalendis Januarii. Vide Plinium *l.* 18. *c.* 25. & Macrob. quos refert Covarruv. *tom.* 2. *var. resol. c.* 18. *numer.* 2.

QUARTO KALENDAS JUNII.

Ex Regulis Cancellariæ Apostolicæ præcipitur, ut 587 Dictiones Numerales in Literis Apostolicis, quæ sub Plumbo expediuntur, ante Kalendas, Nonas, & Idus, per Literas, & Syllabas extense scribantur; & si aliter scriptæ fuerint ad Bullariam mittantur, & hoc ad tollendas fraudes, v. gr. si ipsæ Dictiones scriberentur abbreviate *VI. Kalend.* posset addi *I.* & diceret Septimo, & sic de aliis, ut expresse cavetur *Regula* 15. *Cancellar.* Ipsæ tamen Kalendæ, Nonæ, & Idus, sufficit de stylo, ut abbreviate scribantur, ut testatur Mandosius *Regul.* 15. *de diction. numerali quæst.* 3. *&* 4. In Literis au- 588

tem , quæ in forma Brevis expediuntur , aliter ſe habet ſtylus , ut omnibus notum eſt , quia dicitur ſuccinctim . *Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 25. Januarii 1656. Pontificatus No-*
589 *ſtri Anno Secundo* , & ſi aliter Literæ expedirentur , eſſent de falſo ſuſpectæ , tanquam contra ſtylum Romanæ Curiæ *per Textum in cap. Quam gravi 6. de Crimine falſi.*

PONTIFICATUS NOSTRI ANNO SECUNDO.

590 Nomen Pontificis , & Annus ejus Pontificatus ſunt de eſſentia Datæ, ut probat Paul. Leo *in praxi Sacræ Pœnitentiariæ p. 2. poſt Impedimenta Dirimentia, verſ. Quod nomen , pag. mihi* 243.

591 Annus Pontificatus incipit à die Conſecrationis , & Coronationis Pontificis , quia de conſuetudine ipſe Papa non ſcribit Pontificatum in Dataria ante eandem Conſecrationem , & Coronationem , ſed dicit , *Suſcepti à Nobis Apoſtolatus Officii , Anno Primo* ; Zerola *in praxi Epiſc. part. 1. verbo Papa in prin-*
592 *cipio* , quamvis de Jure ex ſola electione legitime facta , abſque alia Confirmatione , plenam adminiſtrationem conſequatur ; Franc. *ſuper Data ſexti Decretal. n. 7. verſ. Et adverte* ; Scribitur autem Annus
593 Pontificatus immediate poſt Annum Dominicæ Incarnationis , ad denotandum , quod poſt Chriſtum Dominum , non ſit in Terris Poteſtas major illa , quam Deus tribuit Summo Pontifici ſuo Vicario .

594 Apponitur tandem Plumbum appenſum , ut Literæ authenticæ ſint , alias non probant , *cap. licet 5. de crim. falſi* ; Pater Leo *in dict. praxi part. 2.* ubi *de Impedim. dirimentibus , verſ. Immo Bulla , pag. mihi*
595 240. & per appoſitionem Plumbi , Literæ cenſentur
596 expeditæ ; Ludovic. *deciſ.* 440. *num.* 5. Sigillum namque authenticat Scripturam *cap. Scripta 2. & cap. Inter Dilectos 6. de fide Inſtrumentorum* ; Idem Pater Leo *in d. praxi part. 3.* ubi *de Abſolutione ab hæreſi , verſ.* Nullum *pag. mihi* 531. Garcia *de Benef. part. 4. cap. 2. n.* 56. Gomeſ. *ad Reg. Cancell. regula* , Demum judicando ad formam ſupplicationis , *quæſt. 1. lit. F. verſ.* Et tamen ulterius.

Sunt in dicto Plumbo ſculpta, ab una parte , verba , nomen Pontificis Concedentis exprimentia , & in alia adſunt Effigies S. Petri à ſiniſtris , & S. Pauli à dextris ; quamvis in Numiſmatibus Pontificiis Petrus ſit à dextris , & Paulus à ſiniſtris ; Ratio
597 autem , cur Paulus ponatur à dextris , & Petrus à ſiniſtris , cum alia major ſit Dignitate , diverſimode affertur , ut videri poteſt penes Bellarmin. *lib. 1. de Roman. Pontif. cap.* 27. Corrad. *in praxi Diſpenſ. Apoſt. lib. 2. cap. 4. num.* 7. Gonzalez *ad Reg. 8. Cancell. Gloſſa 1. n.* 35. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 106. *n.* 46. *tom. 1. & alios* ; Verior tamen ratio eſt , quia Paulus videtur magis Eccleſiæ profuiſſe , quam Petrus ; Plures etenim Gentes ad Chriſti fidem adduxit, plures Provincias ſummo labore peragravit, pluraque utilia ſcripta nobis reliquit unde ad hoc, ut cognoſcatur quanto honore Paulus dignus ſit , Eccleſia ponit in Diplomatibus Paulum à dextris , quamvis in Numiſmatibus eundem collocet à ſiniſtris , cum Petrus major ſit poteſtate , Paulus vero ſapientia.

Præſentatis itaque Literis Diſpenſationis Delegato , & ab eo diligenter recognitis , & fide dignis repertis , & verificatis omnibus , quæ ex earum tenore debebunt verificari , ſervataque omnino dictarum Literarum forma , ad Decretum Diſpenſationis , & Legitimationis Prolis Delegatus deveniet .

598 Hic obiter nota , primo ; Quod ſi præhabita diligenti Informatione Delegatus bona fide declaravit preces veras fuiſſe, & eſſe , & propterea diſpenſet , ſententia iſta , quamvis forte injuſta eſſet, tamen eſt valida , & vim rei judicatæ habet ; Colligitur ex *cap. Cum inter 13. de ſent. & rejudic.* & legitime lata præſumitur ; Maſcard. *de probat. concl. 1162. n. 20. & concluſ. 1296. n.* 35. Reſponſa Marantæ *reſp. 94. nu.* 15. Barboſa *de axiom. axiom.* 200. *n. 2. & in Votis Canonic. vot. 17. n. 85. lib. 2.* Pontius *de matr. lib. 8. c. 17. §. ult. n.* 42. Rota *deciſ.* 684. *num. 1. part. 2. recent. & deciſ.* 103. *num. 6. & deciſ.* 287. *num. 5. part. 1. recent.*
599 Rota coram Durano *deciſ. 7. n. 19.* Quia pro Delegato , quod rite , & recte ſuum munus expleverit , eſt præſumptio , *l. 2. ff. de off. Judicis* , Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici , reſol.* 425. *num. 1.* Seraph. *deciſ.* 338. *num. 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 155. *num.* 3. Rota coram Merlino *deciſ.* 687. *num.* 13. & per dictam declarationem factam , quod veras compererit preces, 600
probatur Literarum juſtificatio ; Rota coram Buratto *deciſ.* 622. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 765. nu.* 45. *&* 66. Barboſa *de axiom. axiom.* 131. *nu.* 4. Menoch. *conſ.* 100. *n. 6. vol. 1.* ſi tamen inveniat ſe deceptum, vide quæ diximus *cap. præced.*

Nota ſecundo ; quod ſi Reſcriptum à principio 601
fuit ſubreptitium , dolo , vel fraude ; Vel ſi Teſtes pro Informatione inducti fuerunt corrupti , Diſpenſatio facta corruit , & invalida eſt , hujuſmodi ſubreptione , ſeu corruptione detecta ; Pontius *d. c. 17. §. ult. num.* 42. Barboſa *in votis Canonicis lib. 2. voto 17. n. 2.* Sanchez *lib. 8. diſp. 21. n.* 3. & conſequenter Matrimonium , illius Diſpenſationis vigore contractum , erit nullum ; Colligitur ex *c. Conſtitutus 19. de Reſcriptis* , & docet Barboſa *l. c.*

Nota Tertio ; Quod licet Delegatus, cui commiſ- 602
ſa fuit Diſpenſatio , cognoſceret , Gratiam per Oratores à Pontifice obtentam aliquo vitio ſubreptionis, vel obreptionis laborare , non tamen poterit aliquid contra ipſius Gratiæ ſubſtantiam decernere , quia id eſſet facere ſe Superiorem , vel ſaltem æqualem Pontifici , & conſtituere Sedem ad Aquilonem , ut ait Lotherius *de re Benef. lib. 2. qu. 41. num. 9.* cum iſta cognitio validitatis Literarum Apoſtolicarum ad 603
ipſum , uti Inferiorem , non ſpectet , ſed ad ipſum ſolum Summum Pontificem , qui conceſſit , ut idem Lother. *l. c. num.* 16. Poterit tamen , immo debebit 604
ab exequutione Literarum eo caſu abſtinere , ut idem Lotherius *l. c.* quod idem confirmat Sanchez *lib. 8. diſp. 27. n. 39. circa finem.*

Si bona fide contracto Matrimonio , ſuperveniat notitia Impedimenti dirimentis , eſſe de novo repetendas ſolemnitates Eccleſiæ , ſi hujuſmodi Impedimentum publicum ſit , diximus ſupra. Quod verum eſt , quamvis in Supplicatione Pontificis porrecta pro Diſpenſatione obtinenda . expreſſum fuiſſet Matrimonium , publice , ſervata forma Concilii Tridentini , 605
contractum fuiſſe . Quamvis enim Oratores contrahendo bona fide , Impedimentum ignorantes , non ſubjiciantur pœnis *Clementinæ* , *Eos* , quæ ignorantes non afficit , quoad pœnas extrinſecas , ſcilicet Excommunicationis , &c. ſubjiciuntur tamen pœnis intrinſecis , nempe nullitatis Matrimonii ; Navarrus *in Manuali cap. 23. n.* 44. Gutierez *de Matrim. cap. 6. num.* 10. *&* 11. Pyrrhus Corradus *l. c. n.* 64. *&* 65.

CAPUT VII.

De Diſpenſationibus in forma *Pauperum* magis uſitatis.

SUMMARIUM.

1 *Diſpenſatio Matrimonialis non conceditur in forma* Pauperum , *niſi ad ſuccurrendum honori Oratricis , & gravia ſcandala evitandum .*
2 *Requiritur tamen ad impetrationem Diſpenſationis in iſta forma , ut ambo Oratores ſint pauperes , & miſerabiles , & eorum labore , & induſtria tantum vivant .*
3 *Praxis hujuſmodi Diſpenſationis eſt diverſa ab alia , quæ circa Diſpenſationes in forma ordinaria ſervatur .*
4 *Formula Literarum Apoſtolicarum pro hujuſmodi Diſpenſatione .*
5 *Praxis hujuſmodi Diſpenſationum declaratur .*
6 *Quando teneatur Orator accedere ad Urbem .*
7 *Quid ſervetur in Romana Curia in conceſſione hujuſmodi Diſpenſationis , dum Orator eſt præſens in Urbe .*
8 *Quid ſervetur , ſi Orator abſens ſit ab ipſa Urbe .*

9 *Quid*

9 *Quid facere debeat Delegatus, dum Literæ Apostolicæ, & præsentantur ab Oratoribus, qui in forma* Pauperum *impetrarunt.*

10 *Oratores, qui commiserunt Incestum, si eo tempore non habebant notitiam Impedimenti, non commiserunt proprie Incestum.*

11 *Doctrina Pyrrhi Corradi, asserentis exprimi debere utrumque Oratorem sciviſſe Impedimentum, quamvis unus tantum illud sciviſſet, proponitur, & rejicitur.*

12 *Dispensatio in forma* Pauperum *potest impetrari, non solum propter Impedimentum Consanguinitatis, vel Affinitatis, sed etiam propter quodcumque aliud Impedimentum dirimens, si alia requisita concurrant.*

13 *Ubi est eadem ratio, eadem debet esse Juris dispositio.*

14 *Si Impedimentum sit infra secundum Gradum, debet exprimi an sint in linea æquali.*

15 *Tam Primus Gradus, quam Secundus, constituunt de per se Impedimentum; unde non sufficit dispensare in linea inæquali super Secundo, & declarare, distantiam Primi Gradus non obstare.*

16 *Si Dispensatio petatur super Primo, vel Primo, & Secundo, ex actu fornicario, necesse etiam erit exprimere Impedimenti provenientiam.*

17 *Eadem Taxa servatur, si Dispensatio impetretur super Consanguinitate, ac super Affinitate.*

18 *Clausula*, Non quidem peccandi data opera, *quid importet.*

19 *Si Oratores habuissent inter se copulam, animo Dispensationem facilitandi, Papa, vel non dispensat, vel difficillime, & cum multis modificationibus.*

20 *Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi.*

21 *Qui Crimen non punit, dicitur illud ratificare.*

22 *Dignus non est Ecclesiæ benignitatem experiri, qui ejus salubria præcepta temere contempsit.*

23 *Delinquens sub spe veniæ, gravius peccat.*

24 *Si sub spe veniæ, Oratores deliquerint, Papa mandat duplicari Pœnitentias, & Multas, & apponit clausulam, quod,* Oratorum alter, alteri supervivens, perpetuo absque spe Conjugii remaneat.

25 *Quid, si ambo Oratores cum dicta spe deliquerint.*

26 *Quid, si unus tantum cum dicta spe deliquerit.*

27 *Quid, si post concessam Dispensationem, cum d. clausula,* Quod alter alteri supervivens perpetuo absque spe Conjugii remaneat, *velit alter, soluto Matrimonio, novum Matrimonium inire.*

28 *In Dispensationibus in forma* Pauperum *concessis semper de necessitate exprimi debet dictus finis.*

29 *Cum ex dispositione Concilii prohibitum sit dispensare cum his, qui dolose, & malitiose cum scientia Impedimenti contrahunt, si Papa dispensaret, absque justa causa, mortale peccatum committeret.*

30 *Ad Concilium spectat, ea, quæ ad fidem, & mores pertinent, definire.*

31 *Regularis, qui Dispensationem impetravit de intrando aliam Religionem, si ad finem facilitandi Dispensationem, dimisit habitum suæ Religionis, debet in Supplicatione exprimere dictum finem, alias Dispensatio erit subreptitia.*

32 *Si unus Oratorum habuit dictum finem, debet id exprimi Pontifici, reprobata sententia Sanchez, & aliorum contrarium docentium.*

33 *Quid, si dictus finis esset occulte in mente retentus.*

34 *Clausula*, Non quidem peccandi data opera, *de mandato Urbani Octavi Summi Pontificis fuit apposita in Dispensationibus, ob solam conversationem suspectam obtentis, quamvis Copula non intercesserit.*

35 *Quamvis dicta clausula in Literis apposita non fuisset, nihilominus subintelligeretur.*

36 *Quid, si Oratores, vel alter ex eis, malitiose,*

coram Delegato, negent cum Juramento dictam spem, & finem habuisse.

37 *Ecclesia Romana cur Apostolica dicatur.*

38 *Ecclesia Romana est omnium aliarum Ecclesiarum Mater, & Magistra.*

39 *Aliquando Sedes Apostolica, juxta communem usum loquendi, accipitur largo modo etiam pro Tribunalibus ipsius Pontificis, & etiam pro ipsa Curia, & pro Congregationibus Cardinalium.*

40 *Quid, si Oratores, post obtentas Literas Delegato directas, sed nondum exequutas, copulam repetant.*

41 *Rejicitur doctrina Pyrrhi Corradi in ea parte, qua docet, tunc tantum esse necessariam repetitionis Copulæ mentionem, si Oratores obtinuerint dispensari in forma* Pauperum, *non autem si obtinuerint dispensari in forma ordinaria.*

42 *Proponitur sententia Auctoris.*

43 *Qui post emissum Votum, obtinuit Mandatum de dispensando super illo, si ante exequutionem à Delegato, seu Confessario factam, Votum repeteret, posset adhuc vigore ejusdem Mandati dispensari.*

44 *Simili modo, si post obtentum Mandatum de dispensando super Affinitate, proveniente ex Copula habita cum Consanguinea Fœminæ, quam quis ducere intendit, ante exequutionem dicti Mandati iterum copulentur, poterunt adhuc dispensari virtute dicti Mandati.*

45 *Aliter tamen esset, si Copula iteraretur cum eadem Consanguinea post factam Dispensationem.*

46 *Formula Supplicationis, si Oratores conversati sint, carnali tamen Copula minime subsequuta.*

47 *Quæ sit causa, qua Pontifex movetur ad dispensandum, dum Copula præhabita, seu conversatio suspecta Oratorum allegetur.*

48 *Jura Matrimonium decernunt ad restaurandum honorem Mulieri violatæ.*

49 *Sola infamia Mulieris est causa Dispensationis.*

50 *Quamvis tractu temporis evenire possit, ut quis Oratricem diffamatam ducat, tamen sat est ad Dispensationem impetrandum, & exequendum, ut tempore petitæ, & exequutæ Dispensationis timor sit, ut innupta remaneat.*

51 *Quæ possunt esse, & non esse, non habentur in consideratione.*

52 *Quæ raro contingunt, non sunt in consideratione.*

53 *Si Oratores petant Dispensationem, narrando pro causa Copulam, & periculum scandalorum, quæ inde timentur, & quod propterea Mulier innupta, & diffamata remaneret, nisi Matrimonium contrahatur, valida erit Dispensatio, quamvis Copula sequuta non fuerit, si verum sit, quod ex conversatione habita, adhuc Oratrix diffamata remaneret, & gravia scandala possent verisimiliter exoriri.*

54 *Copula habita non potest, recta Justitia, movere ex se Pontificem ad dispensandum, quia est Crimen, & Peccatum gravissimum.*

55 *Valida est Dispensatio impetrata ex falsa relatione jam initi, & consummati Matrimonii, si solum initum, non tamen consummatum fuerit.*

56 *Limita, quando sola Copula fuisset falso allegata pro causa finali, nulla facta mentione de diffamatione Mulieris, & periculo scandalorum; quia tunc causa finalis falsa esset, & Dispensatio subreptitia.*

57 *Quamvis post Commissionem à Pontifice factam, & nondum exequutam sequeretur Copula, tamen non revalidaretur Dispensatio impetrata ob dictam falsam causam.*

58 *Si Dispensatio petatur super Gradibus remotioribus, sat est si Oratrix remansura sit diffamata; At in Gradibus propinquioribus requiritur, ut Oratrix graviter diffamata remaneat, gravia scandala timeantur, & periculum vitæ utrique Oratori immineat, nisi Matrimonium contrahatur.*

59 *Quæ verificari debeant coram Delegato, pro hujusmodi Dispensationibus in forma* Pauperum.

60 *Simplex Oſculum ab Oratore illatum Oratrici, an cenſeatur cauſa ſufficiens Diſpenſationis.*

61 *Oſcula, & Munuſcula ſunt quædam præcedentia ad Venerem.*

62 *Paupertas, & miſerabilitas, ad hoc ut Oratores obtinere poſſint Diſpenſationem in forma* Pauperum, *requiritur, ut adfuerit tempore petitæ Diſpenſationis, & ſubſiſtat etiam tempore, quo Delegatus Diſpenſationem exequitur.*

63 *Pauper olim, non præſumitur pauper de præſenti.*

64 *Ad dignoſcendum, an Oratores ſint pauperes, inſpiciuntur fructus, & non valor bonorum.*

65 *Si pro his, quæ narrata fuerunt Pontifici, aliqua cauſa quoquomodo in Judicium deducta fuiſſet, non poteſt Delegatus Diſpenſationem exequi, niſi poſt Sententiam, & poſtquam Oratores Judicato paruerint.*

66 *Quomodo intelligenda ſit clauſula,* Parito Judicato, *& an ſufficiat cautionem idoneam præſtari.*

67 *Si Oratrix pro Matrimonio cum Oratore contrahendo rapta fuiſſet, non poteſt Delegatus Diſpenſationem exequi.*

68 *Nec diſpenſare poterit Delegatus, quamvis omnia probata ſint, ſi cognoſcat ſcandala ex Diſpenſatione eſſe oritura.*

69 *Qui dicatur eſſe pauper.*

70 *Quæ à Jure definita non ſunt, & ſub certa regula comprehendi non poſſunt, relinquuntur arbitrio Judicis.*

71 *Nobilis eſt pauper in eo, in quo Ruſticus dives eſt.*

72 *Quicquid circa alios effectus dici poſſit, oportet ad impetrandam Diſpenſationem in hujuſmodi forma, Oratores eſſe pauperes, & miſerabiles, & ex eorum cujuſque labore, & induſtria tantum vivere.*

73 *Largo modo, qui dicantur miſerabiles.*

74 *Regina Vidua dicitur miſerabilis.*

75 *Eo ipſo, quod quis pauper eſt, dicitur miſerabilis.*

76 *In caſu, de quo agimus, requiritur, ut Oratores ſint pauperes, & miſerabiles, & ex eorum labore, & induſtria tantum vivant, itaut natura nos moveat ad miſerandum.*

77 *Qui dicatur pauper, relinquitur arbitrio Judicis.*

78 *Arbitrium prædictum regulari debet ex qualitate Perſonarum.*

79 *Arbitrio Judicis relinquitur, quæ Perſonæ ſint miſerabiles.*

80 *Divitiæ non præſumuntur.*

81 *Quilibet nudus, & pauper naſcitur.*

82 *Quando ipſa paupertas, & miſerabilitas ſunt fundamentum intentionis in Concedente, debent verificari.*

83 *Clauſula* Dummodo, *quid importet.*

84 *Dictio* Tantum, *cum ſit taxativa, omnem alium vivendi modum excludit.*

85 *Non ſufficit Oratores eſſe pauperes, & ex eorum labore, & induſtria tantum vivere, ſi ex locupleti induſtria vivant.*

86 *Non reputatur pauper, qui ex ſua induſtria vivere poteſt.*

87 *Habere artem, & habere bona, æquiparantur.*

88 *Quando agitur de paupertate ad certum effectum, non attenditur induſtria, nec opera.*

89 *Nec ſufficit verificari ſola paupertas, ſed debet etiam juſtificari miſerabilitas Oratorum.*

90 *Dictio* Et, *eſt conjunctiva, & copulativa.*

91 *Dictio* Et, *de ſui natura aliquid addit.*

92 *An poſſit dici pauper Filiusfamilias, qui nil in vita Parentum poſſidet, ſed habet Parentes divites, & an poſſit obtinere Diſpenſationem in hujuſmodi forma.*

93 *De Jure naturæ Parentes tenentur præſtare alimenta Filiis.*

94 *Dum adſunt alii, ad quos ſpectet onus alendi, quis non poteſt dici pauper.*

95 *Mater ſi dives ſit, an Filius dicatur pauper.*

96 *Mater tenetur in ſubſidium alere Filios, quando Pater, & alii Aſcendentes ex linea paterna deſierint, vel ſint egentes.*

97 *Valet conſequentia, ſi Pater dives eſt, Filius etiam dives.*

98 *Filius reputatur eadem perſona cum Patre.*

99 *Aextimum Patris æxtimum filii.*

100 *Filii, in vita Parentum, ſunt quodammodo domini rerum paternarum, propter uſum promiſcuum.*

101 *Hæreditas Patris eſt quaſi debita Filiis.*

102 *Hæreditas Patris dicitur continuare in Filium, non de novo acquiri.*

103 *Filii, poſt mortem Parentum, non videntur hæreditatem percipere, ſed magis liberam bonorum adminiſtrationem conſequi.*

104 *Habetur pro divite, qui actionem habet ad acquirendas divitias.*

105 *Dives reputatur, qui poteſt facere, ut dives ſit.*

106 *Poteſt dari caſus, ut Filiusfamilias impetrare poſſit Diſpenſationem in forma* Pauperum, *quamvis Parentes divites ſint, ut exemplificatur.*

107 *Si ex aliqua cauſa, à Jure prolata, permittatur exhæredatio, denegantur etiam alimenta.*

108 *Ad hoc, ut quis dicatur pauper, habetur reſpectus ad id quod poſſidet, & non ad id quod ſperat, vel judicialiter petit, quamvis Hæreditates etiam pingues à Judice petat.*

109 *Paria ſunt, quem eſſe divitem, vel pauperem, ſi ſuis divitiis non poſſint uti.*

110 *Filio in vita Parentum nullum Jus competit in Legitima.*

111 *Viventis nulli ſunt Hæredes.*

112 *Filius ſatis probat ſe eſſe pauperem, aſſerendo nulla bona poſſidere.*

113 *Filius præſumitur pauper in vita Parentum, ex præſumptione Juris.*

114 *Diſpenſatio non eſt ſubreptitia, ſi Oratrix narravit ſe eſſe pauperem, ſi vere talis erat, licet ſpem magni Patrimonii haberet.*

115 *Si quis poſſideat bona exigui redditus, non tenetur ea vendere, ut Diſpenſationem in forma ordinaria impetret.*

116 *Ad dignoſcendum, an quis pauper ſit, non attenditur ad valorem bonorum, nec ad pretium, quod ex venditione retraheretur, ſed ad fructus, quos ex illis percipit.*

117 *Si Oratores eſſent quidem pauperes, ſed aliqua bona modici valoris poſſiderent, an, & quomodo poſſint Diſpenſationem in forma* Pauperum *impetrare.*

118 *Si coram Ordinario non probaretur paupertas, & miſerabilitas Oratorum, non poteſt Delegatus Diſpenſationem exequi, ſed tenentur Oratores, ſi diſpenſari velint, novas Literas, in forma,* perinde valere, *impetrare.*

119 *Formula dictarum Literarum, in forma* Perinde valere.

120 *Quamvis Oratores, qui petunt Diſpenſationem in forma* Pauperum, *haberent multa bona, at deducto ære alieno, & oneribus, parum ſuperſit, adhuc dicuntur pauperes.*

121 *Non dicuntur bona, niſi deducto ære alieno.*

122 *Et niſi deductis expenſis.*

123 *Si Oratores in aliena Diœceſi domicilium contraxiſſent, & ſaltem per annum ibi habitaſſent, ſufficiet, ſi fides eorum paupertatis fiat ab Ordinario domicilii.*

124 *Pro Oratoribus abſentibus nihil recipitur à Dominis Scriptoribus Apoſtolicis, at per Officium Minoris Gratiæ ita taxantur, ac ſi pauperes non eſſent.*

125 *Si Oratores ſint nobiles, & pauperes, diverſimode conceditur Diſpenſatio.*

126 *Ante Diſpenſationem præcedere debent Pœnitentia publica, & Servitium Eccleſiæ, & interim Oratores manere debent ſeparati.*

127 *Qui amat periculum peribit in illo.*

128 *Formula Decreti Separationis Oratorum.*
129 *Quid si Oratores Separationem non servaverint.*
130 *Dictio* Deinde, *ordinem significat, & est præcedentium continuativa.*
131 *Dictio* Deinde, *conditionem importat.*
132 *Post factam Separationem, si Oratores velint dispensari debent veniam à Delegato petere.*
133 *Qui veniam petit, Pœnitens esse debet.*
134 *Venia nonnisi se corrigentibus datur.*
135 *Nec conceditur non Pœnitenti.*
136 *Diversimode conceduntur Dispensationes in forma* Pauperum *pro Gallicis, dum concipitur Clausula :* Deinde veniam si à te petierint, &c.
137 *Ob publicum peccatum imponenda est publica pœnitentia.*
138 *In publicis delictis per publicam solum vindictam Reipublicæ satisfit.*
139 *Pœnitentia, quæ pro foro conscientiæ à Confessario imponitur, tendit ad finem, ut Pœnitens satisfaciat Deo ; At Pœnitentia, quæ pro foro externo subiri debet, spectat ad publicam Reipublicæ satisfactionem.*
140 *Pœnitentia publica Oratoribus imponenda, relinquitur arbitrio Delegati, qualis esse debeat, dummodo publica sit, & talis, ut alios deterreat, &c.*
141 *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*
142 *Dicta Pœnitentia publica non debet esse solemnis.*
143 *Quid propterea servetur circa dictam Pœnitentiam Lucæ, & in aliis multis locis.*
144 *Si Pœnitentia prædicta non fiat ad formam præscriptam, Dispensatio inde sequuta non prodest.*
145 *Paria sunt non facere, & inutiliter facere.*
146 *Pœnitentia, qua tenetur Orator operam suam conferre Fabricæ, aut in aliud servitium alicujus Ecclesiæ, vel loci Pii, quot mensium esse soleat.*
147 *Dicta Pœnitentia servitii Ecclesiæ non est necesse, ut fiat tempore continuato, sed sufficit, si interpolate expleatur.*
148 *Dictio* Per, *tempori adjuncta, totius Temporis continuationem importat.*
149 *In impetrationibus Dispensationum Matrimonialium, tam si in forma* Pauperum, *quam si in forma ordinaria fiant, nullum discrimen constituitur in taxando expensas, & pœnitentias infligendo, si impedimentum sit Consaguinitatis, vel Affinitatis.*
150 *Dispensationes Matrimoniales in forma* Pauperum *in gradibus remotioribus, nempe ultra Tertium, transeunt per Officium Minoris Gratiæ, & si Oratores sint absentes, ex integro taxantur perinde, ac pauperes non essent.*
151 *In Gradibus propinquis, nempe in Tertio, & aliis propinquioribus, transeunt per Cancellariam, ubi nulla Taxa solvitur.*
152 *Si Oratores sint præsentes in Urbe recipitur Juramentum, quod ipsimet sint eadem Personæ, de quibus in Literis Testimonialibus.*
153 *Major impensa pro impetratione Dispensationum in forma* Pauperum *sustinetur pro Gradibus remotioribus, quam pro propinquioribus.*
254 *Servitium Ecclesiæ non potest à Delegato minui.*
155 *Dictio* Saltem, *est ampliativa, & non limitativa.*
156 *Nec excludit majora.*
157 *Tempus assignatum pro servitio Ecclesiæ, cum omnino requiritur ad perfectionem, & complementum ipsius servitii, existimatur de forma.*
158 *Delegatus non poterit servitium nedum unius diei remittere Oratori.*
159 *Minima non habentur in consideratione, & lex de minimis non curat.*
160 *Parum, & nihil æquiparantur.*
161 *Modicum tempus pro non tempore reputatur.*
162 *Delegatus tenetur formam sibi præscriptam servare.*
163 *Forma ita transgreditur in minimo defectu, sicut in magno.*
164 *Etiam in uno nummo transgreditur.*
165 *Delegatus poterit longius tempus servitii Oratori assignare, quam in Mandato contineatur.*
166 *Si expediat Matrimonium celebrari antequam expletum integre sit servitium Ecclesiæ, recurri debet ad D. Datarium Papæ.*
167 *Dominus Datarius Papæ habet plenam auctoritatem Pœnitentias Oratoribus commutandi, vel abbreviandi.*
168 *Cautio de præstando operam suam Fabricæ, quomodo præstari debeat, & an sufficiat cautio Juratoria.*
169 *Reprobatur Doctrina Genuensis in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ cap. 20. num. 2. ubi dicit posse Delegatum commutare servitium Ecclesiæ, si Orator sit Persona nobilis, & delicata.*
170 *Episcopus potest ex causa commutare Pœnitentiam injunctam à Papa, & Parochus potest commutare Pœnitentiam ab Episcopo impositam, & secundus Confessarius injunctam à primo.*
171 *Delegatus non potest ultra formam præscriptam se extendere.*
172 *Responsio in quodam casu data ab Urbe, quod non possit Episcopus dictam Pœnitentiam commutare.*
Illustrissimus D. Alexander Guidiccionius Episcopus Lucanus laudatur.
173 *Poterit Delegatus loco servitii Ecclesiæ, destinare Oratorem servitio alicujus Hospitalis, non tamen commutare servitium ipsum in opus diversum.*
174 *Quomodo, ac quale servitium exigi debeat ab Oratore.*
175 *Curia Romana est omnium aliarum Curiarum Mater, & Magistra.*
176 *Inferiores à Superioribus regulantur.*
177 *Servitium præstandum Ecclesiæ dicitur continuum, si pro majori parte diei fiat.*
178 *Non tenetur Delegatus Oratorem destinare servitio Fabricæ alicujus præcisæ Ecclesiæ, sed potest aliud servitium personale Ecclesiæ imponere.*
179 *Dictio* Vel, *stat alternative.*
180 *In alternativis sufficit unum adimpleri.*
181 *Orator debet operam suam præstare in servitium Ecclesiæ, vel loci Pii, non tamen in particularibus indigentiis Rectoris.*
182 *Nomine loci Pii comprehenduntur etiam Hospitalia ad Pia opera publice extructa.*
183 *Hospitalia non veniunt sub nomine Beneficii Ecclesiastici.*
184 *Hospitalia auctoritate Episcopi fundata, loca Religiosa sunt, & de foro Ecclesiæ.*
185 *Et gaudent Privilegiis Ecclesiæ.*
186 *Sub nomine Hospitalis comprehenduntur Eleemosinariæ, Seprosariæ, Xenodochia, & Operariæ.*
187 *Loca Pia, habentia necessaria requisita, fundata auctoritate Episcopi, similiter gaudent Privilegiis Ecclesiæ.*
188 *Delegatus potest destinare servitium Ecclesiæ extra propriam Diœcesim.*
189 *Una tantum Ecclesia fuit à Christo Domino per totum Orbem constituta.*
190 *Post inceptum in uno loco servitium, Delegatus potest, pro residuo temporis, Oratorem destinare servitio alterius loci.*
191 *Orator tenetur operam per se ipsum conferre, nec potest per alium supplere.*
192 *Qui per alios facit, per se ipsum facere videtur.*
293 *Pœnitentia in pœnam excessuum Oratori imposita, non potest per alium adimpleri.*
194 *Sicut non potest quis per alium vovere, sic nec Pœnitentiam accipere.*
195 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*
196 *Verba apposita in Mandato, nempe,* Operam suam conferat, *important personalitatem.*
197 *Clausula posita in Ablativo absoluto, conditionem important.*
198 *Delegatus non potest ad Absolutionem Oratorum*

devenire, donec Pœnitentiam publicam egerint, & de ea Delegato conſtiterit.

199 *Juriſdictio, dum ſub conditione Delegato tribuitur, remanet in ſuſpenſo, donec ipſa conditio purificata non ſit.*

200 *Quæ conſiſtunt in animo, nonniſi per Juramentum probari poſſunt.*

201 *Oratores qui petunt Diſpenſationem, ſi ſint in Secundo Gradu, & Copulam habuerint, egent Abſolutione ab Excommunicatione impoſita per Gregorium XIII.*

202 *In aliis gradibus remotioribus, ſolum abſolvi debent ab Inceſtus reatu, & exceſſibus Pontifici narratis.*

203 *Clauſula* In utroque foro, *intelligitur de foro fori, & foro conſcientiæ.*

204 *Duplex eſt Forus, nempe Judicialis, hoc eſt Contentioſus, ſeu Forus fori, qui ſpectat ad Judices habentes cauſarum cognitionem, & Civilem, ſeu Criminalem juriſdictionem; Alter dicitur Forus Dei, & Conſcientiæ, & hic ſpectat ad Confeſſarium, & quemlibet Chriſtianum.*

205 *Abſolutiones, & Diſpenſationes pro utroque foro, quæ non habent annexum peccatum mortale, ſatis eſt ſi fiant, & impetrentur in Foro Fori, ut ſunt Abſolutiones ad cautelam, ſeu à Cenſuris nulliter prolatis; Diſpenſationes ſuper defectu Natalium, ſuper Origamia, ſuper defectu Oculi ſiniſtri, ſuper Homicidio, de quo quis fuit jam confeſſus, & abſolutus, & ſimilia.*

206 *Abſolutio, quæ fit pro ſolo Conſcientiæ Foro, non prodeſt ad effugiendas pœnas temporales.*

207 *Quæ in foro Conſcientiæ explicantur, ad forum Contentioſum non juvant, ſed tantum coram Deo.*

208 *Abſolutio, quæ à Pontifice pro utroque foro committitur, poteſt extra Confeſſionem impendi.*

209 *Verba* impoſita pœnitentia ſalutari *in caſu, de quo in hoc Mandato, non important conditionem, quia à Jure ineſt, ut data Abſolutione, Pœnitentia injungatur.*

210 *Facultas abſolvendi pro utroque foro, dum fuit abſolute conceſſa, poteſt extra Confeſſionem hujuſmodi Abſolutio impendi.*

211 *Forus Conſcientiæ dividitur in Sacramentalem, & non Sacramentalem.*

212 *Forus Conſcientiæ Sacramentalis, quis ſit.*

213 *Forus Conſcientiæ non Sacramentalis, quis ſit.*

214 *Confeſſor in ſolo Sacramento eſt Judex in Pœnitentiæ foro.*

215 *Epiſcopus, nomine Delegationis Concilii in occultis abſolvit extra Confeſſionem.*

216 *Delegatus Papæ habet in cauſa ſibi Delegata eandem Auctoritatem, quam habet ipſe Papa.*

217 *Delegatus, quoad cauſam ſibi Delegatam, eſt major quocumque Ordinario.*

218 *Licet Oratores, ob Abſolutionem à Delegato factam, in Foro fori abſolvantur, debent tamen pro Foro interno deinde abſolvi.*

219 *Abſolutus in Foro Conſcientiæ eſt ex æquitate tolerandus in Foro fori.*

220 *Officium Judicis nobile circa publicam Reipublicæ utilitatem verſatur.*

221 *Verius tamen eſt abſolutus in Foro Animæ, poſſe in Foro externo pro eodem Crimine accuſari, & puniri.*

222 *Facultas delegata ad abſolvendum non poteſt ſubdelegari.*

223 *Excommunicatio impoſita per Gregorium XIV. Cal. Maij 1590. contra eos, qui Primo, & Secundo conjuncti, carnaliter commiſcentur, non eſt reſervata; At quia Papa Abſolutionem committendo, aſſumit negotium, & manus in eo apponit, ligantur manus Inferiorum.*

224 *Obtinens Beneficium à Summo Pontifice, ſi aliqua Diſpenſatione egeat, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, quamvis alias diſpenſare potuiſſet.*

225 *Si Papa ipſe conferat alicui Minores Ordines, poterit ſic Ordinatus ab alio ad Majorem promoveri.*

226 *Ubi eſt Auctoritas Papæ, ceſſat Inferioris.*

227 *Clauſula*, Parito Judicato, *quomodo intelligenda.*

228 *Attenta dicta Clauſula*, Parito Judicato, *Juriſdictio remanet in ſuſpenſo, donec Oratores paruerint; unde quicquid interim factum ſit, nullum eſt defectu Juriſdictionis.*

229 *Nec ſufficit præſtare cautionem de parendo judicato.*

230 *Clauſula*, Parito Judicato, *ſi non fuiſſet appoſita, tamen ſubintelligeretur.*

231 *Dictio*, Demum, *eſt taxativa, & reſtrictiva.*

232 *Nec poterit Delegatus ad Diſpenſationem procedere, niſi poſtquam Oratores omnia adimpleverint.*

233 *Ordo inductus per prius, ac poſterius, conditionem importat.*

234 *Delegatus, priuſquam ad Diſpenſationem procedat, conſiderare debebit, an expediat diſpenſare.*

235 *Dum Papa diſpenſari mandat, non abſolute præcipit Diſpenſationem, ſed ſi, & quatenus Delegato expedire videatur, nec ſcandalum ſit ex ipſa Diſpenſatione oriturum.*

236 *Clauſula*, Si tibi videbitur, *importat arbitrium boni, & prudentis viri.*

237 *Quamvis coram Delegato omnia probata ſint, non poterit diſpenſari, ſi ex Diſpenſatione ſcandala timeantur.*

238 *Sicut evitatio ſcandalorum probat juſtam cauſam diſpenſandi in omni caſu alias prohibito; ita è converſo, ſi ex Diſpenſatione ſcandala timeantur, nullo modo eſt diſpenſandum.*

239 *Epiſcopus debet ex officio Matrimonia contrahenda impedire, quamvis nullum adſit Impedimentum, ſi ſcandalum inde timeatur.*

240 *Clauſula*, Nec ſcandalum ſit oriturum, *quamvis in Literis non fuiſſet appoſita, nihilominus ſubintelligeretur.*

241 *In caſibus, in quibus Epiſcopo conceditur diſpenſatio, non poterit diſpenſare, ſi ſcandalum ex Diſpenſatione timeatur.*

242 *Quamvis ultra Quartum Gradum Conſanguinei, & Affines non impediantur contrahere, tamen, quando agitur de ſcandalo vitando, valida eſt conſuetudo, quia inducitur Impedimentum ad contrahendum in Quinto Gradu.*

243 *Dictio*, Poſtquam, *ſignificat Actum perfectum, & conditionem importat.*

244 *Delegatus non poteſt ad Diſpenſationem procedere, niſi poſtquam ea omnia adimpleta ſint, quæ habuit in Mandato.*

245 *Clauſula*, Arbitrio tuo, *relaxat aliquantulum Juris rigorem, facultatemque Judici tribuit amplectendi æquitatem.*

246 *Clauſula*, Arbitrio tuo, *debet intelligi de Arbitrio boni viri, & non ſecundum propriam, & liberam voluntatem.*

247 *Et idem eſt*; ac ſi diceretur, Conſcientiæ tuæ.

248 *Oratores, quamvis obtinuerint Mandatum de diſpenſando, & omnia narrata Pontifici verificaverint, tamen contrahere non poterunt, donec cum effectu non fuerit facta Diſpenſatio.*

249 *Aliud eſt Mandatum de diſpenſando, & aliud eſt ipſa Diſpenſatio.*

250 *Refertur caſus à Bonacina nullitatis Matrimonii, quia nondum fuerat facta Diſpenſatio.*

251 *Aliud eſt Mandatum de legitimando, & aliud ipſa Legitimatio.*

252 *Mandatum Pontificis duo diverſa continet, nempe facultatem Diſpenſandi, & poteſtatem legitimandi Prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam.*

253 *Mandatum Pontificis, ſi fuiſſet in una parte, nempe quoad Diſpenſationem exequutum, ſed non quoad Legitimationem, poterit nihilominus legitimari Proles, etiam poſt mortem Parentum, & etiam in præjudicium Succedentium ab inteſtato.*

254 *Si poſt mandatum à Pontifice impetratum Oratores, pœnitentia ducti, noluiſſent diſpenſari vel poſt factam Diſpenſationem, noluiſſent Matrimonium coatrahere probabilius eſt, non poſſe legitimari Prolem poſt mortem Conjugum, maxime in præjudicium Tertii.*

255 *Le-*

255 *Legitimatio Prolis conceditur in favorem Matrimonii contrahendi.*

256 *Si Conjuges tempore contracti Matrimonii, habuissent Impedimentum dirimens ab eis ignoratum, & præmissæ fuerint Denunciationes, Proles inde suscepta est legitima, quamvis postea detectum sit Impedimentum.*

257 *At si spretæ fuissent Denunciationes, & contractum fuisset Matrimonium, quamvis in reliquis adfuisset ignorantia Impedimenti, Proles erit illegitima.*

258 *Ignorantia non potest dici probabilis, quando omittuntur requisita ab Ecclesia.*

259 *Affertur quæstio inter DD. an attendi debeat tempus Conceptionis, vel Nativitatis in Prolis Legitimatione, quoad omnia.*

260 *Pro judicanda Legitimitate Prolis, Leges solum attendunt ad Copulam, quæ si habita sit inter Personas impeditas, nolunt eam Matrimonio subsequenti purgari.*

261 *Opinio proponitur, quoad Legitimationem Prolis attendi debeat tempus Nativitatis.*

262 *Proponitur sententia Auctoris.*

263 *Ampliatur.*

264 *In conflictu opinionum, ea opinio tenenda est, quæ Prolis Legitimitati favet, quamvis etiam, altera opinio præponderare videretur.*

265 *Opinio singularis Doctoris pro Legitimitate asserentis, prævalet communi contrariæ.*

266 *Ex cohabitatione maris, & fœminæ, licet quoad fœdus Matrimonii præsumatur Fornicatio, at quoad Legitimitatem Filiorum præsumitur Matrimonium.*

267 *Proles nata post factam Dispensationem super Impedimento, quod inter Parentes aderat, est legitima.*

268 *Et per subsequens Matrimonium fit legitima.*

269 *Quid de Prole suscepta ante Dispensationem super Impedimento Parentum factam.*

270 *Quando inter Parentes nulla adfuit Matrimonii Radix, poterit Papa legitimare quoad omnia, Personas suæ temporalis Jurisdictionis, non tamen alias sibi temporaliter non subjectas, nisi quoad spiritualia.*

271 *Quando Matrimonium fuit clandestine, & nulliter contractum, cum tamen adfuerit Matrimonii radix, si Papa dispenset, & Prolem legitimet, ea Proles erit legitima quoad omnia.*

272 *Opinio Rotæ Romanæ circa Legitimitatem Prolis natæ absque figura Matrimonii.*

273 *Contrarium tenet Auctor.*

274 *Pontifex tunc proprie dicitur in Matrimonii Radice dispensare, quando jam fuit contractum Matrimonium, sed de facto, & nulliter, & Papa illud convalidat usque à principio.*

275 *Effectus Dispensationis Pontificis in radice.*

276 *Impedimenta Matrimonii, super quibus dispensari potest à solo Jure, seu Lege Canonica proveniunt.*

277 *Papa potest tollere Constitutionem, etiam quoad effectus præteritos.*

278 *Distinctio loquens de filiis natis ex legitimo Matrimonio, comprehendit filios natos ex Matrimonio cum Dispensatione contracto.*

279 *Papa, sicut potest facere, ut Filii sint illegitimi, prohibendo Matrimonium in certis Gradibus, sic potest efficere legitimos, removendo Impedimentum Canonis.*

280 *Papæ potestas circa Matrimonia est maxima.*

281 *A' solo Pontifice fieri potest Dispensatio in Radice.*

282 *Sublato per Pontificem Impedimento, præjudicium Tertii non attenditur.*

283 *Papa dispensando in Radice, Intendit removere Impedimentum Canonicum; at si ex hoc aperiatur via Successionibus, consequitur ex ministerio Juris.*

284 *Quando Papa Matrimonium declarat legitimum, vel illud approbat, vel dispensat, ut Oratores possint in eo remanere, dicitur dispensare in Radice.*

285 *Papa dispensando in Radice, censetur retrotrahere Dispensationem ad initium, & Radicem.*

286 *Si Matrimonium nullum esset ob aliquod Impedimentum Jure naturali dirimens, non potest dispensare in Radice.*

287 *Nec poterit dispensari in Radice, si Matrimonium sit nullum defectu consensus, vel impotentiæ perpetuæ coeundi.*

288 *In casibus, in quibus Papa non potest dispensare in Radice, dispensare potest per Rescriptum.*

289 *Nullus Princeps Sæcularis, nec ipse Imperator, potest legitimare ad Ordines Ecclesiasticos.*

290 *Si Papa in Dispensatione mentionem facit de Prole, non censetur dispensare in Radice.*

291 *Si legitimet Prolem, nec de Matrimonio mentionem faciat, censetur legitimare solum quoad spiritualia.*

292 *Quod idem intelligitur etiam quoad Personas suæ temporalis Jurisdictionis.*

293 *Papa non præsumitur velle Juri Tertii præjudicare, nisi apertissime exprimat.*

294 *Si Papa dispenset, ut possint Oratores de novo Matrimonium contrahere, & declaret filios ante natos esse legitimos, censetur dispensare in Radice.*

295 *Dum Papa dispensat, ut Oratores possint remanere in Matrimonio nulliter contracto, non requiritur novus consensus Conjugum.*

296 *Etiam post mortem Conjugum Papa dispensare potest in Radice.*

297 *Si post Dispensationem à Confessario super occulto Impedimento factam, Impedimentum detegatur, Proles reputatur illegitima.*

298 *Narrata Pontifici, & quod Matrimonium fuerit nulliter contractum, & Proles suscepta, verificari debent.*

299 *Formula Dispensationis Matrimonialis factæ per Delegatum.*

Dispensatio Matrimonialis, de stylo Romanæ Curiæ, ob nullam aliam causam conceditur in forma *Pauperum*, nisi ad succurrendum Mulieri, illiusque honorem reparandum, graviaque scandala evitandum, quæ vel ex carnali Copula, inter Sponsos præhabita, vel ex frequenti conversatione, ex qua nata sit suspicio dictæ Copulæ, verisimiliter timeantur. Nec tamen Dispensatio in hac forma Pauperum conceditur, quamvis dicta Causa vera sit, nisi ambo Oratores sint pauperes, & miserabiles, ex eorum labore, & industria tantum vivant. Et quidem hac in re multi, alias doctissimi, decipiuntur; putant enim, quod eo ipso, quod Oratores pauperes sint, & solvere non possint integras expensas pro impetratione Dispensationis in forma ordinaria necessarias, Dispensatio in hac forma, ob dictam solam paupertatem, concedatur; quod omnino falsum est, quia de stylo Curiæ, ex aliis causis, quam ex supra dictis non conceditur, ut notum est, & omnes practici Curiales sciunt. 1 2

Porro harum Dispensationum Praxis diversimode se habet ab alia, quæ circa Dispensationes in forma ordinaria concessas servatur; & propterea antequam ad ulteriora dilabamur, opportunum erit hujusmodi Dispensationum formulam subnectere, & postmodum ad singularum Clausularum expositionem, & intelligentiam devenire, unde tota harum Dispensationum Praxis facillime explicabitur. 3

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei; Dilecto Filio Vicario Venerabilis Fratris Nostri Episcopi Lucani in spiritualibus Generali, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Oblatæ nobis nuper pro parte Dilecti filii Laurentii, nati Francisci Laici, & Dilectæ in Christo filiæ Magdalenæ, natæ Jacobi, Mulieris Lucanæ Diœcesis, petitio continebant; Quod, ipsis alias scientibus se Quarto Consanguinitatis Gradu invicem esse conjunctos, Laurentius prædictus, non quidem peccandi data opera, ut crimine admisso hæc causa foret Nos, & Sedem Apostolicam ad misericordiam, & Gratiam erga ipsos faciliores reddendi, sed solum vesana libidine victus dictam Oratricem cognovit; Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, nisi Matri- 4

monium inter eos contrahatur, dicta Mulier Innupta, & diffamata remaneret, graviaque exinde scandala possent vero similiter exoriri; Cupiunt propterea invicem matrimonialiter copulari, sed stante Impedimento hujusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicæ Dispensatione; Quare iidem Laurentius, & Magdalena nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eis in præmissis de Absolutionis beneficio, & opportunæ Dispensationis Gratia providere de Benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem Laurentium, & Magdalenam, ac eorum quemlibet à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & Pœnis à Jure, vel ab Homine, quamvis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac certam de præmissis notitiam non habentes, hujusmodi Supplicationibus inclinati, Discretioni tuæ, de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus; Quatenus deposita per te omni spe cujuscumque muneris, aut præmii, etiam sponte oblati, à quo te omnino abstinere debere monemus, de præmissis te diligenter informes; & si per Informationem eandem Preces veritate niti repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, tunc eosdem Laurentium, & Magdalenam, qui pauperes, & miserabiles existunt, & ex suis labore, & industria tantum vivunt, in primis ab invicem separes, deinde, si veniam à te petierint humiliter, eam illis pœnitentiam publicam imponas, quæ alios deterreat à similibus committendis, utque idem Laurentius operam suam conferat Fabricæ, aut in aliud servitium alicujus Ecclesiæ, vel Loci pii, tribus saltem mensibus, aliaque injungas, quæ de Jure fuerint injungenda; Qua Pœnitentia publica peracta, ipsos ab Incestus reatu, & excessibus hujusmodi, imposita etiam prius ei propter Incestum hujusmodi, arbitrio tuo, Pœnitentia salutari, & recepto ab eis Juramento, quod sub spe facilius habendæ Dispensationis hujusmodi, Incestum hunc non commiserint, in utroque foro, Auctoritate nostra, hac vice dumtaxat, absolvas in forma Ecclesiæ consueta, & quatenus contra ipsos causa, quoquomodo, in Judicium deducta fuerit, parito Judicato. Demum si tibi expediens videbitur, quod Dispensatio hujusmodi sit ei concedenda, neque scandalum sit ex ea oriturum, super quo conscientiam tuam oneramus, tunc cum eisdem Laurentio, & Magdalena, dummodo ipsa propter hoc rapta non fuerit, ipsique pauperes, & miserabiles existant, ac ex suis labore, & industria tantum vivant, & postquam in separatione prædicta arbitrio tuo perseveraverint, quod Impedimento Quarti Consanguinitatis Gradus hujusmodi, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, Matrimonium inter se, publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, illudque in faciem Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum remanere libere, & licite valeant, Auctoritate nostra dispenses; prolem suscepturam, si qua sit, & suscipiendam, legitimam nunciando. Volumus autem, quod si spreta monitione nostra hujusmodi, aliquid muneris, aut præmii, occasione præmissorum exigere, aut oblatum recipere temere præsumpseris, Excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurras, qua tamdiu innodatus existas, donec Absolutionem à Sede prædicta per satisfactionem condignam ab ipsa Excommunicationis Sententia meruerit obtinere; & nihilominus Absolutio, & Dispensatio per te faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno I. D. 1656. Idibus Junii.

Pontificatus Nostri Anno primo.

Quarum Literarum præcipuas Clausulas mox declarabimus, exceptis iis, quas præcedenti Capite adnotavimus.

5 Et Primo, sciendum est, Praxim harum Dispensationum ita se habere, ut si Orator non distet ab
6 Urbe ultra centum milliaria, teneatur accedere ad ipsam Urbem; At si Impedimentum, super quo petitur Dispensatio, sit in gradibus remotis, nempe ultra Secundum, eique dictus accessus reddatur, saltem moraliter, difficilis, debet ipsius Ordinarius, in fide Paupertatis Oratorum, de dicta difficultate testari, & sic ut plurimum ab hujusmodi accessu excusantur. Si vero Dispensatio petatur in Gradibus propinquioribus, nempe intra Secundum, tam Consanguinitatis, quam Affinitatis, ut in Primo & Secundo, vel Primo & Tertio, seu etiam in Secundo tantum, tam duplicatis, & multiplicatis, quam simplicibus, prout etiam quando Impedimentum esset Paternitatis spiritualis, tunc sive Dispensatio petatur, quia sit sequuta Copula, vel quia ob conversationem habitam ipsius Copulæ suspicio orta sit; sive Orator distet ab Urbe infra, sive ultra centum milliaria, quamvis esset cœcus, claudus, delicatus, sive debilis, aut alias corpore vitiatus, vel impeditus, & quantumcumque pauperrimus, & miserabilis existat, dummodo iter arripere possit, tenetur omnino accedere ad Urbem, si velit in ista forma Dispensationem impetrare; quia quo propinquior est Gradus, & majus est Impedimentum, eo difficilior Pontifex redditur ad dispen- 7
sandum; Et tenetur eo casu Orator deferre secum suas Literas testimoniales de amborum contrahere volentium paupertate, & miserabilitate; & postea in Alma Urbe, coram D. Præfecto Datariæ, si ibi adsint Personæ, quæ Oratorem cognoscant, examinantur duo saltem Testes, qui eum cognoscere deponant; & hoc ad evitandas fraudes, & ne una Persona pro alia supponatur; & facta dicta attestatione, & constito de identitate Personæ, fit recognitio dictarum Literarum testimonialium per duos Testes, & deinde Oratori imponitur Pœnitentia, scilicet, ut operam suam conferat Fabricæ, aut in aliud servitium alicujus Ecclesiæ, vel loci Pii, per aliquod tempus, majus, vel minus, prout D. Datario, & ejus Ministris videbitur expediens, habito respectu ad qualitatem Graduum, in quibus dispensandum est; licet utplurimum, ex benignitate D. Datarii hujusmodi servitii tempus minuatur; ex quo enim Oratores sunt pauperes, & miserabiles, nec habent unde vivant, nisi ex eorum labore, & industria, ideo benigne hoc servitium exigitur, & non solum minuitur, ut dictum est, verum etiam aliqua summa, v. g. Julii unius pro quolibet die, erogari solet, si integra die servitium expleant; si vero per solas quatuor, vel quinque horas cujusque diei laborent, residuum temporis ei indulgetur, ad hoc, ut victum aliquo modo sibi procurare possint, ne fame pereant; & sic eo quod substinuerunt incommoda itineris, benigne ab eis hujusmodi servitium exigitur, minuendo etiam horas laboris cujusque diei, immo, & dies festivi computantur in termino, & sic postquam per aliquot dies laboraverint, residuum temporis solet à D. Datario indulgeri, & commutari in aliquibus Pœnitentiis, ut in visitatione septem, vel aliarum Ecclesiarum per aliquot vices; de quarum Pœnitentiarum adimplemento tenentur habere fidem à Sacristis dictarum Ecclesiarum, vel aliis ad id Deputatis, eamque D. Præfecto Datariæ exhibere; & tunc D. Præfectus, solutis nonnullis pauci per Oratorem transmittit Supplicationem Dispensationis ad Registrum, unde transmittitur ad Cancellariam, ibique Literæ Gratis expediuntur, quatenus per ipsam Cancellariam expediri debeant, prout diximus; alias ibi solum recipitur Juramentum ab Oratore, quod ille sit ipsemet Orator in Literis Dispensationis nominatus, & postmodum per Officium Minoris Gratiæ, vel per Secretariam Brevium, in suo casu, ut pariter diximus, expediuntur hujusmodi Dispensationum Literæ, in quibus etiam adnotantur Pœnitentiæ, quæ, ut diximus, imponuntur Oratori, quæ solent esse infrascriptæ videlicet, quod sex, ut pluribus sextis feriis in pane, & aqua jejunet, & eisdem diebus Rosarium Beatissimæ Virginis devote recitet, & additur clausula, *quod si in his deficiat, Literæ nullatenus ei in foro conscientiæ suffragentur*;

quod

quod est maxime notandum, & cavendum ab inobservantia; cum ob hujusmodi defectum plures nullitates, & peccata subsequi possint.

Hæc tamen, quæ hucusque dicta sunt, procedunt, si Orator in Urbe præsens sit; at quando est absens,
8 tunc si Dispensatio impetranda sit in forma *Pauperum*, examinantur aliqui Testes summarie ab Ordinario Oratorum super Paupertate, & miserabilitate amborum Oratorum; quæ si probatæ fuerint, Ordinarius Fidem facit, quæ continere debet ex depositionibus Testium summarie examinatorum, sibi constitisse, & constare dictos Oratores esse Pauperes, & miserabiles, & ex eorum respective labore, & industria tantum vivere, quæ Fides transmittitur in authentica forma ad Almam Urbem, & per Testes aliquos recognoscitur, & postea porrigitur Supplicatio ad Pontificem, narrando Impedimenta, & alia quæ narrari debent, ut diximus; & deinde obtento Mandato de dispensando, absolvendo, & Prolem legitimando, directo Delegato, conficiuntur Literæ, & ad partes transmittuntur, & ipsi Delegato præsentan-
9 tur; qui in primis verificari mandat narrata Pontifici, & post diligentes habitas informationes, si preces veras esse compererit, & Oratricem raptam non fuisse, in primis, si & postquam Oratores veniam humiliter petierint, ipsos separabit, itaut seorsum habitent, nec inter se conversent, ac Pœnitentiam publicam imponet; injuncto insuper Oratori, ut operam suam conferat Fabricæ, aut in aliud servitium alicujus Ecclesiæ, vel loci Pii, quam, seu quem Delegatus præcise destinabit, & tandem dicta Pœnitentia publice facta, dictoque Ecclesiæ, seu loci Pii servitio expleto, & de eis per Fidem Parochi, seu alterius ad quem spectaret, legitime certioratus, Delegatus recipiet Juramentum ab Oratoribus, quod sub spe facilius habendæ Dispensationis à Pontifice, conversati non fuerint, vel Copulam non habuerint, & excessus narratos non commiserint, eosque postmodum ab Incestu, vel ab excessibus, prout casus se habebit, absolvet in utroque foro, in forma Ecclesiæ consueta; & si Oratores sint infra Secundum Gradum conjuncti Consanguinitate, vel intra eundem se attineant Affinitate, & Incestum inter se habuerint, debebunt insuper absolvi ab Excommunicatione apposita per Gregorium Decimum Tertium Summum Pontificem, ut dicemus *lib.* 3. *cap. ultim.* Tandem dicta Absolutione data, & imposita propterea Pœnitentia salutari arbitrio Delegati, si scandala ex Dispensatione facienda non timeantur, nec pro rebus Pontifici narratis causa in Judicium quoquomodo deducta fuerit, & quatenus deducta sit, parito Judicato; & postquam Oratores in separatione, arbitrio Delegati, perseveraverint, Delegatus dispensabit, Prolemque susceptam, siqua sit, & suscipiendam legitimabit, ad formam Literarum Apostolicarum; cujus Dispensationis formulam infra inseremus; Interea ad explicationem singularum Clausularum deveniemus, earum nempe, quæ præcedenti Capite explicatæ non fuerunt.

QUOD IPSIS ALIAS SCIENTIBUS.

10 Si Oratores, qui habuerunt Copulam, non habebant notitiam Impedimenti Consanguinitatis vel Affinitatis, quæ inter eos aderat, non commiserunt proprie Incestum, per ea, quæ diximus *cap.* 4. Ubi etiam plures Doctores citavimus, qui docent requiri scientiam utriusque, ad hoc, ut vere dici possit commissum fuisse Incestum.

11 E' contra Corrad. *in praxi disp. Apost. l.* 8. *cap.* 1. *numer.* 8. ait, stylum Curiæ ita se habere, ut si unus tantum Oratorum, tempore habitæ Copulæ, sciviſſet Impedimentum, & alter ignoraſſet, nihilominus, ob præsumptam alterius scientiam, Supplicatio porrigatur pro utroque sciente, nec pro uno tantum sciente admittatur, sed ob dictam præsumptionem, & inverisimlitudinem, ad majorem cautelam, explicetur, utrumque Oratorem Impedimentum sciviſſe: Id tamen mihi non placet, quia sic fieret, ut Innocens ob alterius culpam plecteretur, quod fieri non debet, *l. Sancimus C. de pœnis*, nec potest dici dolus, ubi non fuit scientia; Seraph. *dec.* 20. *num.* 4. Unde debebit factum ita exponi, prout vere se habet; & sic ille solus, qui cum scientia Impedimenti deliquit majori mulcta, & gravioribus pœnitentiis punietur.

SE QUARTO CONSANGUINITATIS GRADU INVICEM ESSE CONJUNCTOS.

Quod dicitur de Consanguinitate, idem dicen- 12
dum est, non solum de Affinitate, sed de quocumque alio Impedimento dirimenti; quia quandocum- 13
que, & qualecumque adsit Impedimentum dirimens, potest impetrari Dispensatio in forma *Pauperum*, si concurrant requisita, quæ diximus supra; ubi enim 14
est eadem ratio, eadem esse debet Juris dispositio, *l. illud, vers. Sed magis visum est*; *ff. ad l. Aquil.*

Quando Oratores, qui petunt dispensari in forma *Pauperum*, sunt in secundo Gradu, vel infra, Consanguinitatis, vel Affinitatis, debent de necessitate exprimere, an sint in linea æquali, ut testatur Corrad. 15
in d. praxi lib. 7. *cap.* 3. *numer.* 22. Si etenim essent in linea inæquali, cum tam Primus, quam Secundus Gradus constituant Impedimentum de per se, super unoquoque ex eis necessaria esset Dispensatio; nec sufficeret dispensare super Secundo, & declarare distantiam Primi non obstare, ut fit in aliis Gradibus remotioribus, & nos dicemus infra *lib.* 2. Quod si Dispensatio petatur super Primo, vel Primo & Se- 16
cundo ex actu fornicario, necesse etiam erit, ut Impedimenti provenientia exprimatur, v. gr. quod, ipsis alias scientibus se primo Affinitatis Gradu invicem attinere, ex eo proveniente, quod alias dictus Orator Oratricis Matrem adhuc superstitem (si sit in humanis) carnaliter cognovit; ipse Orator, non quidem peccandi data opera, &c. & sic se habet stylus Curiæ.

Et licet difficilius Papa dispenset super Consanguinitate, quam super Affinitate, ut diximus, & probant Layman *Theol. moral. libr.* 5. *tract.* 10. *part.* 4. *cap.* 6. *num.* 10. *& alii, quos citavimus*, cum major sit Conjunctio inter Consanguineos, quam Affines, 17
nihilominus quoad Impensas impetrationis Dispensationis, tam pro expeditione Literarum, quam in Compositionum solutione, ac pœnitentiarum impositione, nulla fit differentia inter Consanguineos, & Affines, & ita se habet notorius Curiæ stylus, de quo testatur Corrad. *l.* 8. *d. c.* 6. *n.* 3.

NON QUIDEM PECCANDI DATA OPERA, &c.

Hæc verba idem important, ac si diceretur, O- 18
ratores non studiose, vel ex studio, seu non dolose, & fraudolenter feciſſe, ut explicat Gratian. *discept. for. capit.* 92. *numer.* 28. *tom. prim.* Unde si Oratores habuiſſent inter se Copulam, seu conversati 19
fuiſſent sub spe obtinendi facilius Dispensationem, Papa, vel non dispensaret, vel difficillime, & cum multis modificationibus Dispensationem concederet quia facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi, 20
Cap. Est injusta 33. *Causa* 23. *qu.* 4. *& capit. Finali S. Cum in eo, de Immunit. Eccl.* Sperell. *dec.* 116. *num.* 31. *& dec.* 189. *num.* 14. Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 4. *num.* 212. immo dicitur crimen 21
ratificare, qui illud non punit, idem Sperell. *dec.* 183. *numer.* 15. non enim dignus est Ecclesiæ benignitatem facile experiri, qui ejus salubria præcepta temere contempsit Concilium Trident. *seſſ.* 24. *de reformatione Matrimonii cap.* 5. sicut contemnens Legem non juvatur beneficio Legis; & frustra legis auxilium implorat, qui in lege deliquit, *l. Sancimus C. de Judic.* & nemo delinquere debet sub spe veniæ, Pavin. *de Visit. part. prim. qu.* 7. *num.* 36. Ideo quia 23
sic, sub spe veniæ delinquendo, gravius peccat, mandat Pontifex in concessione Dispensationis duplicari pœnitentias, & mulctas; itaut si Oratores, in 24
aliis casibus, pro publica pœnitentia, manere debuiſſent una vice genuflexi ante fores Ecclesiæ Matricis, cum Candela accensa præ manibus (ut infra dicemus) hoc casu illis injungetur, ut id faciant per duas, aut tres vices. Et si Orator alias debuiſſet conferre operam suam Fabricæ, aut in aliud servitium alicujus Ecclesiæ, vel loci Pii tribus mensibus, debebit

bebit iſto caſu eam conferre ſex menſibus; Duplicem etiam, ut plurimum ſolvent, Compoſitionem; Apponetur inſuper Clauſula, quod *Oratorum alter alteris ſupervivens, perpetuo abſque ſpe Conjugii remaneat.*

25 Si ambo Oratores cum dicta ſpe deliquerint, debet exponi, quod, *ipſi, alias ſcientes, ſe Quarto conſanguinitatis Gradu invicem eſſe conjunctos, ſub ſpe facilius habendæ à Sede Apoſtolica Diſpenſationis, fragilitate carnis devicti, ſe carnaliter cognoverunt; Cum autem, niſi Matrimonium inter dictos Oratores contrahatur, dicta Mulier diffamata, & innupta remaneret, graviaque exinde ſcandala poſſent veriſimiliter, exoriri, cupiunt, &c.*

26 At ſi unus tantum Oratorum cum dicta ſpe deliquit, exponi debet, quod *ipſis alias ſcientibus, ſe Quarto Conſanguinitatis Gradu invicem eſſe conjunctos, Orator prædictus, ſub ſpe facilius à Sede Apoſtolica Diſpenſationem obtinendi, carnis fragilitate devictus, Oratricem, nullam ſpem, eandem Sanctitatem Veſtram, & Sedem Apoſtolicam ad Miſericordiam, & Gratiam erga illam faciliores reddendi habentem, carnaliter cognovit; Cum autem, &c.* Et tunc Pœnitentiæ graviores, ſoli Delinquenti imponuntur, & quod ipſe ſolus, ſi Oratrici ſupervivat, abſque ſpe Conjugii remaneat; Unde ſi poſtea, mortua Oratrice, velit novum Matrimonium inire, debebit ad Pontifi-
37 cem pro Diſpenſatione recurrere, & ſupplicare eidem narrando.

Quod ipſe alias obtinuit à Sede Apoſtolica Literas Diſpenſationis, ſeu Mandatum de diſpenſando ſuper Impedimento Quarti Conſanguinitatis Gradus, quo ipſe, & ejus Uxor nunc defuncta, invicem conjuncti erant; cum clauſula, quod ſi Oratrici ſuperviveret, perpetuo abſque ſpe Conjugii remaneret, prout in Literis prædictis continetur; & quia deinde Uxor Oratoris prædicta, ſicut Domino placuit, ab humanis receſſit, relicto poſt ſe Oratore, qui continenter vivere poſſe diffidit, cupit propterea Orator prædictus ad ſecunda vota tranſire; Supplicat igitur humiliter eandem Sanctitatem Veſtram Orator prædictus, quatenus ſibi ſpecialem Gratiam faciendo, cum eodem, ut, clauſula in prædictis Literis appoſita non obſtante, Matrimonium cum alia Muliere, nullo alio ſibi Jure prohibita, publice, ſervata forma Concilii Tridentini, contrahere, illudque in facie Eccleſiæ ſolemnizare, & in eo poſtmodum remanere libere, & licite valeat, diſpenſare dignemini, &c. Non obſtantibus, &c.

28 Hæc autem qualitas, ſeu circumſtantia hujuſmodi finis ſemper eſt neceſſario exprimenda in hujuſmodi Diſpenſationibus in forma *Pauperum* conceſſis, alias Diſpenſatio nulla, & invalida erit, quia, cum Copula, vel ſuſpecta converſatio habita conducant ad cauſam finalem Diſpenſationis neceſſe eſt Papam illas ſcire, ut dignoſcere poſſit an cauſa, quæ allegatur, ſit juſta, & ſufficiens ad concedendum; cum
29 etenim ex diſpoſitione Concilii *ſeſſ. 24. d. capit. 5.* prohibitum ſit cum his diſpenſare, ſi Papa abſque
30 juſta cauſa diſpenſaret; quamvis alias valida eſſet Diſpenſatio, tamen ipſe mortaliter peccaret, juxta Doctrinam Sanchez *l. 3. diſp. 45. num. 3.* quia cum ad Concilium ſpecter res ad Fidem, & mores pertinentes definire, & decreverit in dicto caſu Oratores carere debere ſpe Diſpenſationis, non poteſt Pontifex licite diſpenſare, niſi cauſa juſta ſit, ut bene animadvertit idem Sanchez *l. c.* unde cum iſto caſu dicta Copula ſit inductiva ad cauſam finalem Diſpenſationis, debent exprimi omnes qualitates, & circumſtantiæ, quæ dictam cauſam finalem afficiunt intrinſece, ut diximus *cap. 4.* Et ſic à ſimili, ſi Re-
31 gularis Diſpenſationem impetraſſet de intrando aliam Religionem, eo quod, habitu ſuæ Religionis dimiſſo, Apoſtata factus incedebat, ſi in hunc finem habitum dimiſit, ut Papa facilius moveretur ad diſpenſandum, hujuſmodi Diſpenſatio, tacito dicto fine, nulla erit, & invalida; ita Sanchez *lib. 8. diſp. 25. numer. 38.* Lopez *part. prim. Inſtructorii cap. 296. col. 12. verſ. Tertio dicit.* Navarrus *de Reſcriptis except. 5. num. 4. & numer. 5.* non enim eſt danda via Servis Domini, ut facilius putent eligi ad aliquid melius, ſi facti ſint deteriores, Divus Auguſtinus *ad Aurelianum Epiſt. 76.*

Nec ſunt audiendi Sanchez *l. 8. diſp. 25. num. 31.* 32
& alii qui dicunt, ut ſi unus ex Oratoribus circa hanc ſpem delinquat, non ſit neceſſe hujuſmodi delictum exprimi Pontifici; quia aliter ſe habet ſtylus Curiæ, de quo teſtatur Corrad. *l. c.* debet enim ſævius puniri, qui circa hoc deliquit; & propterea totum factum, prout vere ſe habet, exprimi debebit, ut diximus; & ſic de ſtylo ſervari teſtatur idem Corrad. *l. c.* Si tamen finis fuerit interne retentus, & occultus, vide infra, 33
quæ dicimus.

Hæc autem Clauſula, *Non quidem peccandi data opera*, de mandato Urbani Octavi Summi Pontificis 34
fuit appoſita etiam in Diſpenſationibus obtentis, abſque Copula, ſed ob ſolam ſuſpectam converſationem inter Oratores habitam, quia adhuc poteſt dari caſus, ut ſub dicta ſpe delinquant, vide Corrad. *l. c. numer. 29.*

Et nota, quod, quamvis in Literis, ſeu Manda- 35
to Pontificis ad diſpenſandum, in iſta forma *Pauperum* conceſſis, appoſita non fuiſſet iſta Clauſula, *Non quidem peccandi data opera, &c.* nihilominus ſubintelligeretur, ad tradita per Sanchez *d. diſp. 25. num. 38. in fine*, Averſ. *de matr. qu. 19. ſect. 16. verſ. Verum ſi adſint*; idque non ſolum ſi narrata ſit Copula præhabita, verum etiam quando ob ſolam ſuſpicionem Copulæ conceſſa ſit Diſpenſatio, ut dicit Corrad. *l. c. n. 29.*

Accidit aliquando, ut Oratores, ſeu eorum al- 36
ter, ſub ſpe facilius obtinendi Diſpenſationem, Copulam inter ſe habeant, & Literis Diſpenſationis impetratis, & cum dicta ſolita Clauſula conceſſis, nihilominus malitioſe coram Delegato jurent dictam ſpem non habuiſſe; & tunc ad ſuccurrendum ipſis Oratoribus perjuris, ſi fuerit occultum, quod dictam ſpem habuerint, poterit ſecreto recurri ad Prætorium Sacræ Pœnitentiariæ, ibi exponendo omnia Impedimenta inter Oratores exiſtentia, Copulam habitam, una cum fine, quo habita ſit, nempe facilius obtinendi Diſpenſationem, & quod dictam ſpem habitam fuiſſe coram Delegato cum Juramento negarunt; & quia occultum eſt Oratores ſpem præfatam habuiſſe, eamque malitioſe coram Delegato denegaſſe, publicum vero Oratores Diſpenſationem impetraſſe, & niſi hæc ad debitum effectum produceretur, exinde gravia ſcandala poſſent veriſimiliter exoriri, dictaque Mulier diffamata, & innupta remaneret; & tunc ſolet Sacra Pœnitentiaria Abſolutionem à prædictis Confeſſario committere, &, dummodo occultum ſit dictam Diſpenſationem eſſe nullam, ob dictæ ſpei taciturnitatem, ut poſtquam cum ipſis Oratoribus ſuper dicto Impedimento, & aliis præmiſſis, ſervata forma dictarum Literarum diſpenſatum fuerit, cum ipſis Oratoribus diſpenſet, & ita in Praxi dicto caſu eveniente, ſervari teſtatur Corradus *libr. 8. cap. 2. numer. 22.*

NOS, ET SEDEM APOSTOLICAM AD MISERICORDIAM, ET GRATIAM ERGA IPSOS FACILIORES REDDENDI.

An hæ Commiſſiones conceſſæ intelligantur nomine Pontificis, vel Sedis Apoſtolicæ, diximus *capit.* præcedenti, ubi etiam diximus, quod quamvis Papa, qui Diſpenſationem commiſit, re integra, moriatur, ſi Exequutor eſt neceſſarius, itaut, ſi preces veras eſſe compererit, diſpenſet, non expirare dictam Commiſſionem, ſed cenſeri Gratiam ab ipſo Pontifice factam; & proinde, non obſtante ſubſequuta morte ipſius Pontificis, ſi preces veræ ſint, teneri Delegatum ad executionem Literarum devenire, & diſpenſare.

Eccleſia Romana dicitur Apoſtolica ob ſuam ma- 37
gnam Præeminentiam, & Poteſtatem, quam habet; Maſſobrius *de conc. prælud. 1. numer. 75.* Bellarmin. *de controv. fidei tom. 1. libr. 2. capit. 12. litera A.* cum ſit omnium aliarum Eccleſiarum Mater, & Magiſtra; Reſponſa Marantæ *reſponſ. 14. numer. 16. part. 1.*

Ali-

39 Aliquando tamen Sedes Apostolica juxta communem usum loquendi, accipitur largo modo, non solum pro ipso Summo Pontifice, sed etiam pro ipsius Pontificis Tribunalibus, Jurisdictionem, non solum Spiritualem, sed etiam Temporalem, concernentibus, ut animadvertit Bonaccina *de cens. disp. 2. qu. 3. punct. 31. proposit. 1. num. 4.* ubi *num. 5.* dicit, nomine Sedis Apostolicæ etiam Curiam ipsius Pontificis intelligi; Ampliat Lezana *QQ. Reg. tom. 3. verbo Bulla Cœnæ, num. 28.* Marant. *in controv. J. U. resp. resp. 33. num. 20. 21. 37. 45. 47. & 52.* ut etiam hoc nomine intelligantur Congregationes Cardinalium, & qui inserviunt in illis.

ORATRICEM COGNOVIT.

Copulam inter Oratores præhabitam non esse necessario in Supplicatione Dispensationis manifestandam, si ob aliam causam petatur Dispensatio, late diximus *cap. 4.* usque ad finem. At si adducatur in causam finalem, vel potius, ut verius dicam, inductivam ad finalem, diximus exprimendam esse cum omnibus circumstantiis illam aggravantibus.

40 Dubitari potest, an Oratores, allegata pro causa ipsa Copula, & consequentiis scandalorum, quæ inde timentur, & obtento Mandato de dispensando Delegato directo, sed nondum exequuto, si iteretur Copula inter eosdem, teneantur de dicta repetitione mentionem Pontifici facere, itaut ea omissa, Dispensatio subsequuta nulla sit, & invalida; & quidem plerique Doctores, qui adhærent opinioni affirmanti necessitatem expressionis Copulæ in Dispensatione petenda, acerrime defendunt, esse hoc etiam casu necessariam dictæ repetitionis Copulæ mentionem, & requiri, ut aliæ Literæ in forma *Perinde valere* impetrentur, ita Corrad. *in praxi disp. Apostol. libr. 7. capit. 1. numer. 37.* Leo *in Thes. fori Eccl. part. 2. cap. 8. num. 48. & 50.* & alii quos citavimus.

41 At Pyrrhus Corradus *num. 52. loc. c.* docet, tunc tantum esse necessariam repetitionis Copulæ mentionem, quando Oratores obtinuerunt dispensari in forma *Pauperum*; non tamen necessariam esse, si Oratores, qui habuerunt Copulam, ea Pontifici expressa, obtinuerint Mandatum in forma ordinaria; quia, ut ipse ait, ex quo hi solverunt debita Jura Officialibus, & Compositionem in Dataria, non tenentur Copulam repetitam exprimere, nec alias Literas impetrare. Hæc tamen ratio mihi non probatur, nec aliquo Jure cautum reperio, ut qui solverunt Jura Officialibus Romanæ Curiæ, si Copulam repetant, non teneantur ad novam ipsius Copulæ expressionem; alii autem, quia hujusmodi jura non solverunt, tenentur Copulæ repetitionem exprimere, & novas Li-

42 teras impetrare; Verius quidem existimo, neutros teneri ad dictæ Copulæ repetitæ mentionem faciendam, & posse Oratores, dicta Copula non obstante, Dispensatione obtenta, Matrimonium contrahere, quia multiplicatio Copulæ cum eadem Persona, novum Impedimentum non inducit, nec majus Impedimentum insurgit ex Copula pluries repetita, quam ex semel habita, ut bene docent Bonaccina *de leg. disp. 1. qu. 2. punct. 5. num. 4.* Filiucc. *qu. mor. tr. 10. part. 2. cap. 10. num. 337. tom. 1.* Sanchez, & Trul-

43 lenck à nobis propterea citati; sicut enim ille, qui Votum emisit, cujus Dispensationem à Summo Pontifice petiit, & Mandatum de dispensando Confessario, seu Ordinario directum impetravit, quamvis ante Ordinarii, vel Confessarii Dispensationem pluries ipsum Votum ratificaverit, poterit adhuc, vigore illius Mandati dispensari, ut bene Sanchez *oper. mor. l. 4. c. 47. num. 33.* ita isti Incestuosi, quamvis Copulam repetierint, poterunt ab eodem Delegato, & primæ Commissionis vigore dispensari, nisi aliud eis obstet Impedimentum.

44 Ob consimilem rationem, si Dispensatio petita sit super Affinitate, proveniente ex Copula habita cum Consanguinea, Primo, vel Secundo Gradu conjuncta Fœminæ, quam quis ducere intendit, si cum eadem Consanguinea iteretur Copula post Mandatum de dispensando à Pontifice factum, & nondum à Delegato exequutum, hæc Copula non obstabit validitati Dispensationis subsequutæ; quia; ut diximus, iteratio Copulæ cum eadem non auget Affinitatem.

Dixi, non obstare validitati Dispensationis subse- 45
quutæ; quia, si post exequutam à Delegato Dispensationem, nondum contracto Matrimonio, iteraretur Copula cum eadem Consanguinea, consurgeret novum Impedimentum Affinitatis; unde non posset Matrimonium iniri, & nova opus esset Dispensatione, ut animadvertunt Sanch. *lib. 8. disp. 24. num. 8.* Pontius *de matr. l. 8. cap. 17. §. 5. num. 25. in fine;* Filiucc. *d. c. 10. n. 329. in fine;* Trullenck *tom. 3. l. 7. c. 10. dub. 4. n. 9.*

Quando Copula inter Oratores sequuta non fuisset, sed conversati essent insimul, unde orta esset suspicio dictæ Copulæ, supplicatur Pontifici.

Quod ipsis alias scientibus se Quarto Consanguinitatis Gradu invicem esse conjunctos, non quidem peccandi data opera, ut Crimine admisso, hæc causa foret Pontificem, & Sedem Apostolicam ad Misericordiam, & Gratiam erga ipsos faciliores reddendi, insimul conversati sunt, carnali tamen Copula inter eos minime subsequuta, & nihilominus orta est suspicio, licet falsa, quod se carnaliter cognoverint; Cum autem, nisi Matrimonium inter eos contrahatur, dicta Mulier diffamata, & innupta remaneret, graviaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri, cupiunt propterea, &c. Et sic Dispensatio, etiam non sequuta Copula, conceditur, quia causa finalis, quæ movet Pontificem ad concedendum, non est ipsa Copula, vel conversatio habita inter Oratores, sed scandalorum evitatio, & ne Oratrix, cum periculo animæ innupta, & diffamata remaneat, ut mox dicemus. 46

DICTA MULIER DIFFAMATA, ET INNUPTA REMANERET, GRAVIAQUE EXINDE SCANDALA POSSENT VERISIMILITER EXORIRI.

Movetur Pontifex in proposito casu ad dispensan- 47
dum, ut famæ, & honori Oratricis succurratur, & mala, ac scandala, quæ ex Copula, vel conversatione præhabitis verisimiliter timentur, nisi Matrimonium contrahatur, evitentur; quia, nisi Matrimonium contraheretur, Oratrix, cum animæ periculo, diffamata, & innupta remaneret, & majora mala, ac graviora peccata inde insurgerent, quæ Pontifex obviare intendit, ut animadvertit Corradus in *d. praxi l. 8. cap. 1. num. 1.* & propterea dispensatur, cum ad Mulieris violatæ honorem restaurandum Jura Ma- 48
trimonium decernant, *cap. 1. & cap. 2. de Stupro, & Adult.* & sola infamia Mulieris sit causa Dispensatio- 49
nis, ut animadvertit Pat. Leo *in praxi Sacræ pœnit. part. 2. formula de Compatern. vers. Demum., pag. mihi 274.*

Nec refert, quod tractu temporis evenire possit, 50
ut quis Oratricem ducat; quia ad Dispensationem impetrandum, sufficit, quod tempore petitæ, ac exequutæ Dispensationis timor sit, ut ob præhabitam Copulam, seu suspectam conversationem innupta remaneat, & gravia scandala timeantur, nisi Matrimonium contrahatur; unde, quod cursu temporis possit nubere, non habetur in consideratione, cum id pen- 51
deat à futuro eventu, & consequenter, cum possit esse, & non esse, non habetur in consideratione, *l. Nam ad ea ff. de legib.* Gonz. *ad Reg. 8. Cancell. Gloss. 45. §. 1. n. 44.* Gratianus *discept. for. cap. 944. n. 3.* prout nec 52
habentur in consideratione quæ raro contingunt; Mandos. *reg. 19. de Infirmis, qu. 11. num. 9. & 10.* Fragos. *Reg. Christ. Reipublicæ part. 1. l. 4. disp. 9. num. 76.* Rota in posthum. Farinacii *dec. 322. num. 10. part. 1.*

Ex dictis infertur, quod si quis petat Dispensatio- 53
nem ad contrahendum cum Consanguinea, narrando pro causa Dispensationis Copulam habitam, & periculum scandalorum, quæ inde timentur, & quod propterea Mulier innupta, & diffamata remaneret, nisi Matrimonium contrahatur, valida erit Dispensatio, quamvis vere Copula sequuta non fuerit; si verum sit, quod ex conversatione habita, adhuc Mulier diffamata, & innupta remaneret, & gravia scandala possent verisimiliter exoriri, nisi hujusmodi Ma-

tri-

trimonium contraheretur. Ita docent Sanch. *libr.* 8. *disp.* 22. *num.* 45. Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 15. *coroll.* 5. *num.* 385. Bonacc. *de legib. disp.* 1. *qu.* 2. *punct.* 4. *num.* 8. *vers. Si vero conceditur*; Diana *part.* 8. *tr.* 3. *resol.* 65. Ratio est, quia Copula cum Con-
54 sanguinea, vel Affine habita, cum crimen sit, & peccatum, non potest, recta Justitia, ex se movere Pontificem ad dispensandum; *cap. Cum haberet* 5. *de eo, qui duxit in Matrimonium*, & docent præcitati Doctores; nec est ex se causa finalis Dispensationis, sed tantum impulsiva, conducens ad finalem, nempe ad reparationem honoris Oratricis, & scandalorum evitationem, ut bene animadvertit Barbosa *in Votis Canonicis l.* 2. *vot.* 17. *num.* 84. sed causa finalis, quæ Pontificem movet, est, ne Fœmina, cum periculo Animæ, innupta remaneat, nec scandala sequantur. Unde cum hæc vera sint, Dispensatio valida est, & non subreptitia.

Animadvertunt Sanch. *l.* 8. *disp.* 21. *nu.* 45. & Merolla *disp.* 4. *c.* 6. *num.* 386. *tom.* 2. validam fore Di-
55 spensationem impetratam ex falsa relatione jam initi, & consummati Matrimonii, cum solum initum, non tamen consummatum fuerit, quia dum expresserit Matrimonium fuisse consummatum, Papa cum majori difficultate concedere solet.

56 Limita supradictam Doctrinam, itaut non procedat, si sola Copula fuisset falso allegata pro causa finali, facta mentione de diffamatione Mulieris, & periculo scandalorum, quia tunc sola Copula esset adducta in causam finalem, unde cum hæc falsa esset, Dispensatio etiam subreptitia esset, & nulla; Barbosa *d. vot.* 17. *l. c.* Merolla *d. cap.* 6. *dub.* 2. *num.* 327. & 328.

57 Immo quamvis post Commissionem à Pontifice tunc factam, & nondum exequutam, sequeretur Copula, non revalidaretur Dispensatio, quia Pontifici fuit narrata causa falsa, & proinde Dispensatio subreptitia, licet subsequuta copula, erit & nulla.

Et quoniam, quo propinquior est Gradus, eo difficilior redditur Dispensatio, ideo, si Dispensatio peta-
58 tur super Gradibus remotioribus, fat erit explicare in Supplicatione, Mulierem remansuram diffamatam, & innuptam, nisi Matrimonium contrahatur; at si petatur super Gradibus propinquioribus, nempe in Secundo, vel infra Secundum, non sufficiet exprimere, quod, nisi Matrimonium contrahatur, Mulier diffamata remaneret, & gravia scandala possent verisimiliter exoriri; sed requiritur, quod periculum sit, ut Oratrix graviter diffamata remaneat, & gravia scandala verisimiliter timeantur, & utrique Oratrici vitæ periculum immineat; & sic servatur de Cutiæ stylo, à tempore Pontificatus Pauli V. introducto, ut sciunt practici Curiales, & testatur Corrad. *in praxi disp. apost. l.* 8. *c.* 2. *n.* 2.

DE PRÆMISSIS TE DILIGENTER INFORMES.

Pro verificatione hujusmodi Literarum infrascripta regulariter justificari debent.

59 Primo, Arbor Consanguinitatis, vel Affinitatis, & alia Impedimenta inter ipsos existentia.

Secundo, Diffamatio de Copula (si hæc sequuta sit) vel de conversatione inter Oratores habita, ex qua diffamatione, seu conversatione suspicio orta sit, quod se carnaliter cognoverint, adeo ut nisi Matrimonium inter ipsos Oratores contraheretur, dicta Mulier diffamata, & innupta remaneret, graviaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri; & si Impedimentum sit in Gradibus propinquioribus, ut in Secundo, vel infra Secundum, tam Consanguinitatis, quam Affinitatis, verificari insuper debebit, quod nisi Matrimonium contrahatur, dicta Mulier graviter diffamata remaneret, & vitæ periculum Oratoribus immineret, ut diximus.

Circa quæ debebit Delegatus se informare, an prædicta diffamatio Mulieris, scandalorum pericula, quæ narrata fuerunt Pontifici, non solum vera sint tempore Dispensationis à Delegato factæ, sed vera etiam fuerint tempore petitæ, & à Pontifice factæ Commissionis, per ea, quæ diximus; si etenim utroque tempore vera non fuerint, non poterit Delegatus dispensare, quia Dispensatio vere fuit per subreptionem à Pontifice extorta, ut bene docent Gutierez *de matr. cap.* 126. *num.* 1. Pater Leo *in praxi Sacræ pœnit. part.* 1. ubi *de transgress. Votorum, vers. Dicendum ultimo, pag. mihi* 68. & alii plures, quos *l. c.* referimus; ubi etiam diximus, parum referre, si medio tempore causa cessasset, dummodo tempore Commissionis Pontificis vera fuisset; & vera etiam sit tempore exequutionis.

Animadvertit Corradus *in praxi disp. apost. lib.* 7. 60
cap. 3. *num.* 9. simplex osculum à Consanguineo illatum non videri esse causam sufficientem diffamationis Oratricis, nec ex eo solo probabiliter posse timeri scandala gravia; quia, si datum sit causa puri amoris, & conjunctionis Sanguinis, nullum inde videtur timendum scandalum, cujus causa sit concedenda Dispensatio: Quod si Fœmina invita deosculata fuerit, & per vim, ob singularem affectum, quem potius ad ipsius bona, & opulentem Dotem, habet ejus Consanguineus, ut sæpe contingit, & ob id intendit Fœminam illam, illiusque Parentes inducere, ut sibi detur in Uxorem, tunc cum ipsa ægre ferat, nec aliquo modo consentiat, ejus fama remanet illæsa, & consequenter non potest hoc casu, ob dictam diffamationem, concedi Dispensatio; quia os, quod violento Osculo delibatur, non agnoscit turpitudinem, & præsumitur osculum à Consanguineo, potius causa Consanguinitatis, quam libidinis fuisse illatum, ut docent Filiucc. & Cerezo *in Margar. concl. part.* 2. *verbo Osculum §. prim.* Istis tamen non obstantibus, in hac re non potest assignari certa regula, ob diversitatem casuum, qui contingere possunt, & ex his diversi effectus produci; negari etenim non potest, quin facillime possit dari casus, ut ex ipso Osculo Mulier diffamata, & innupta remaneat, & gravia scandala, rixæ, & inimicitiæ inde possint verisimiliter exoriri.

Regulariter tamen Oscula, & munuscula sint quæ- 61
dam præcedentia ad Venere, & ad illicitum coitum, ut bene animadvertit Mascard. *de probat. concl.* 1031. *num.* 4. immo Osculum est actus carnis, & pro medietate est caro quasi corrupta, ut dicit Capyc. Latro *dec. S. Conc. Neap. dec.* 182. *num.* 25. ubi *num.* 26. ex Riccio, & Afflicto addit, Osculum esse dimidium Adulterii.

Tertio probandum erit, Oratores esse Pauperes, & miserabiles, & ex eorum respective labore, & in- 62
dustria tantum vivere, qua in re debebit Delegatus se informare, an ista Paupertas, & miserabilitas Oratorum fuerit tempore petitæ, & factæ Commissionis à Pontifice, & sit etiam tempore exequutionis à Delegato factæ: nec sufficit, quod dum Oratores Dispensationem in ista forma petierunt, hæ qualitates probatæ fuerint, quia cum potuerint interim mutasse statum, & effectos fuisse divites, vel non esse in eo miserabili statu, adhuc verificari debet, ut Pauperes, & miserabiles existant etiam tempore dictæ exequutæ Dispensationis, quia Pauper olim, non præ- 63
sumitur Pauper de præsenti, Rota *dec.* 170. *num.* 3. *part.* 4. *rec.* & quilibet in dies ditari præsumitur, Redenasch. *conf.* 31. *num.* 6. Leoncill. *de opibus Paupertatis part.* 1. *qu.* 6. *num.* 17. Quando Oratores, qui in ista forma petunt Dispensationem, sunt Nobiles, & Pauperes, sufficit si probentur ea, quæ infra adnotabuntur.

Animadvertit Mascard. *de probat. concl.* 1154. *numer.* 22. non sufficere, si Testes deponentes de paupertate, & miserabilitate Oratorum, dicant istos esse pauperes, nisi addant, nedum esse pauperes, sed manifeste pauperes: quidquid tamen dici possit, certum, in casu, de quo agimus, debere probari, Oratores esse pauperes, & miserabiles, & ex eorum labore, & industria tantum vivere, quia sic est intentio Pontificis Dispensationem concedentis.

Ad dignoscendum autem, an Oratores sint pau- 64
peres, inspiciuntur fructus, & non valor bonorum, Rota *dec.* 48. *numer.* 8. *part.* 2. *divers.* & nos dicimus infra.

Quarto, se informare debebit Delegatus, an pro his

his quæ fuerunt Pontifici narrata, aliqua cauſa in
65 Judicium quoquo modo deducta fuerit, quia non poterit eo caſu diſpenſare, ante latam ſententiam, immo antequam Oratores judicato paruerint; ſic enim expreſſe præcipit Pontifex in Literis, ſeu Mandato, his verbis, *Et quatenus contra ipſos cauſa quoquo modo in Judicium deducta fuerit, parito Judicato.*
66 Quomodo autem hæc clauſula, *Parito Judicato*, intelligenda ſit, & an ſufficiat, ſi cautio idonea de parendo præſtetur, DD. explicant ſuis locis.
67 Tandem ſe informabit, quod pro Matrimonio contrahendo Oratrix rapta non fuerit, quia ſi ob id rapta fuiſſet, Papa nullatenus diſpenſare intendit, & propterea apponit in Mandato Clauſulam, *Dummodo dicta Mulier propter hoc rapta non fuerit*, quæ dictio, *Dummodo*, conditionem importat, ut diximus cap. præcedenti.
68 Cæterum, quamvis coram Delegato omnia probata ſint, adhuc non poterit Delegatus licite diſpenſare, ſi cognoſcat ſcandala ex Diſpenſatione eſſe oritura, quia ſuper hoc ejus conſcientia oneratur à Papa, ibi, *Nec ſcandalum ſit ex ea oriturum, ſuper quo Conſcientiam tuam oneramus.*

EOSDEM LAURENTIUM, ET MAGDALENAM, QUI PAUPERES, ET MISERABILES EXISTUNT, ET EX SUIS LABORE, ET INDUSTRIA TANTUM VIVUNT.

69 Pauper ille dici poteſt, qui, licet neceſſaria ad vitam ſervandam habeat, non tamen habet unde ſe decenter, pro ſua qualitate, ſuſtentare poſſit. Navarr. *de Reddit. Eccleſ. quæſt. pr. num.* 65. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1154. *num.* 13. Barboſa *de Jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 23. Graff. *deciſ. aur. part. pr. cap.* 100. *lib.* 2. *num.* 4. Prout etiam dici poteſt pauper, qui redditus non habet ſufficientes ad alimenta. Rota *deciſ.* 230. *num.* 4. *part.* 6. *recent.* adeo ut cum induſtria ſupplere cogatur, cum id, quod habet, non ſufficiat pro ſuſtentatione propria. Rota coram Durano *deciſ.* 98. *num.* 9. *& num.* 10. Rota coram Pœnia *deciſ.* 541. *num.* 3. *& deciſ.* 660. *n.* 9. *&* *n.* 10. Ille etiam dicitur pauper, qui quamvis aliquid habeat, illius tamen bona non ſufficiunt pro effectu, de quo agitur, Rota coram Durano *deciſ.* 98. *num.* 10. prout etiam regulariter dicitur pauper, qui non habet in bonis quinquaginta aureos. *Gloſſ. in auth. de hæred. & falcid.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1154. *num.* 15. Leoncill. *de Opibus Paupertatis par. pr. quæſt.* 3. *num.* 1. quamvis verius ſit, relinqui arbitrio Judicis, quis ſit
70 Pauper, ut infra; ea etenim, quæ à Jure definita non ſunt, & certa ſub regula comprehendi non poſſunt, relinquuntur arbitrio Judicis. Barboſ. *de axiom. axiom.* 32. *n.* 1. Pariſ. *de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 145. *& lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 133. Corrad. *in Praxi Diſpenſ. Apoſt. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 57. quia No-
71 bilis eſt pauper in eo, quo Ruſticus dives. Decius *conſ.* 161. *num.* 7. Leoncill. *d. part. pr. q.* 13. *num.* 58. Merolla *tom. pr. diſp. pr. cap.* 2. *coroll.* 8. *n.* 852.

Quicquid tamen circa alios effectus dici poſſit,
72 certum eſt, oportere, ut Oratores, qui in forma *Pauperum* matrimonialem Diſpenſationem petunt, ſint pauperes, & miſerabiles, & ex eorum cujuſ-
73 que labore, & induſtria tantum vivant; Et quamvis alias largo modo dicantur miſerabiles, Viduæ, Pupilli, Senes, Decrepiti, diuturno morbo fatigati, Puellæ nobiles, quæ juvenibus ſibi nobilitate paribus nubere non poſſunt, Peregrini etiam, publice Pœnitentes, Infantes expoſiti, Cœci, Membris mutilati, Leproſi, Debilitati, in carcerem conjecti, omneſque alii, quibus à natura movemur ad miſerendum propter fortunæ injuriam, ut concludunt, Barboſa *de appellat. verba. Appellat.* 152. *numer.* 1. Afflict. *deciſ.* 257. *in princ.* Menoch. *de arbitr. Judic. lib.* 2. *Caſu* 66. *Centuria pr.* Tuſch. *concluſ.* 273. *Lit. M.* late Leoncill. *d. tract. de Paupertatis opi-*
74 *bus par. pr. quæſt.* 3. Immo & Regina vidua dicatur miſerabilis, Tiraquell. *in l. ſi unquam verſ. Facultatem, C. de revocan. donat.* Clerici etiam in foro ſæculari litigantes miſerabiles dicantur. Sperell. *deciſ.*
75 8. *nu.* 16. immo eo ipſo, quod quis pauper ſit, dicatur miſerabilis, *ut eſt textus in cap. pr. de poſtulat.*, & docent Alex. de Nevo *conſ.* 74. *num.* 12. Creſcent. *deciſ.* 16. *alias* 223. *titulo de Privileg.* Nihi- 76
lominus in caſu noſtro, eò quod Pontifex Diſpenſationem in hac forma concedit, & apponit Clauſulam, *Dummodo Pauperes, & miſerabiles exiſtant, & ex ſuis labore, & induſtria tantum vivant*, excluditur omnis alius vivendi modus, & ita eſt dicta Clauſula intelligenda, ut Oratores in tali Pauperatis ſtatu ſint, ut ob illam natura nos moveat ad miſerandum; unde quamvis, ut diximus, qui pauperes dicantur, relinquatur arbitrio Judicis: Maſ- 77
card. *de Probat. concluſ.* 1154. *n.* 8. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 6. *Gloſſ.* 2. *par.* 4. *n.* 15. *to.* 2. Cæſar de Graff. *deciſ.* 162. *alias pr. num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 120. *n.* 9. *tom. pr.* dictumque 78
arbitrium regulari debeat in judicando Paupertatem ex qualitate perſonarum. Leoncill. *de opibus Paupertatis part. pr. quæſt.* 3. *nu.* 92. & ſic pariter Ju- 79
dicis arbitrio relinquatur, quæ Perſonæ dicantur miſerabiles, Leoncillus *l. c. n.* 86. Maſcard. *concluſ.* 1061. *n.* 1. Sperell. *deciſ.* 1. Sperell. *deciſ.* 156. *n.* 80
20. & quamvis etiam divitiæ non præſumantur, ut probat Tuſch. *concluſ.* 547. *num.* 1. *Lit. D.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 689. *n.* 36. *tom.* 4., cum qualitas Paupertatis habeat præſumptionem, quæ ineſt
à natura, ex quo quilibet nudus, & pauper naſca- 81
tur; Maſcard. *concluſ.* 1154. *num.* 1. Petrus Benintend. *deciſ. Rot. Bononienſ. deciſ.* 22. *num.* 11. Sperell. 138. *num.* 58. *Nudus* (ait Job) *egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc.* Cap. *Sicut hi* 45. Diſt. Et propterea hujuſmodi Paupertas, & miſerabilitas non videatur probanda; attamen
quando ipſa Paupertas, & miſerabilitas ſunt funda- 82
mentum intentionis in Concedente, ut in caſu noſtro, ubi Pontifex non intendit Diſpenſationem in hac forma *Pauperum* concedere, niſi Oratores ſint Pauperes, & miſerabiles, & ex eorum labore, & induſtria tantum vivant, idque geminatis verbis explicat, & declarat, certum eſt tunc tales eſſe debere, ut ad mentem, & intentionem Pontificis correſpectivæ ſint. Leoncill. *d. quæſt.* 3. *num.* 91. & proinde aliter, quam per Juris præſumptionem probandas eſſe hujuſmodi miſerabilitatem, & paupertatem, docent Benintend. *l. c. num.* 13. Afflict. *deciſ.* 277. *nu.* 4. Cævallos. *Quæſt. comm. contra commu. quæſt.* 849. *n.* 16. Sperell. *deciſ.* 156. *n.* 15. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 7. *n.* 9. *tom. pr.* Maſcard. *de Probat. concluſ.* 1154. *n.* 4. Rota *deciſ.* 782. *n.* 4. *part.* 3. *rec. & deciſ.* 617. *n.* 15. *p.* 3. *rec.* unde non poteſt hoc caſu habere locum arbitrium Judicis, cum Papa has qualitates apponat pro forma per dictam clauſulam, *Dummodo pauperes, & miſerabiles exiſtant*; quæ clauſula ea tantum ponit, quæ affirmat, cætera vero 83
explodit. Sperellius *deciſ.* 140. *num.* 31. Sbrozius *de off. Vicarii. lib.* 2. *quæſt.* 120. *nu.* 13. Pat. Leo *in praxi Sacræ Pœnitent. par. pr.* ubi *An Confeſſarii Delegati ſint Executores; verſ. Quomodo intelligendæ, pag. mihi* 54. & ſive conditionem, ſive modum importet, ita qualificat Gratiam, ut nil actum cenſeatur, donec plene juſtificata ſit, Barboſ. *In Praxi exigendi Penſionem, par.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 4. Lother. *de Re Benef. lib. pr. quæſt.* 38. *nu.* 40. Seraph. *deciſ.* 1017. *num.* 4. & dum Papa declarat Oratores debere eſſe Pauperes, & miſerabiles, & ex eorum labore, & induſtria tantum vivere, illa dictio, 84
Tantum, cum ſit taxativa omnem alium vivendi modum excludit. Rota coram Pœnia *deciſ.* 142. *num.* 7. Rota *deciſ.* 600. *num.* 7. *par.* 4. *recent.* Rota coram Merlino *deciſ.* 28. *num.* 6. Seraph. *deciſ.* 257. *numer.* 2. Marant. *Reſp.* 20. *num.* 3. *part.* 3. Barboſ. *de Dictionib. dict.* 349. *nu.* 3. *& dict.* 401. *num.* 2. Lælius Altrograd. *conſ.* 13. *num.* 2. *lib.* 2. Merlin. *deciſ. Rotæ Lucenſ. deciſ.* 96. *num.* 10. Hier. Palma *conſ.* 78. *num.* 2. & Diſpenſationem ad expreſſa comprimit, cogit, & quaſi in pugillo conſtringit, itaut ultra illam progredi, aut extendi non patiatur. *l. Si quis ita legaverit* 3. §. *Cum Titio, ff. de adim. legat.* Marant. *Reſp.* 48. *numer.* 43. *d. part.* 3. Pignatell. *Controv. forenſ. cap.* 61. *num.* 77.

cen-

centuria 2. Vivius *Decis. Regni Neap. dec.* 380. *n.* 11.
85 immo cum additum sit verbum, *Et miserabiles*, non
sufficit, si Oratores sint pauperes, & eorum labore &
industria tantum vivant, si ex locupleti industria vi-
86 vant: ille namque non reputatur pauper, qui ex sua
industria vivere potest. Lother. *de Re Benef. lib.* 2.
quæst. 36. *n.* 33. Mascard. *de Probat. conclus.* 1154.
nu. 36. Rot. *decis.* 552. *num.* 4. *part.* 4. *recent.* Leon-
cill. *de Opibus Paupertatis part.* 2. *privil.* 249. *num.* 31.
87 & habere artem, & habere bona æquiparantur.
Leoncill. *de Opibus Paupertatis part. pr. quæst.* 2. *num.*
88 45. immo quamvis regulariter, ubi agitur de Paupe-
rtate ad certum, & determinatum effectum, non at-
tendatur industria, nec opera, ob fragilitatem huma-
næ potentiæ, quæ variatur ex tempore, sed conside-
retur, an quis habeat tot in bonis, itaut ex illorum
fructibus vivere possit, Rota *decis.* 628. *num.* 3. *part.*
4. *recent.* veruntamen ex quo in Literis, ultra ver-
bum *Pauperes*, additum est aliud, nempe, *Et mise-*
89 *rabiles*, verificari debet etiam miserabilitas Oratorum,
ut supra diximus; Unde si Oratores ex locupleti in-
dustria vivant, & bona non possideant, verificabitur
quidem Paupertas, non tamen miserabilitas, prout
90 Pontifex per suas Literas requirit, dum addit, *Et*
miserabiles; quæ dictio *Et*, conjunctiva est, & co-
pulativa, Cæs. de Gras. *de Rebus Eccles. non alien.*
decis. pr. num. 5. Lælius Altograd. *cons.* 13. *num.* 8.
lib. pr. Corne. *cons.* 69. *nu.* 3. *vol. pr.* Barbos. *de Di-*
ctionib. dict. 100. *nu.* 3. & ponitur inter diversa Rot.
inter impressas per Pasificum *post tract. de Salviano*
91 *Interdicto*, *decis.* 97. *num.* 3. & semper de sua natura
aliquid addit. Puteus *decis.* 230. *num.* 2. *lib.* 2.
Leoncill. *d. tract. part. pr. quæst. pr. num.* 19.

An autem dici possit pauper Filiusfamilias, qui
92 nil quidem in vita Parentum possideat, sed habeat
ipsos Parentes divites, & propterea obtinere possit
Dispensationem in hujusmodi forma *Pauperum*, vide-
93 tur negative respondendum; cum de jure naturæ te-
neantur Parentes alimenta præstare filiis, *l. pr. cum*
sequen. C. de alend. filiis. Leo *in Praxi Sacr. Pœni-*
tent. par. 1. Formula *Pro eo qui vovit castitatem servare,*
94 *vers. Utriusque Paupertas, pag. mihi* 133. & conse-
quenter, dum adsint alii, ad quos spectet onus, alen-
di, non possit quis dici pauper. Gratian. *discept. forens.*
cap. 552. *num.* 18. *tom.* 3. Mascard. *de probat. conclus.*
95 1154. *nu.* 37. idque verum sit, quamvis etiam sola
96 Mater dives sit, cum & ipsa in subsidium alere tenea-
tur, quando Pater, & alii Ascendentes ex linea pa-
terna defierint, vel sint egentes. *l. Si quis, quinta*, §.
idem in liberis ff. de lib. agnosc. & alen. & valeat con-
97 sequentia, ut si Pater dives sit, Filius etiam dives sit
Paris. *de Resignat. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 24. Leoncill.
98 *d. par. pr. quæst.* 5. *num.* 17. Decius *cons.* 443. *num.*
6. 7. & 8., cum Filius eadem persona cum Patre
reputetur *l. ultima C. de Impub. & aliis subst.* Paris.
99 *l. c. n.* 27. Unde Æstimum Patris. Æstimum filii,
Paris. *l. c. num.* 26. Mascard. *de Probat. conclus.* 1151.
100 *nu.* 14. Leoncill. *dicta par. pr. qu.* 1. *n.* 18., cum Filii
in vita Parentum sint quodammodo domini rerum
paternarum, propter usum promiscuum: Pignatell.
controv. forens. cap. pr. n. 5. *Centuria pr.* Rota co-
ram Merlino *decis.* 193. *num.* 16. Leoncill. *part.* 2.
privil. 328. *num.* 9. Cævallos *comm. contra comm.*
101 *qu.* 701. *nu.* 61., & hæreditas Patris sit quasi debita
Filiis: Gratian *discept. forens. cap.* 971. *num.* 19., &
102 proinde in Filium dicatur continuare, non de novo
acquiri: Merlinus *de Legitim. lib. pr. tit.* 1. *quæst.*
1. *num.* 2. Rota coram Merlino *l. c.* Soacius *super*
Instit. lib. pr. de hæredit. quæ ab intestato deferunt §.
Qui dicuntur sui hæredes, *num.* 4. Paschal. *de virib.*
Patriæ potestatis part. 4. *cap.* 1. *n.* 9. Redenasch. *cons.*
103 *pr. nu.* 39. unde post mortem Parentum non videa-
tur hæreditatem percipere, sed magis liberam bono-
rum administrationem consequi, quasi olim dominus
esset, qui etiam vivo Patre quodammodo dominus
existimabatur, & eodem pacto; Marant. *Respons.* 30.
104 *num.* 13. *part.* 1. Immo & habeatur pro divite, qui
habet actionem ad acquirendas divitias, & ad exigen-
dum: *l. Qui potuit facere, de Regulis Jur.* Gratian.
discept. forens. cap. 120. *num.* 55. *tom. pr.* Rota
decis. 72. *num.* 5. *par.* 4. *recent.* Leoncill. *d. tractato*
part. pr. quæst. 5. *num.* 24. prout & dives reputetur, 105
qui potest facere, ut dives sit. Rota *dicto n.* 5.

Nihilominus, prædictis non obstantibus, exi-
stimo posse dari casum, ut Filius possit in hac for- 106
ma Dispensationem impetrare, quamvis Parentes sint
divites, quia, si Filius nulla bona possideat, & à Pa-
rentibus expulsus non recipiat ab eis alimenta, nec
aliud subsidium, nec ei in vita Parentum de Jure,
vel ex dispositione aliquorum certorum Statutorum,
competat aliqua portio loco Legitimæ, seu aliter in
bonis eorumdem, ut maxime contingere potest ex il-
lis 14. causis, ex quibus permittitur exhæredatio,
quæ habentur penes d. Soacium *super Institutis, lib.*
2. *titul.* 13. §. *Quæ causæ sint, propter quas Filii à*
Parentibus exhæredari possint, *nu.* 4. & 5. & prom
de etiam alimenta denegantur, ut probant Leoncill. 107
part. 2. *privil.* 161. *nu.* 21. & Surdus ab ipso rela-
tus; Donat. Anton. de Marinis *resol. quotid. lib.* 1.
cap. 143. *nu.* 7. Michalor. *tract. de Fratribus part.*
2. *cap.* 35. *n.* 41., itaut pauper, & miserabilis exi-
stat, & ex suis labore, & industria tantum vivat,
cur casu isto non verificabitur in eo qualitas Paupe-
rtatis, & miserabilitatis, requisita ad impetrandam in
hac forma Dispensationem; cum necesse sit de præ-
senti succurrere honori fœminæ, quæ si matrimo-
nium non contrahat cum ipso, periculum est, ut
diffamata, & inupta remaneat, & gravia scandala
verisimiliter exoriantur; & si matrimonium differre-
tur post mortem Parentum, quot peccata, & scan-
dala sequerentur? Unde oportet de præsenti provi-
dere. Nec refert hoc casu, quod Filius sit positus in
conditione, etiam ut post mortem Parentum spera-
re possit hæreditatem; quia ad hoc, ut quis dicatur 108
pauper, habetur respectus ad id, quod possidet, &
non ad id, quod sperat, vel judicialiter petit, quam-
vis hæreditates etiam pingues à Judice petat, ut ex-
presse docent Innocentius *de off. & potest. Judicis De-*
legati cap. Significantibus n. 4. Merlin Pignatell. *dict.*
controv. forens. cap. 1. *n.* 10. *Centur. I.* Sperell. *decis.*
156. *n.* 16. Alexand. de Nævo *cons.* 74. *n.* 12., quia
adhuc in statu præsenti judicatur pauper, ut bene
concludit dictus Alexander de Nævo *l. c.* ubi advert-
tit, id esse menti tenendum; & maxime facit, quod
Pater potest vendendo, vel aliter titulo oneroso con-
trahendo, privare Filium etiam Legitima, ut bene
animadvertit dictus Donatus Antonius de Marinis 109
d. cap. 143. *n.* 2. Unde quem esse divitem, vel pau-
perum paria sunt, si suis divitiis uti non possit. Ro-
ta *decis.* 97. *nu.* 3. *par.* 2. *divers.* Simon de Pretis
de interpret. ult. volunt. lib. 3. *fol.* 2. *nu.* 36. & *fol.*
5. *n.* 23. & *lib.* 4. *fol.* 1. *n.* 94. Lotherius *de Re*
benef. lib. 2. *quæst.* 8. *num.* 59. si etenim alicui com-
petant actiones, at non possit eas exercere, est tan-
quam organum sine spiritu, ut ponderat idem Lo-
therius *lib.* 1. *quæst.* 39. *num.* 125. & propterea cum 110
nullum jus Filio competit in vita Parentum, etiam
in Legitima *l.* 1. §. *Si Impub. ff. de collat. bonor.* Bar-
bos. *in Collect. in Codicem l. si emancip.* 3. *num.* 6.
Paris. *de Resign. benef. lib.* 1. *qu.* 6. *num.* 53: Gratia-
nus *discept. forens. cap.* 729. *num.* 25. *tom.* 4. Fari-
nac. *cons. crim.* 52. *num.* 6. *lib.* 1. Antoninus *var.*
resol. lib. 2. *resol.* 54. *num.* 6. Alexand. Trentacinq.
var. resol. lib. 1. *tit. de Legitim. resol.* 3. *num.* 3. §.
In casu. Merlin. Pignatell. *controv. forens. cap.* 23.
num. 8. *Centur. I.* Donatus Antonius de Marinis *re-*
sol. quotid. lib. 1. *cap.* 143. *num.* 1. Fabius de Anna
in addit. ad Patr. sing. 531. & noviss. celebratis-
simus Doctor noster Lælius Altograd. *cons.* 43. *num.*
3. *lib.* 3. cum viventis nulli sint hæredes. Angelus 111
cons. 306. *num.* 2. Lælius Altograd. *cons.* 53. *nu.* 19.
d. lib. 2. & Filius satis probat se esse pauperem, as- 112
serendo nulla bona possidere: Rota *decis.* 499. *n.* 4.
part. 1. *divers.* & Covarruv. à dicta Rota ibi cita-
tus; Et proinde præsumitur pauper ex præsumptione 113
Juris. Rota coram Buratto *decis.* 756. *n.* 7. Leon-
cill. *de Opibus paupertatis part.* 2. *privil.* 162. *n.* 3. 114
Immo nec subreptitia erit Dispensatio, in qua Ora-
trix narravit se esse pauperem, si vere talis erat,
quamvis spem magni Patrimonii haberet; Sayrus *in*

Flo-

Floribus lib. 1. *dec.* 3. *titul.* 3. quia ad hoc; ut Jus ſuccedendi ſit conſideratione dignum, debet eſſe de præſenti valide quæſitum. Pignatell. *controverſ. forenſ. cap.* 23. *num.* 9. Salgad. *Labyr. Credit. part.* 2. *cap.* 22. *nu.* 115. nec Jus in ſpe conſideratur: dictus Merlin. *l. c. num.* 17.

115 Nec crediderim teneri quem vendere Domum, vel alia bona exigui redditus, ut pretium eroget in obtinenda, & impetranda Diſpenſatione in forma ordinaria, & debitas Taxas, Compoſitiones, & Jura Officialium Romanæ Curiæ propterea ſolvat, ſi alias ſit pauper, & miſerabilis; quia ad inſpiciendum, & dignoſcendum, an quis ſit pauper, attenditur

116 principaliter ad fructus, quos percipit, & non ad pretium, quod ex hujuſmodi venditione haberi poſſet. Donatus Antonius de Marinis *reſol. quotid. lib.* 2. *capit.* 84. *numer.* 2. Leoncill. *eodem tract. part.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 20. Merlin. *deciſ. Rot. Lucan. dec.* 70. *num.* 10. Rota *deciſ.* 48. *numer.* 8. *part.* 2. *diverſ.* & faciunt dicta per dictum Leoncillum *d. part.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 31.

Accidit aliquando, ut Oratores ſint quidem Pauperes, & miſerabiles, ſed aliqua bona modici valoris poſſideant, itaut ex fructibus, qui ex illis annua-

117 tim percipi ſolent, poſſent per duos, vel tres menſes anni, ſeu circiter vivere, & tunc examinari ſolent ab Ordinario Teſtes ſuper qualitate, & facultatibus Oratorum; & juxta probationes factas, fit Fides ab ipſo Ordinario, quod Oratores poſſident bona talis, & talis annui redditus, & in reliquis ſunt pauperes, & miſerabiles, & ex eorum labore, & induſtria tantum vivunt; & dicta Fides tranſmittitur Romam, & ex ejus tenore Dominus Datarius, ejuſque Officiales dignoſcere poſſunt, an Oratores ſolvere poſſint aliquam ſaltem extraordinariam Compoſitionem; & eo caſu ſolent Oratores, ut plurimum, taxari in ſolutionem ſummæ, quæ uno anno percipi ſolet ex bonis alterius ex Oratoribus; qua Compoſitione ſoluta, expediuntur Literæ in dicta forma *Pauperum*, in quibus exprimitur, *Oratores poſſidere bona talis annui redditus, &c. & in reliquis eſſe Pauperes, & miſerabiles, & ex eorum labore, & induſtria tantum vivere*; Unde in verificatione precum coram Delegato facienda, verificari debebit annuus redditus bonorum, quæ Oratores habent, & quod in reliquis ſunt Pauperes, & miſerabiles, &c.

118 Quod ſi in probatione coram Ordinario facta, non verificaretur Paupertas Oratorum, ſed reperiretur non eſſe ita pauperes, & miſerabiles, ut expoſitum fuerat Pontifici, non poterit Delegatus ad Diſpenſationem procedere, ſed recurrere debebit de novo ad Summum Pontificem, pro impetratione novarum Literarum in forma *Perinde valere*, pro quibus obtinendis, Supplicatio concipi ſolet infraſcripto, vel ſimili modo.

119 *Beatiſſime Pater. Alias pro parte N. & N. expoſitum Sanctitati Veſtræ, ipſis Oratoribus ſcientibus, ſe Tertio Conſanguinitatis Gradu invicem eſſe conjunctos, Oratorem prædictum, non quidem peccandi data opera, ut crimine admiſſo, &c. dictam Oratricem cognoviſſe, &c. & niſi Matrimonium inter eos contraheretur, &c. cupere, &c. ſed ſtante Impedimento hujuſmodi, Matrimonium contrahi non poſſe; quare Vicario Epiſcopi Lucani, &c. quatenus, ſi Preces veritate niti reperiſſet, Oratores præfatos, qui, ſicut tunc aſſerebant, Pauperes, & miſerabiles exiſtebant, & ex ſuis labore, & induſtria tantum vivebant, in primis ab invicem ſepararet, deinde, &c. utque dictus Orator operam ſuam conferret, &c. tribus ſaltem menſibus, aliaque injungeret, &c. Qua pœnitentia publica peracta, & recepto juramento, &c. & quatenus cauſa quoquomodo in Judicium deducta fuerit, Parito Judicato, &c. Demum, &c. ſi expediens videretur, &c. Prolem, &c. prout in dictis Literis continetur; Quibus quidem Literis eidem Vicario præſentatis, idem Vicarius contenta in eis verificari mandavit; & cum ei in verificatione conſtitiſſet, eos Pauperes non exiſtere; ad illarum ulteriorem executionem procedere recuſavit: Supplicant igitur humiliter eandem S. V. Oratores præfati, quatenus eos amplioris Gratiæ favore proſequendo, eidem committere, & demandare dignetur, ut hujuſmodi negotium reaſſumens, Literaſque prædictas valere decernens, ad earumdem Literarum executionem, ſervata alias earum forma, procedat in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi in illis nulla, quod Oratores Pauperes exiſtant, mentio facta, Oratoribus, Pœnitentia publica prædicta, ipſique Oratori, quod operam ſuam Fabricæ, aut in aliud ſervitium alicujus Eccleſiæ, vel loci Pii conferret, injunctum minime fuiſſet, de Gratia ſpeciali; non obſtantibus omnibus illis, quæ in prædictis Literis voluit non obſtare, & cum Abſolutione à Cenſuris ad effectum, &c.*

Id tamen eſt adnotandum, quod ad dignoſcendum, an Oratores ſint pauperes, non habetur in conſideratione, an habeant Bona, ſi ære alieno gravati ſint, quia ſi deductis oneribus, parum ſuperſit, adhuc non

120 deſinunt eſſe pauperes, quamvis multa Bona ha-

121 beant, cum non dicantur Bona, niſi deducto ære alieno. Molfeſ. *tom.* 1. *part.* 7. *quæſt.* 3. *nu.* 17. Barboſ. *de axiom. axiom.* 37. *num.* 1. Hieronym. Palma *conſ.* 47. *num.* 72. Leoncill. *de Paupert. opibus part.* 2. *privil.* 75. *num.* 6. nec dicantur fructus, niſi deductis

122 expenſis. Cencius *tract. de Cenſib. quæſt.* 35. *num.* 19. Redenaſch. *conſ.* 77. *num.* 11. Rota inter deciſ. impreſſas per eundem Cencium poſt *d. tract. de Cenſib. dec.* 387. *n.* 2. Pariſ. *de Conſid. quæſt.* 35. *nu.* 32. Rota inter impreſſas poſt ſec. volum. conſil. Farinac. *dec.* 227. *num.* 4.

Secundo adnotandum, quod licet Pontifex committere intendat Diſpenſationem Oratricis, & in

123 hoc ſe conformare diſpoſitioni Concilii, ut diximus ſupra, ſi tamen Oratores in aliena Diœceſi domicilium contraxiſſent, & ſaltem per annum ibi habitaſſent, Fides eorum Paupertatis ſufficiet, ſi facta eſſet ab Ordinario Domicilii, quia præſumitur magis informatus de ſtatu, & Paupertate Oratorum; & ita de ſtylo ſervari teſtatur Corrad. *dict. Praxi Diſpenſ. Apoſt. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 24.

Tertio adnotandum, quod licet pro Oratoribus

124 abſentibus nihil recipiatur à Dominis Scriptoribus Apoſtolicis, quibus ſufficit ipſas Literas in forma *Pauperum* videre conſcriptas, ad hoc ut illas ſubſcribant, nempe, *Gratis pro Deo*; nihilominus per officium minoris Gratiæ ita taxantur, ac ſi illi pauperes non eſſent, ſed ſolum eis prodeſt Paupertas, ut integram ſolutionem Compoſitionis evadant.

Ultimo adnotandum, quod ſi Oratores ſint Nobi-

125 les, & Pauperes, & velint Diſpenſationem in forma *Pauperum*, ſufficit hoc caſu exponere, quod ſint ex honeſtis Familiis, & Pauperes, & ex eorum labore, & induſtria vivant, & quod ob copulam inter eos ſecutam, vel ſuſpectam converſationem habitam, niſi matrimonium inter eos contraheretur, Oratrix innupta, & diffamata remaneret, & gravia ſcandala poſſent veriſimiliter exoriri; unde eo caſu non dicitur, quod ſint miſerabiles, & ex eorum labore, & induſtria tantum vivant, nec injungitur ſervitium Eccleſiæ, nec Pœnitentia publica, ſed cum aliqua modica Compoſitione conceditur Diſpenſatio.

IN PRIMIS AB INVICEM SEPARES.

Verificatis itaque omnibus, quæ ex forma, & tenore Literarum verificanda erunt, Delegatus ad Decretum ſeparationis deveniet, quia cum ante Diſpenſationem præcedere debeat Pœnitentia publica, &

126 expleri ſervitium Eccleſiæ, interim, ad ſcandala vitanda, & fugiendam occaſionem reincidentiæ in peccata, Oratores manere debebunt ſeparati, itaut Orator in una, & Oratrix in alia Domo habitent, ne inter ſe, cum periculo animæ, & ſcandalo Populi converſent; qui enim amat periculum, peribit in il-

127 lo. Salomon *Proverb.* 3. *n.* 47. Sperell. *deciſ.* 175. *n.* 5. quod Decretum ſeparationis infraſcripto, vel ſimili modo fieri poterit.

Die, &c. Perilluſtriſs. & Reverendiſs. D. Flami- 128 *nius Nobili J. U. D. Canonicus Cathedralis Lucanæ, & Nob. Lucenſ. Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. D. Petri Rota Epiſcopi Lucani, & Comitis, in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, in hac parte uti Delegatus Apoſtolicus, viſis, & bene conſideratis requiſitis, & Clauſulis contentis in Literis matrimonialis Di-*

lis Dispensationis, à SS. D. N. Alexandro Papa Septimo obtentis per Antonium, & Magdalenam de Camajore hujus Lucanæ Diœcesis, verificatisque coram se contentis in ipsis Literis, Decrevit, quod supradicti Antonius, & Magdalena separentur ab invicem arbitrio dicti D. Vicarii, prout illos præsenti Decreto separari mandavit, itaut dict. Antonius in una, & dict. Magdalena in alia Domo separatim vivant: De qua quidem separatione exhibere teneantur Fidem eorum Parochi, in Actis hujus Curiæ relaxandam; & ita, &c.

Flaminius Nobilis, Vic. Gener. Lucanus, Delegatus Apostolicus.

N. Notarius Publicus Lucen. ac Curiæ Episc. Luc. Canc.

129 Si post factam separationem ab Ordinario, Oratores per aliquod tempus separationem servaverint, sed tamen in ea non continuaverint usque ad Decretum Dispensationis, existimo adhuc posse Delegatum Dispensationem exequi, maxime si scandala ex ulteriori dilatione timeantur, & periculum sit incontinentiæ, & omnia alia, quæ adimpleri debebunt, fuerint adimpleta; quia ipse jam separavit, ut habebat in Mandato; & tempus, quo remanere debent separati, remittitur ipsius arbitrio; faciunt dicta per Garziam *de Benef. part.* 8. *cap.* 3. *n.* 92.

DEINDE SI VENIAM A' TE PETIERINT HUMILITER.

130 Dictio, *Deinde*, ordinem significat, & est præcedentium continuativa, & ab illis integram causam perficit. Sanchez *lib.* 3. *disp.* 7. *n.* 17. Lezana *in Summa, tom.* 3. *verbo Dictio, n.* 14. & conditionem im-
131 portat, *l. prim. §. Si quis, ff. de verb. oblig.* Gutier. *can. qq. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 113. Sperell. *decis.* 125. *nu.* 39. Cæphal. *cons.* 638. *n.* 8. *tom.* 5. Menoch. *cons.* 15. *num.* 114. *vol.* 1. Unde si post factam separatio-
132 nem velint Oratores dispensari, debebunt à Delegato prius petere veniam humiliter de commissis excessibus, ut sic dent signum pœnitentiæ. *cap. Peccati ve-*
133 *nia* 5. *de Regulis Juris in* 6. qui enim veniam petit, pœnitens esse debet. *cap. Nemo* 14. *de Simonia*, &
134 non nisi se corrigentibus venia datur. *cap. Legitima* 24. *quæst.* 2. Marant. *resp.* 4. *numer.* 21. *part.* 2. nec
135 conceditur non pœnitenti. Resp. Marantæ *l. c. num.* 52. Sperellius *decis.* 111. *num.* 46. absurdum namque esset, absolutionem non petenti dare. Corrad. *in Praxi Dispens. Apost. lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 1.

136 Hæc autem Clausula diversimode concipitur in Dispensationibus matrimonialibus, quæ in dicta forma *Pauperum* expediuntur pro Gallicis, quia ibi dicitur, *Deinde si veniam à te petierint, imposita eis, pro modo culpæ, Pœnitentia salutari, receptoque ab eis juramento, quod talia deinceps non committent, nec committentibus præstabunt auxilium, consilium, vel favorem, ipsos ab Incestus reatu, & Excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis Ecclesiasticis, & temporalibus, tam a Jure, quam ab Homine, contra similia perpetrantes, promulgatis, in utroque foro absolvere, &c.* Vide Corrad. *c.* 6. *n.* 79. Animadvertendum insuper, quod, non petita hujusmodi venia, non potest Delegatus ad executionem Dispensationis devenire, cum Dictio, *Si*, conditionem importet. Genua *de Enunciativis lib.* 3. *quæst.* 5. *n.* 17. Menoch. *cons.* 15. *nu.* 14. *tom.* 1. Mantic. *de Conject. lib.* 10. *titul.* 5. *n.* 4.

EAM ILLIS POENITENTIAM PUBLICAM IMPONAS, QUÆ ALIOS DETERREAT A' SIMILIBUS COMMITENDIS.

137 Ob publicum peccatum, imponenda est publica Pœnitentia, juxta Textum *in cap. Quæsitum* 7. *de pœnit. & remiss.* Seraphin. *dec.* 54. *num.* 6. & in publicis
138 delictis per publicam solum vindictam Reipublicæ satisfit, ad exemplum, & terrorem aliorum. *l.* 1. *C.*
139 *ad l. Juliam repet.* Ea enim Pœnitentia, quæ pro foro conscientiæ à Confessario imponitur, tendit ad alium finem, nempe ut per eam Pœnitens satisfaciat Deo, & cum eo reconcilietur: at Pœnitentia, quæ pro foro externo subiri debet propter scandalum, spectat ad vindictam publicam, & Reipublicæ satisfactionem. Rota coram Merlin. *decis.* 15. *numer.* 9. ideo Delegatus, post humiliter petitam ab Oratoribus veniam, debebit utrique Oratori Pœnitentiam publicam, juxta tenorem Literarum suæ Commissionis, imponere. Hæc tamen Pœnitentia à 140
Pontifice non declaratur qualis esse debeat, sed remittitur arbitrio Ordinarii, ita tamen quod publice fiat, & talis sit, ut alios deterreat à similibus committendis, ut si minus virtutis amore, saltem formidine pœnæ, ad bene, rectèque vivendum inducantur, juxta illud, *Oderunt peccari mali formidine* 141
pœnæ.

Quamvis autem hæc Pœnitentia debeat esse publica, & talis, ut inde alii terreantur, non tamen so- 142
lemnis esse debet; quæ fit quadam ignominiosa forma. In multis autem locis usu receptum est, (& ita 143
ab Ordinariis Lucanis, dum ad has Commissiones exequendas Delegati sunt, servatur) ut Oratores una die festa de mane, dum in Parochiali Ecclesia Oratricis celebratur Missa Populo, maneant ante fores Portæ principalis ejusdem Ecclesiæ, genibus flexis, & detecto Capite, cum una candela accensa præ cujusque Oratoris manibus; Et cum dicta Pœnitentia, ex forma à Pontifice præscripta, debeat esse publica, ut alii à similibus committendis terreantur, non poterit ille, ad quem spectat, dictam Missam celebrare, vel celebrare facere summo mane, antequam populus concurrat ad Ecclesiam, quia mens Summi Pontificis est, ut publica sit, tum ob erubescentiam Oratorum, tum ad exemplum aliorum, ut diximus, & propterea cum id sit de forma à Pontifice præscripta, ea non servata, actus est nullus, ut diximus supra.

Et quidem de nonnullis Parochis audivi, qui; ut Oratoribus rem gratam facerent, Mandata Apostolica parvi facientes, Missam summo mane celebrare, vel intempestivo tempore celebrari curant, adhibitis quinque aut sex personis Consanguineis, vel Amicis Oratorum, studiosè vocatis, ne extraneæ personæ id sciant, & sic Oratores, absque rubore Pœnitentiam adimpleant; & deinde Parochus facit Fidem de adimpleta Pœnitentia, suas, & Oratorum conscientias illaqueando, unde Dispensatio inde sequu- 144
ta, tanquam contra mentem expressam Summi Pontificis extorta, non proderit, quia non facere, & 145
inutiliter, & minus legitime facere pariæ sunt. *l. non putavit, & l. quoties, ff. Qui satisdare cog.* Paris. *de Resignat. lib.* 11. *quæst.* 7. *n.* 8.

UTQUE IDEM ANTONIUS OPERAM SUAM CONFERAT FABRICÆ, AUT IN ALIUD SERVITIUM ALICUJUS ECCLESIÆ, VEL LOCI PII TRIBUS SALTEM MENSIBUS.

Ultra dictam publicam Pœnitentiam, quæ utrique Oratori imponitur, ut diximus; alia Pœnitentia soli Oratori injungitur, nempe, *Ut operam suam conferat Fabricæ, aut in aliud servitium alicujus Ecclesiæ, vel Loci Pii* per aliquot menses; magis, vel minus, prout rei qualitas, & proximitas graduum, super quibus dispensandum est, requirunt; Regulariter autem si Oratores sint in gradibus propinquiori- 146
bus, tam Consanguinitatis, quam Affinitatis, ut in secundo, vel secundo & tertio, imponi solet Pœnitentia, quinque; si in tertio & quarto, seu simplici quartò, trium mensium; & si gradus sint mixti, & ex multiplicatis Stipitibus procedant, assignantur plures, seu pauciores, arbitrio Summi Pontificis, vel Domini Datarii; Quamvis si Orator accedat ad Urbem, istud tempus minuatur, ut diximus.

Circa prædicta, sunt adnoranda nonnulla magis in Praxi practicabilia; Et Primo, ut necesse non sit 147
hanc Pœnitentiam, & personale servitium fieri tempore continuato, sed sufficere si interpolate expleatur, cum in Literis non præcipiatur, ut Orator operam suam conferat per tres saltem menses, sed dicitur tribus saltem mensibus, in ablativo absoluto: si etenim diceretur, per tres saltem menses, tunc dictio, 148
Per, tempori adjuncta, totius temporis continuationem importat. Gonzales *ad Reg.* 8. *Cancell. Glossa* 9. *in annotat. n.* 89. Corrad. *in Praxi Dispens. Apost.*
lib. 8.

libr. 8. *cap.* 6. *num.* 27. Marant. *resp.* 46. *numer.* 14. *part.* 4.

Secundo adnotandum, quod, quamvis vinculum Consanguinitatis fortius sit vinculo, & attinentia Affinitatis, ut jam diximus, tamen in impetrationi-
149 bus Dispensationum matrimonialium, tam in ista, quam in ordinaria forma, nullum discrimen constituitur in taxando expensas, & infligendo Pœnitentias, sed pari modo proceditur, nullo habito respectu, an Oratores Consanguinei sint, vel Affines; & ita se habet stylus Curiæ, ut notum est, & testatur Corrad. *d. cap.* 6. *n.* 3.

150 Adnotandum Tertio, Dispensationes matrimoniales in forma *Pauperum*, in remotioribus gradibus, nempe ultra tertium, transire per officium minoris Gratiæ, & ibi, si Oratores sint absentes ab Urbe, ex integro taxari, perinde ac si ipsi pauperes non es-
151 sent, at in propinquis, nempe in tertio Consanguinitatis, vel Affinitatis, & aliis propinquioribus, quamvis ex duplicatis, vel multiplicatis Stipitibus Impedimenta insurgant, transire per Cancellariam, ubi ipsæ Literæ non taxantur, sed signantur *Gratis pro Deo*; & sic nulla ibi solvitur Taxa, sed solum nonnulli parvi nummi erogantur, pro laboribus ali-
152 quorum Officialium; Si tamen Oratores præsentes sint, recipitur ab eis juramentum, quod ipsimet sint eædem Personæ, de quibus in Literis Testimonialibus præsentatis ab ipsis; unde major est impensa, quæ
153 per Oratores ab Urbe absentes sustinetur pro Dispensationibus in hujusmodi forma *Pauperum* impetrandis, super gradibus remotioribus, quam super propinquioribus, ut tertio, vel duplici, seu triplici tertio; Id quod multi, qui de hujusmodi stylo sunt ignari, capere non possunt.

154 Adnotandum Quarto, servitium Ecclesiæ Oratori injunctum, non posse à Delegato minui, & in aliqua, licet minima parte, relaxari; sed dictum servitium integre debere expleri, antequam ad ipsam Dispensationem deveniatur, quia illa dictio, *saltem*,
155 est ampliativa, & non limitativa; Seraphin. *decis.* 787. *num.* 8. nec excludit majora: Cæsar de Grassis
156 *decis.* 117. alias 6. *nu.* 15. & cum hujusmodi tempus omnino requiratur ad perfectionem, & complemen-
157 tum ipsius servitii, existimatur de forma, ut bene advertit Maranta *respons.* 46. *à num.* 18. *part.* 4. unde completum esse debet, atque perfectum; idem
158 Marant. *l. c. num.* 25. & consequenter non poterit Delegatus servitium, nedum diei unius, remittere,
159 quamvis enim minima regulariter non habeantur in consideratione, & de minimis Lex non curet, *l. In commodatis* 18. *§. Possunt*, *in fine*, cum aliis Barbosa *de axiom. axiom.* 150. *num.* 1. & parum, & ni-
160 hil æquiparentur, Marius Antoninus *var. resol. lib.*
161 2. *resol.* 18. *numer.* 6. & modicum tempus pro non tempore reputetur, Mandos. *ad Regul. Cancell. Regul.* 16. *quæst.* 19. *numer.* 3. Nibilominus cum à Pontifice præcipiatur Delegato, ut Pœnitentiam imponat, ac servitium personale, trium saltem mensium, id sub certa forma præscribitur, quam tenetur Dele-
162 gatus omnino servare. Barbosa *in Votis Canonicis lib.* 1. *vot.* 5. *num.* 16. Garcia *de Benef. part.* 6. *cap.*
163 3. *num.* 40. quæ forma ita transgreditur in minimo defectu, sicut in magno. Gomes. *Reg. de Idiom. qu.* 8. *lit. A.* Gonzales *ad Reg.* 8. *Cancell. Glossa* 18. *nu.*
164 77. immo etiam in uno nummo transgreditur. Fontanell. *de Pactis Nupt. clausula* 7. *Glossa* 3. *part.* 6. *n.* 14. Barbosa *in dictis Votis lib.* 1. *vot.* 5. *n.* 17. Unde non poterit Delegatus formam præscriptam non servare, & consequenter, nec aliquod, licet modicum tempus poterit Oratori indulgere: Poterit qui-
165 dem tempus Oratori assignare longius eo, quod in Literis sit expressum, quia Pontifex præcipit, ut saltem tres menses assignet; non tamen prohibet, quin possit Delegatus majus tempus assignare, ut bene animadvertit idem Corrad. *in d. Praxi d. capit.*
166 6. *n.* 34. Quod si casus eveniat, ut ob supervenientem infirmitatem, vel imminentia scandala, aut aliam justam causam opus sit commutatione, vel expediat matrimonium cito contrahi, debebit, ante quam sit expletum dictum Ecclesiæ servitium, recurri

ad Dominum Datarium Papæ, qui plenam in his habet à Pontifice potestatem; à quo D. Datario, si 167
aliqua justa causa allegetur, solet per particularem Epistolam rescribi Delegato, cui executio Dispensationis commissa fuit, *ut si tales causæ, quæ sibi expositæ fuerunt, veræ sint, ipsumque matrimonium non possit, absque scandalo differri, donec tempus servitii expletum sit, factis prius per Oratores aliis Pœnitentiis impositis, præstitaque per Oratorem cautione idonea de conferendo quam primum, contracto matrimonio, operam suam, ad formam Literarum Apostolicarum, Fabricæ, aut in aliud servitium Ecclesiæ, vel Loci pii sibi assignati, dispenset*: Et tunc Orator debebit dictam cautionem in forma Juris valida præstare, sub pœnis, & mulctis, arbitrio Delegati imponendis, in casu inobservantiæ Oratoris; injuncto insuper onere Oratori, ut sub eisdem pœnis, & mulctis, teneatur referre Fidem Parochi, ad quem spectabit, quod operam suam toto præscripto tempore præstiterit, ut supra.

Quomodo autem, ac qualis præstari debeat ipsa 168
cautio, ex verbis, quibus utitur Dominus Datarius in rescribendo, dignosci poterit; quia, si simpliciter dicat, quod teneatur cautionem præstare, sufficiet eo casu cautio juratoria, ut bene docet Sanchez *de Matrim. lib.* 10. *Disp.* 18. *num.* 34. & faciunt dicta per Porcium *num.* 4. & Minsingerium *num.* 4. *super instit. lib. prim. titulo* 11. *de adoption. ad §. Cum autem impubes*; at si dicat, quod teneatur Orator cautionem idoneam præstare, tunc non sufficiet juratoria, sed debebit per Instrumentum publicum manu publici Notarii, in forma juris valida, promittere, & se obligare ad dictam operam conferendum, cum obligatione etiam suorum hæredum, & bonorum, sub pœnis, & mulctis à Delegato impositis, & ulterius Fidejussorem facultatibus idoneum, & à Delegato approbandum præstare, ut bene animadvertit, & docet idem Sanchez *l. c.*

Nec est audiendus Genuens. *in Praxi Curiæ Ar-* 169
chiepiscopalis Neapolitan. cap. 20. *numer.* 2. ubi ait, posse Delegatum commutare dictum servitium in aliud diversum opus, si Orator sit persona Nobilis, & delicata; quamvis enim probabile sit, posse Episco- 170
pum ex causa commutare Pœnitentiam à Papa injunctam, Glossa *in c. Tempora* 27. *quæst.* 7. & posse Parochum commutare Pœnitentiam ab ipso Episcopo impositam, & secundum Confessarium injunctam à primo, ut docent inter alios Sylvester, V. *Confessi §.* 27. *num.* 31. Id tamen intelligi debet, ut procedat in foro Conscientiæ, & non in foro externo, ut bene distinguunt Joannes Valer. *Differentia* 5. *numer.* 12. & Decius *in cap. At si Clerici num.* 31. relatus a dicto Genuens. *loc. cit.* quia non po- 171
test Delegatus, cui est præscripta certa forma se ultra illam extendere; *Cap. cum dilecta, de rescriptis*; Seraphin. *decis.* 357. *num.* 6. Marantæ *Respons.* 13. *numer.* 33. *part.* 2. & memini me vidisse adnotatum in libro intitulato: *Registrum Literarum Apostolicarum*, qui conservatur in Archivio Episcopali Luca- 172
no, quod in quodam urgenti casu, cum Illustriss. D. Alexander Guidiccionius, tunc Episcopus Lucanus (Vir spectatæ probitatis, qui post plures annos, quibus singulari pietate, & optimo vitæ Pastoralis exemplo, Ecclesiæ Lucanæ præfuit, Pauperum, Viduarum, & Pupillorum vere Pater, & Pastor, tandem longævæ ætatis veneranda canicie præfulgens, cumulatus Virtutum meritis in Domino quievit) instantissime requireretur pro commutatione hujusmodi Pœnitentiæ, rem detulit ad Urbem, unde responsum fuit *negative*: Poterit quidem Delegatus, si ei 173
opportunum videatur, destinare Oratorem servitio alicujus Hospitalis, ut Infirmis inserviat, & ministret hora prandii, & cœnæ, ut infra dicimus, etiam in Alma Urbe servari, non tamen commutare potest ipsum servitium in aliud opus omnino diversum, ut in solutionem pecuniarum pro Fabrica, vel in Missarum celebrationem; seu eleemosynarum erogationem, vel similia opera Pia, nec aliter quam modo supra permisso intelligi debet Doctrina dicti Genuensis; vide quæ dicimus infra:

Poterit quidem Delegatus commutare onus injunctum jam Dispensato, v. gr. super Voto Castitatis, quando tale onus non posset exequi, Tuschus *concl.* 439. *num.* 8. *lit. I.*

Quinto adnotandum, quod cum in Supplicatione, pro impetranda Dispensatione in hujusmodi forma Pontifici porrecta, dictum fuerit Oratores esse pauperes, & miserabiles, & ex eorum labore, & industria tantum vivere, voluntas Pontificis præsumitur esse, ut postquam Orator per quinque horas circiter diei operam suam contulerit, possit reliquum temporis ipsius diei indulgeri, ut Orator aliquo modo se, & Familiam alere possit, ne fame pereant; nec præsumi potest exuberantem Pontificis benignitatem, & ipsam Ecclesiam, quæ Mater Pauperum dicitur, velle, ut Orator, qui non habet unde vivat, fame pereat, sibique alimenta, quæ in subsidium vitæ necessaria sunt, sua industria non procuret: Ita pariter se habet stylus Curiæ Romanæ, quæ cum sit omnium aliarum Curiarum Ecclesiasticarum mater, & magistra, *l. prima* §. *Sed & si quæ leges C. de veteri Jure enucl.* inservire debet aliis in exemplum; cum Inferiores à Superioribus regulentur. *capit. Est ordo* 12. *causa* 43. *quæst.* 5. & his casibus, servitium dicitur continuum, si pro majori parte diei fiat, ut bene Gratian. *Disceptat. forens. capit.* 440. *numer.* 6. *tom.* 3.

Adnotandum Sexto, non adstringi Delegatum destinare Oratorem præcisæ Fabricæ alicujus Ecclesiæ, vel Loci Pii, quia potest etiam ei imponere, ut loco Fabricæ aliud servitium personale Ecclesiæ præstet, ut diximus, idque aperte constat ex ipsis Literis, per ea verba, *Fabricæ, aut in aliud servitium*; & sic cum dictio, *Vel*, stet alternative, Lotherius *de re Benef. libr.* 3. *quæst.* 37. *num.* 37. Rota in noviss. *decis.* 247. *numer.* 19. coram Merlino, Pater Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ, par.* 3. *circa finem*, sufficit unum ex alternativis adimpleri. Rota *dec.* 569. *n.* 2. *part. prima recent.* & coram Durano *decis.* 103. *n.* 3. Et sic passim servatur, ut diximus.

Intellige tamen, ut operam præstet in servitium Ecclesiæ, vel Loci Pii, non tamen in indigentiis, & servitiis domesticis Parochi, seu Rectoris, prout de nonnullis audivi, qui loco servitii Ecclesiæ præstandi, Oratores in eorum laboreriis occupabant, & sic non Ecclesiæ, vel loco Pio, sed ipsi Rectori inserviebant, nec ob id suo oneri satisfaciebant.

Septimo dico, nomine Loci Pii comprehendi etiam Hospitalia ad pia opera publice extructa, quæ, quamvis sub nomine Beneficii Ecclesiastici non veniant, *Clem. Quia contingit* §. *Ut autem, de Relig. Domib.* Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. Glossa* 5. §. 4. *numer.* 7. si tamen auctoritate Episcopi erecta sint, loca Religiosa sunt, & de foro Ecclesiæ, & sub ejus protectione, ac Episcopi cura. Gratianus *disceptat. forens. capit.* 34. *numer.* 1. *tomo prim. & cap.* 418. *numer.* 9. *tom.* 3. & Ecclesiis comparantur, ac gaudent Ecclesiæ privilegiis, ac immunitate. Rota *decis.* 308. *numer.* 1. *part. prim. recent.* Gutierez *Can. QQ. libr. prim. capit.* 35. *numer.* 29. Marant. *Resp.* 35. *num.* 5. *part.* 3. Merolla *tomo tertio, disp.* 7. *cap.* 5. *dub.* 14. *num.* 247. Immo sub nomine etiam Hospitalis comprehenduntur Xenodochia, ubi Peregrini gratis suscipiuntur. *Glos. in cap. clausula qualibet* 23. *causa* 23. *quæst.* 8. Nosochomia, sive Nosoconia, ubi ægroti curantur, *l. Sancimus*, §. *sed Deo C. de Episc. & Cleric.*

Procotrophia, ubi Mendici debiles pascuntur, qui proprio labore sibi victum quærere non valent, *dicta l. Sancimus, l. Illid.* 19. *C. de Sacros. Eccles.*

Brephotrophia, ubi Infantes pauperum aluntur, *d. l. Illud.*

Orphanotrophia, ubi recipiuntur Pauperes parentibus orbati; *Auth. de Eccles. Tit.* §. *final. Collat.* 9. Galganett. *de Jure publ. lib.* 3. *tit.* 119.

Gerentozomia, ubi Senes pauperes, & infirmi curantur, *d. l. Illud. & d. l. Sancimus*, §. *sed Deo nostro.*

Grotophonia, ubi Fœminæ debilium substentatrices habitant; Hostiensis *in Summa de Relig. domib.*

Seposariæ, ubi detinentur, qui morbo lepræ percussi sunt, *cap.* 2. *de Eccles. ædific. Clem.* 1. *de Præb. & Clem. Quia contingit, de Relig. domib.*

Eleemosynariæ, quæ sunt loca, & redditus, ad eleemosynas faciendas deputati, *Clem.* 2. *de præb.* ibi *Glossa* verbo *Eleemosynariis*; *d. Clem. Quia contingit*: Quæ omnia, licet juxta diversos Regionum usus diversimode nuncupentur, nihilominus Hospitalia dicuntur, & pari passu cum illis ambulant. *Clem. per Literas, de præbend.* ubi de Xenodochiis; Gonzales *d. Gloss.* 5. §. 4. *n.* 11. Mandos. *ad Reg. Cancell. Regul.* 1. *quæst.* 9. Idemque dicendum est de quibuscumque Locis Piis, habentibus necessaria requisita, nempe formam Ecclesiæ, seu Altare pro celebratione Missarum, si sint auctoritate Episcopi fundata. Gutierez *Can. QQ. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 29. Mascardus *de probat. conclus.* 869. præsertim *n.* 13.

Octavo; scias posse Delegatum (si ita res exigat) destinare Oratorem servitio Ecclesiæ, vel Loci Pii; etiam extra propriam Diœcesim; tum quia in Causa delegata gerit vices ipsius Papæ, ut diximus; tum etiam quia una tantum Ecclesia fuit à Christo Domino per totum Orbem constituta, licet in multa membra divisa, sicut in toto Mundo dici potest Episcopatus unus multorum Episcoporum, concordi numerositate diffusus; *cap. Novatianus Episcopus* 7. *quæst.* 1. & ideo poterit Delegatus, post inceptum ab Oratore in aliquo loco servitium, aliqua justa causa suadente, eidem indulgere, ut pro residuo temporis servitium in alio loco finiat, quia, sicut diximus, unica est Ecclesia.

Addo Nono; teneri Oratorem per se ipsum operam suam conferre, nec posse per alium supplere, & satisfacere, alias nulliter aget; quamvis enim Regula generalis, quod *Qui per alium facit, per seipsum facere videatur*, Regula *Qui per alium* 72. *de Reg. Juris in* 6. Marant. *respons.* 44. *nu.* 19. *part.* 4. cum tamen in casu nostro agatur de satisfactione Pœnitentiæ, à Pontifice in pœnam excessuum impositæ, non potest per alium adimpleri; & sicut non potest quis per alium vovere, ita nec Pœnitentiam accipere. *Gloss. in cap. Sciendum* 27. *quæst.* 1. Et cum Oratores obtinuerint dispensari in forma *Pauperum*, & consequenter effugerint solutiones Compositionum, æquum est, ut si non habent in ære, luant in corpore. *Glossa capit.* 1. *caus.* 15. *quæst.* 6. Et testatur Corrad. *in Praxi Dispens. Apost. lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 19. in casu simili, eo quia Orator non satisfecerat personaliter, sed per alium, fuisse declaratam à S. Pœnitentiaria Dispensationem nullam, & quamvis jam contractum fuisset matrimonium, nova opus esset Dispensatione. Et quidem nullam Reus pertimescit pœnam, quam scit posse pecunia redimere; *c. pauper, caus.* 11. *quæst.* 3. & cum ipsimet Oratores deliquerint, debent ipsimet Pœnitentiam agere, sic enim expresse præcipit Pontifex per illa verba, *Operam suam conferat*; quæ verba, *Operam suam*, personalitatem important, nec debent in aliud extendi. Seraphin. *decis.* 1337. *n.* 4. Gabriel *de verb. signif. conclus.* 1. *nu.* 81. quia intentio Summi Pontificis Dispensationem in ista forma concedentis est, ut Oratores ipsi, in pœnam excessuum, puniantur, & eorum exemplo alii à similibus committendis terreantur, ut ipse in Literis expresse declarat.

QUA POENITENTIA PUBLICA PERACTA.

Hæc Clausula, sic posita in Ablativo, conditionem importat. Rota *decis.* 628. *num.* 2. *part.* 3. *recent.* Barbos. *in Votis Canonicis lib.* 2. *vot.* 44. *num.* 10. Ludovis. *decis.* 492. *n.* 7. Sperell. *dec.* 131. *n.* 30. Lother. *de Re benef. lib.* 3. *quæst.* 11. *n.* 126. Gonz. *ad Reg.* 8. *Cancell. Glossa* 9. *in annotat. nu.* 248. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 939. *n.* 21. *cons.* 31. *tom.* 5. Fontanell. *de Pactis Nupt. tom.* 1. *clausul.* 4. *Gloss.* 9. *part.* 5. *n.* 215. Unde non poterit Delegatus ad absolutionem Oratorum devenire, donec Oratores dictam Pœnitentiam publicam egerint, & de ea ipsi Delegato legitime constet, alias Dispensatio inde secuta nulla, & irrita erit, & nova Oratores egebunt Dispensatione, ut docet dictus Corrad. *loc. cit. numer.* 53. & 54. quia dum Jurisdictio sub conditione Delegato tribuitur, remanet in suspenso, donec ipsa conditio puri-

purificata non sit. Paris. *de Resignat. Benef. lib. 1. quæst. 14. numer. 9.* Antoninus *Var. resol. lib. 1. resol. 56.*
199 *numer. 3. & 4.* Marant. *resp. 24. numer. 15. part. 2.* & proinde gesta per Delegatum, antequam dicta conditio sit adimpleta, nullius roboris, & momenti sunt. Puteus *decis. 429. lib. 1.* Caputaquens. *decis. 125. part. 1.*

ET RECEPTO AB EIS JURAMENTO, QUOD SUB SPE FACILIUS OBTINENDÆ DISPENSATIONIS HUJUSMODI INCESTUM NUNC NON COMMISERINT.

200 Quæ in animo constituunt, non nisi juramento probari possunt. Barbosa *de Off. & potestate Episc. All. 32. n. 25.* Mascard. *de Probat. conclus. 94. num. 5.* & ideo cum Oratores Pontifici expresserint, se non commisisse Incestum, vel insimul non fuisse conversatos, eo fine, ut Papa inde facilius moveretur ad Misericordiam, & Gratiam, tenentur jurare in manibus Delegati, Pontificem in ea parte repræsentantis, non habuisse dictum finem, alias Delegatus non poterit ulterius procedere, cum dictum Juramentum à Pontifice præscribatur pro forma. Si unus tantum Oratorum habuerit dictum animum, juxta ea, quæ diximus supra; & si impetrata fuisset Dispensatio, negato coram Delegato, etiam cum juramento, dicto fine, qui vere adfuerat, quid sit agendum pariter diximus.

IPSOS AB INCESTUS REATU, ET EXCESSIBUS, IN UTROQUE FORO ABSOLVAS.

201 Si Oratores, qui Incestum commiserunt, sunt in secundo gradu, tam Consanguinitatis; quam Affinitatis, vel infra secundum, tunc eo quia incurrunt Excommunicationem a Gregorio XIII. Summo Pontifice contra hujusmodi Incestuosos impositam, ideo in Supplicatione porrecta Pontifici pro impetratione Dispensationis, petitur etiam absolutio à dicta Excommunicatione, & sic in Rescripto additur,
202 ut Oratores absolvantur, etiam ab Excommunicatione. At si sint in gradibus remotioribus, nempe ultra secundum, erunt absolvendi solum ab Incestu, (si Incestus commissus sit) & ab excessibus Pontifici narratis; quæ Absolutio, tam si fiat ab Excommunicatione, quam ab Incestus reatu, & excessibus, potest per Delegatum, etiam extra actum Confessionis, impendi, ut mox dicimus.

203 *In utroque foro*, nempe in Foro Fori, & in Foro
204 Conscientiæ; duplex enim est Forus; alter Judicialis, & Contentiosus, seu Forus Fori, qui spectat ad Judices habentes Causarum cognitionem, & civilem, seu criminalem Jurisdictionem; ubi ex officio tenentur decernere Causa secundum Leges, & Jura civilia, seu Canonica, & res considerare juxta illud quod ipsæ Leges, & Jura disponunt.

Alter dicitur Forus Dei, & Conscientiæ, & dicitur Forus interior, & hic spectat ad Confessarios, & quemlibet Christianum, quatenus agitur de ejus Conscientia, & salute, nulla habita ratione rigoris Justitiæ, seu Legum, sed tantum æquitatis, considerando rem secundum Deum, & secundum quod Vir bonus, & æquus judicaret.

205 Et nota, quod Absolutiones, & Dispensationes pro utroque Foro, quæ non habent adnexum peccatum mortale, satis est, si fiant, & impetrentur in Foro Fori, hoc est in Foro contentioso, & judiciario, ut sunt Absolutiones ad cautelam, vel à Censuris nulliter prolatis, Dispensationes super defectu natalium, super Bigamia, super defectu oculi sinistri, super Homicidio, de quo quis fuit jam confessus, & absolutus, & similia: & in his eo ipso, quod absolvitur, vel cum eo dispensatur, censetur etiam in Foro conscientiæ absolutus, vel dispensatus; & per hujusmodi publicas Absolutiones, & Dispensationes, quis liberatur a pœnis incursis, restituitur Fidelium consortio; & ex Indulto, ab eo remotum declaratur omne Impedimentum, & macula: & reputatur, ac si numquam Impedimentum contraxisset. Vide P. Leonem *in Praxi Sacræ Pœnitent. part. 4.* fere in principio. Gamb. *de off. & Auctoritate Legati,*
206 *lib. 10. num. 356.* Quod si Absolutio pro solo conscientiæ Foro fiat, non prodest ad effugiendas pœnas temporales. Rota coram Merlino *decis. 15. numer. 9. & decis. 136. num. 11.* Carolus de Grassis *de Eff. Cleric.* 207
eff. 9. num. 151. quia, quæ in foro Conscientiæ explicantur, ad Forum contentiosum non juvant, sed tantum coram Deo, Gomes. *Regula de non judicando juxta formam Supplicationis, quæst. 14.* Pellicion. *QQ. Illustr. quæst. 6. cap. 9. pag. mihi 61.*

Hæc insuper Absolutio, quæ pro utroque Foro à 208
Pontifice committitur Delegato, tam si fieri debeat ab Excommunicatione, quam si ab Incestus reatu, & excessibus Pontifici narratis, poterit extra Confessionem Sacramentalem impendi; quamvis enim verba in Literis apposita, *Ipsos in utroque foro Auctoritate nostra absolvas, &c.* videantur importare Confessionem Sacramentalem, tamen hic non ponuntur per modum conditionis, cum non sint posita cum aliqua clausula, seu particula conditionem denotante, v.g. *Dummodo absolvas, &c.* nec per Ablativum, ut, *Data per te absolutione, &c.* & quamvis verba illa, *Imposita Pœnitentia salutari*, videantur conditionem importare, itaut Absolutio prædicta impendenda sit in actu Confessionis, nihilominus hoc casu (quidquid in aliis dici possit) con- 209
ditionem non important, quia jure inest, ut data Absolutione, pœnitentia injungatur: Et si Papa, has Dispensationes committens, voluisset, ut necessario præmitteretur Confessio Sacramentalis, id claris verbis expressisset, dicendo, *Audita Sacramentali Confessione*, ut in aliis casibus exprimit, quando sic servari vult; unde dum facultas, pro utroque Foro absolvendi, fuit absolute concessa, potest hujusmodi Absolutio extra Confessionem impendi, cum sit facultas absolute, & 210
generaliter data, & ob id debeat absolute, & generaliter intelligi; nec est restringenda, dum verba commissionis restrinctionem non inferunt. Sanchez *de Matrim. lib. 8. disp. 44. numer. 29.* Bonaccin. *de Pœnis Ecclesiasticis, disp. 1. quæst. 3. punct. 6. propos. 2. numer. 7. 8.* Ricciullius infra *numer. 217.* citandus; Barbosa *de Locis communib. loc. 50. n. 9.* Thomas Pelliccionius *Illustr. J. U. QQ. quæst. 6. cap. 9. pag. mihi 61.* & Navarrus penes ipsum; quia, ut diximus, hæc Absolutio datur pro Foro conscientiæ, & non in foro Pœnitentiali, ut bene distinguit idem Sanchez *l. c.* & nos mox latius explicabimus: vide Lezana *QQ. Reg. tom. 3 verbo Absolutio, nu. 6.*

Pro majori præmissorum declaratione, addo, Fo- 211
rum Conscientiæ dividi in Sacramentalem, & non Sacramentalem.

Forus Conscientiæ Sacramentalis est Judicium, & 212
cognitio Causæ facta in actu Sacramentali Confessionis per Confessarium,

Forus Conscientiæ non Sacramentalis est Judicium 213
factum extra Sacramentum Pœnitentiæ, ab Ordinario, vel ab alio Delegato, de Pontificis, vel etiam ipsius Ordinarii mandato; & hic Forus est quid medium inter Forum interiorem, & exteriorem, ut bene distinguunt Rodriguez *QQ. Regul. tom. 1. quæst. 61. art. 10.* Sanchez *lib. 8. disp. 34. num. 29.* Leon. *in Praxi Sacræ Pœnitentiar. part. 1.* ubi, *An Confessores Delegati sint meri Executores, vers. Confirmatur, pag. mihi 32. & vers. Hic forus, pag. mihi 48.* unde cum in Literis hujusmodi Dispensationum non committatur, ut absolvantur in Foro Pœnitentiæ, sed in Foro Conscientiæ, non desiderabitur Sacramentalis Confessio: Confessor etenim in solo Sacramento est Judex in Pœnitentiæ Foro: at in Foro 214
Conscientiæ est Judex extra Sacramentum, quoties, vel ratione Bullæ, vel alterius Privilegii absolvit: Et sicut Episcopus, qui est Delegatus à Concilio in occultis ad absolvendum in Foro conscientiæ, extra Confessionem absolvit; ita poterit Delegatus 215
Papæ, qui in negotio, & Causa sibi delagata eandem habet auctoritatem, quam ipse Papa; cum non jure proprio, sed Papæ Delegantis procedat, ejus- 216
que vices in eadem Causa obtineat, *cap. Sane 11. de off. Delegat.* Carolus de Grassis *de Effect. Cleric. effect. 1. num. 32.* Marant. *part. 3. tractat. Apolog. numer. 110.* unde quoad eam Causam est major quo- 217
cunque Ordinario, *cap. Pastoralis 27. §. Quia vero, de off. Delegati.* Marant. *loco citat.* Et quod possit hæc Absolutio extra actum Confessionis impendi,

pendi, expreſſe docent Sanchez *l. c.* Meroll. *tom.* 3. *diſp.* 6. *cap* 2. *num.* 52. Ricciull. *de Jure perſonarum lib.* 4. *cap.* 68. *num.* 3. Intellige, tamen, ut, licet per
218 dictam Abſolutionem, ſic à Delegato factam, Oratores in Foro Fori abſolvantur, debeant tamen deinde in Foro Pœnitentiæ, pro Foro interno, abſolvi. *cap. A' nobis* 28. *de ſent. excomm.* & docet P. Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ par.* 4. ubi *de formulis Abſolut. & Diſpenſ. in utroque foro, verſ. Præmittendum quarto, pagin. mihi* 574. qui ante *in pr. parte*, ubi, *An Confeſſores Delegati ſint meri Executores, verſ. Ex æquitate, pag. mihi* 53. dixerat, quod ab-
219 ſolutus *in* Foro conſcientiæ eſt ex æquitate toleran-dus *in* Foro Fori, *& pag. mihi* 8. rationem reddide-
220 rat, qua Officium Judicis nobile circa publicam Rei-publicæ utilitatem verſatur; at non intereſt Reipubli-cæ, ut ſic abſoluti inquietentur, cum jam a delicto reſipuerint: Quicquid tamen ille, & alii dicant, cer-
221 tum eſt, abſolutos in Foro animæ, poſſe in Foro ex-teriori, pro eodem crimine accuſari, & puniri, quia prior criminis examinatio in Foro conſcientiæ fit ad Pœnitentiam, & divinæ offenſæ ſatisfactionem; po-ſterior vero neceſſaria eſt ad publicam vindictam, & ad Reipublicæ ſatisfactionem, ut bene Covarruvias *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 3. Ricciullus *dict. cap.* 68. *num.* 12.

At difficultas eſt, an facultas Oratores abſolvendi, de qua ſupra, poſſit per Delegatum alteri ſubdelega-ri; in qua re, quamvis Pyrrhus Corradus *in Praxi Diſpenſat. Apoſt. lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 19. referat, in
222 aliquibus Diœceſibus hujuſmodi Subdelegationes fie-ri, immo apponat præciſam formulam hujuſmodi Sub-delegationum, non tamen exiſtimo valide, & lici-te fieri poſſe, cum aperte obſtet diſpoſitio *capit. Is cui, de offic. Delegati in* 6. & quod non poſſit ſubde-legari expreſſe docet Maranta *in Speculo Aureo, part.* 4. *diſt.* 5. *nnm.* 67.

Cæterum quamvis abſolutio ab Excommunicatio-ne impoſita per Gregorium XIV. Summum Pontifi-cem Kal. Martii 1590. per ſuam peculiarem Conſtitu-tionem, quæ incipit, *Sicut antiquus*, contra eos, qui primo, & ſecundo gradu conjuncti carnaliter com-
223 miſcentur, non ſit reſervata, & conſequenter quili-bet Confeſſarius poſſet ab ea abſolvere, tamen quando in Diſpenſatione petenda ſuper Impedimentis dirimen-tibus exprimitur Inceſtus in illis gradibus, & petitur abſolutio, ut in ſimili caſu de ſtylo petiet, & Papa aſſumendo totum negotium, & manus in eo appo-nendo, illud Delegato committit; per hujuſmodi Pa-pæ manus appoſitionem, manus Inferiorum liga-ntur; unde fit quod nullus Inferior, Delegato excep-to, poſſit à dicta Excommunicatione abſolvere, ut docent Corrad. *in Praxi Diſpenſat. Apoſt. lib.* 8. *cap.* 1. *numer.* 12. Gonzales *ad Reg.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 52.
224 *numer.* 22. *&* 23. ubi à ſimili docet, quod ſi Benefi-cium obtinens à Summo Pontifice egeat aliqua Di-ſpenſatione, quam alias Epiſcopus concedere potuiſ-ſet, attamen ex quo Papa manus in eo negotio ap-
225 poſuit, non poterit Epiſcopus diſpenſare; ſic pariter ſi Papa alicui conferat minores Ordines, non poterit ſic Ordinatus ab alio, immo nedum à proprio Ordina-rio, ad Majores promoveri. *capit. In diſtribuendis, de tempor. Ordination.* Gonzal. *l. c. num.* 24. Barboſ. *de Jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 82. quia ubi eſt
226 auctoritas Papæ, ceſſat Inferioris. Seraphin. *deciſio* 1027. *num.* 8.

ET QUATENUS CAUSA CONTRA IPSOS SUPER PRÆMISSIS IN JUDICIUM DEDUCTA FUERIT PARITO JUDICATO.

227 Hæc verba ita intelligi debent, ut ſi Oratores jam delati fuiſſent ad aliquem Forum, ut pœnis Inceſtus plecterentur, vel ſi ab Ordinario ob hanc cauſam ex-communicati, aut in alias pœnas condemnati fuiſ-ſent, debeant prius quam diſpenſentur, ſententiæ la-tæ, ſeu ferendæ paruiſſe, nec poterit Delegatus ad Di-ſpenſationem procedere, donec non fuerit paritum, ut ſupra; & proptrea ſe informare debebit, an occa-ſione narratorum Pontifici, Cauſa contra Oratores fuerit quoquo modo in Judicium deducta; quia ſi diſpenſaret, non præhabita diligenti informatione, & aliqua Cauſa contra Oratores, ex cauſis dictis, vigeret, nec Judicato paruiſſent, Proceſſus propterea factus nullus erit, & Diſpenſatio ſubſecuta corruet, cum ſine Juriſdictione facta ſit; quia eatenus fuit con-ceſſa facultas diſpenſandi, quatenus, ſi Cauſa con-tra Oratores in Judicium deducta fuerit, Judicato pa-ruerint; unde donec non fuerit paritum, Juriſdictio remanet ſuſpenſa; & propterea quicquid interim fa- 228
ctum ſit, nullum eſt, & irritum, defectu Juriſdi-ctionis. Rota *deciſ.* 636. *n.* 1. *part.* 2. *recent.* Rota coram Cavalerio *deciſ.* 110. *nu.* 1. Rota *deciſ.* 705. *num.* 4. *& nu.* 8. *part.* 3. *recent.* Leoncill. *De paupertatis opibus part.* 2. *privil.* 22. *num.* 55. Lother. *de Re Beneſ. lib. pr. quæſt.* 38. *num.* 17. *& lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 127. Seraphin. *deciſ.* 945. *num.* 5. Coccinus *deciſ.* 155. *num.* 2. Ludoviſ. *dec. pr. num.* 3. *& deciſ.* 378. *n.* 1. Puteus *dec.* 429. *lib. prim.* Barboſ. *de Clauſ. Clauſ.* 97. *num.* 4.

Nec ſufficiet cautionem, quantumcunque idoneam, 229
præſtare, de parendo Judicato; quia non eſt in pote-ſtate Delegati Literas exequi, non purificata condi-tione, ſub qua ſibi Juriſdictio data fuit. Genuenſ. *in Praxi Curiæ Archiepiſc. Neapolit. cap.* 20. *num.* 3. & alii, quos alibi citavimus.

Quod ſi in Literis Pontificis non fuiſſet appoſita 230
dicta Clauſula, *Parito Judicato*, Oratores liberi re-manerent à pœna temporali, ut bene docet idem Ge-nuenſ. *In practicab. Fori Eccleſ. quæſt.* 703. *numer.* 1. ubi ex Gamma *deciſ.* 180. refert, ſic fuiſſe in Luſita-nia judicatum; & ſic à ſimili, ſi Papa in Radice Ma-trimonii diſpenſat, omnia convalidantur, etiam pro præterito, ut dicimus infra.

DEMUM SI TIBI EXPEDIENS VIDEBITUR, QUOD DISPENSATIO HUJUSMODI SIT EIS CONCEDENDA, NEC SCANDALUM SIT EX EA ORITURUM.

Attenta hujuſmodi dictione, *Demum*, quæ eſt ta- 231
xativa, & reſtrictiva, Corrad. *in Praxi Diſpenſat. Apoſt. lib.* 8. *cap.* 6. *numer.* 62. Barboſa *de Dictionib. Dict.* 85. *num.* 1. Gonzales *Gloſſa* 65. *num.* 6. Pater Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ part.* 2. poſt decla-rationem Impedimentorum dirimentium, *verſ. Di-ctio Demum, pag. Mihi* 229. non poterit Delegatus 232
ad Diſpenſationem procedere niſi poſtquam Oratores omnia adimpleverint, & Literarum forma adimple-ta ſit. Genuenſ. *in Praxi Curiæ Archiepiſcopalis dict. cap.* 20. *num.* 3. Corrad. *in Praxi Diſpenſ. Apoſt. dict. cap.* 8. *n.* 61. quia Ordo inductus per prius, ac po- 233
ſterius, conditionem importat, ut bene Pariſ. *de Reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 103. Altograd. *conſ.* 46. *n.* 3. *lib. pr.* & cenſetur eſſe de forma. Pariſ. *l. c.* Al-tograd. *l. c. n.* 14.

Debebit inſuper Delegatus, antequam ad Diſpenſa- 234
tionem procedat, diligenter conſiderare, an expediens ſit ipſam Diſpenſationem Oratoribus concedere, quia, ut ait Apoſtolus, *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt*; tunc autem non expedit id, quod alias li-citum eſt, quando uſus ipſius poteſt aliis Impedimen- 235
tum inferre. *Cap. Sic enim* 28. *quæſt. pr.* & quando Papa diſpenſari mandat, non quidem abſolute præ-cipit, ſed ſi, & quatenus Delegato expedire videa-tur, nec ſcandalum ſit ex ipſa Diſpenſatione oritu-rum; dicta namque Clauſula in Literis contenta, *Si* 236
tibi videbitur, importat arbitrium boni Viri, ac pru-dentis, & non liberam voluntatem. Cæſar de Graſſis *deciſ.* 134. *num.* 16. Menoch. *de Arbitr. Judic. libr. prim. quæſt.* 8. *In princ.* Gonzalez §. 7. *Proœm. nu-mer.* 111. *&* 112. Pater Leo *in dict. Praxi Sacræ pœnit. part. prim. de commutat. Votorum, verſ.* Hæc verba, *pagin. mihi* 85. & propterea, ut bene, recte-que ſuo muneri ſatisfaciat, tenebitur Delegatus dili-genter animadvertere, & inquirere, an ex Diſpenſa-tione facienda poſſint inſurgere ſcandala; quia ſi 237
iſta timeantur, quamvis etiam omnia jam probata ſint, diſpenſare non poterit; *Cap. Nihil* 2. *de præ-ſcript.* Genuenſ. *d. cap.* 20. *num.* 13. ſicuti enim evi- 238
tatio ſcandalorum præbet juſtam cauſam diſpenſandi in omni caſu, alias prohibito, ut docent Corrad. *In dicta Praxi lib.* 8. *cap.* 6. *n.* 63. & alii quos *lib.* 3. citabimus, ita è converſo, dum ex Diſpenſatione

ipſa

ipsa timeretur scandalum, nullo modo esset dispensandum. Colligitur, *Ex cap. Si forte 36. dist. 63.* & docet Fælin. *dict. cap. Nihil cum scandalo, de præscript. numer. 4.* Corrad. *in dict. praxi libr. 8. capit. 2. num. 6.*

Porro est adeo verum, ut Matrimonia contrahi non debeant si scandala inde immineant, ut Epis-
239 pus, ex officio, matrimonia contrahenda impedire debeat, quamvis nullum inter contrahere volentes adsit Impedimentum, sed timor sit futuri scandali inde orituri. *Cap. Super eo 3. de Cognat. Spirit.*
240 Fælin. & Genuens. *ll. cc.* immo quamvis hæc Clausula, *Nec scandalum sit oriturum*, in Literis non fuisset apposita, nihilominus subintelligeretur. Corrad. *dict. cap. 6. num. 64.* Addo, quod licet Episcopus in quibusdam urgentibus casibus, ex præsumpta Pontificis licentia, dispensare possit, ut dicimus infra, *libr. 2.*
241 nihilominus etiam in his casibus, in quibus ei permittitur Dispensatio, non poterit dispensare, si scandalum ex Dispensatione timeatur, ut bene Sperell.
242 *dec. 111. num. 78.* quinimo, quamvis etiam Consanguinei, & Affines ultra quartum gradum ob Consanguinitatem, & Affinitatem non impediantur matrimonium contrahere; attamen, quando agitur de scandalo vitando, valida est consuetudo, qua inductum sit Impedimentum dirimens matrimonium in quinto gradu. *Glossa singularis in Cap. Super eo de Cognat. Spirituali.* Fælinus *d. cap. Nihil.* Genuens. *l. c. num. 14.*

Vide plura, quæ de scandalo vitando adnotata fuerunt *l. 2.*

POSTQUAM IN SEPARATIONE PRÆDICTA ARBITRIO TUO PERSEVERAVERINT.

243 Dictio ista, *Postquam*, significat actum perfectum. Conrad. *in prax. disp. apost. libr. 7. cap. 6. num. 68.* & conditionem importat. Rota *dec. 46. num. 2. part. 2. rec.* Rota *dec. 295. num. 7. in Novissimis.* Maranta *resp. 32. num. 47. part. prim. & resp. 96. num. 7. & 8. part. 4.* & operatur, ut effectus nullo alio modo procedere possit, cum tempus anterius rejiciat, & solum posterius respiciat, & admittat. Barbosa *de diction. diction. 272. num. 4.* Maranta *resp. 12. num. 11. part. 3.* Paris. *cons. 31. numer. 38. volum. prim.* Menochius *cons. 1103. numer. 4.* & ideo Delegatus nec
244 potest; nec debet ad Dispensationem procedere, nisi postquam ea omnia adimpleta sint, quæ habuit in mandato.

245 Clausula, *Arbitrio tuo*, in Literis apposita, relaxat aliquantulum Juris rigorem, facultatemque Judici tribuit amplectendi æquitatem. Lotherius *de re Benef. libr. prim. quæst. 38. num. 101.* Rota coram Cavalerio *dec. 11. num. 2.* Rota *dec. 460. num. 1. part. 4. rec.* Rota coram Durano *dec. 5. numer. 2.* Rota *dec. 392. num. 4. In Novissimis*: Istud tamen arbitrium
246 est intelligendum de arbitrio boni Viri, & non secundum propriam, & liberam voluntatem, ut diximus, & docent Pater Leo *in d. praxi Sacræ pœnit. part 3. ubi de Commutat. Recitat. Horar. Can. Vers.* Arbitrio, *pag. Mihi 568.* Rota *dec. 514. numer. 4. part. 3. rec.* Leoncill. *de Opibus paupertatis part. 1. quæst. 3. num. 93.* cum debeat esse regulatum à Jure. Donatus Antonius de Marinis *Resol. quotid. lib. 1. cap. 81. num. 7.* Rota *inter dec. impressas post secundum Volumen consil. Farinacii dec. 181. num. 1.* Idem Farinac. *dec. 181. num. 1.* Idem Farinacius *cons. crim.*
247 *59. numer. 24. libr. 1.* quia idem est, ac si diceret, *Conscientiæ tuæ*, ut bene Rota coram Merlino *dec. 10. num. 10.*

DISPENSES.

248 Ad effectum, ut possint Oratores licite, & valide matrimonium contrahere, non sufficit, quod fuerit obtentum Mandatum de dispensando, ac verificatæ preces Pontifici porrectæ, sed necesse est, ut à Delegato vere, & cum effectu facta fuerit Dispen-
249 satio. Aliud enim est Mandatum de dispensando, quo Impedimentum non tollitur, & aliud est ipsa Dispensatio, qua cum effectu Impedimentum removetur, & Dispensatus restituitur in integrum, & aptus, ac legitimus redditur ad ea, super quibus fuit dispensatus, sicut erat ante incursum Impedimentum, & habetur perinde ac si esset habilis de Jure communi, cum per Dispensationem removeantur effectus, Juris defectum producentes, diximus *Cap. prim. numer. 11.* vide Bonac. *De matrimon. quæst. 2. puncto 8. numer. 9.* ubi refert casum cujusdam per- 250
sonæ, quæ obtento Mandato ad dispensandum super Consanguinitate, existente inter ipsum, & quandam suam consanguineam, quam ducere intendebat, & ex ea prolem susceperat, ante factam Dispensationem, gravi morbo præventus, & in articulo mortis constitutus, illam, ante factam à Delegato Dispensationem, desponsavit; quod matrimonium, concludit, & bene, iste Doctor, fuisse nullum, & prolem susceptam illegitimam; quia, ut diximus *cap. præcedenti*, aliud est Mandatum de dispensando, & aliud ipsa Dispensatio; Vide Doctores dicto loco propterea citatos.

PROLEM SUSCEPTAM, SI QUA SIT, ET SUSCIPIENDAM, LEGITIMAM NUNCIANDO.

Quod mox diximus de Mandato dispensandi, & quod non sufficiat illud fuisse obtentum, sed necessario requiri, ut, antequam matrimonium ab impeditis contrahatur, facta sit ipsa Dispensatio, rite procedit, & pari passu ambulat etiam quoad Legitima-
tionem prolis; Quia aliud est Mandatum ad legiti- 251
mandum, & aliud ipsa Legitimatio: vide Bonac. *numer. præcedenti* relatum, vide etiam Balthassarem de Tomasis *Prima Decade tractat. prim. titul. 9. numer. 99.*

Circa hanc clausulam, & legitimandi potestatem, 252
sciendum est, Mandatum Pontificis pro Dispensatione, duo diversa continere, nempe facultatem dispensandi super propositis Impedimentis, & potestatem legitimandi prolem susceptam, & suscipiendam; un- 253
de si Mandatum de dispensando ab Oratoribus impetratum fuisset in una parte, nempe quoad dispensationem executum, sed nondum fuisset legitimata proles, vel si ob supervenientem mortem alterius ex contrahere volentibus absque culpa Oratorum, Dispensatio non potuisset habere effectum, valebit nihilominus Mandatum, itaut ejus vigore legitimari poterit proles, etiam post dictam mortem alterius, & hujusmodi Legitimatio valida erit, etiam in præjudicium succedentium ab intestato, in casibus, quibus possit tale præjudicium inferri. Ancharanus *cons. 409. num. 3. vers.* Sed in oppositum. Sanchez *libr. 8. disp. 7. num. 6.* Gonzales *ad Reg. 8. Cancell. Glossa 5. §. 9. numer. 57.* Seraphinus *dec. 1121. in princip.* Quaranta *in Summa Bullarii* Verbo *Matrimoniales Dispensationes* circa finem. Pureus *dec. 483. numer. ultim. libr. 2.* Gratianus *disceptat. forens. capit. 138. numer. 48. part. prim.* Bossius *De Matrimonii contractu cap. 10. num. 343.* Balthassar de Tomasis *in Decade tract. prim. titulo 9. numer. 98.* Lotherius *de re Benef. lib. 2. quæst. 48. numer. 111.* Corrad. *in praxi disp. Apostol. lib. 8. cap. 2. numer. 27.* Peregrinus *de Fideicomm. art. 24. numer. 83.* Fusarius *de Substitut. quæst. 409. num. 119.* Rota *dec. 107. num. 2. part. 1. diverf.* Merlinus *de Legitima lib. prim. tit. 2. num. 21.* Fragosius *de Regim. Christ. Reipub. part. prim. lib. 3. disp. 6. n. 7.*

Dixi, absque culpa Oratorum, quia si post Man- 254
datum à Pontifice impetratum, Oratores pœnitentia ducti noluissent dispensari, vel si postquam dispensati fuissent, noluissent matrimonium contrahere, probabilius est non posse post mortem conjugum legitimari, maxime in tertii præjudicium; quia, ut bene docet Sanchez *libr. 8. disp. 7. numer. 15.* hæc Le- 255
gitimatio conceditur tantum in favorem Matrimonii contrahendi, nec alias Papa concessisset, & propterea cum causa finalis dispensationis fuerit ipsum Matrimonium, si hæc causa, Oratorum culpa, cessaret, cessabit effectus: hanc etiam Doctrinam expresse docent Garcia *de Benef. part. 7. cap. 2. num. 40.* Corrad. *in praxi disp. Apostol. libr. 8. cap. 2. numer. 30.* & alii.

Pro intelligentia, & declaratione hujus materiæ, quæ difficilis est, & variæ circa eam sunt Doctorum opiniones, plura adnotanda.

256 Primo, quod licet inter parentes, qui Matrimonium contraxerunt, tempore contracti Matrimonii adfuiſſet Impedimentum dirimens, ſi illi ignoranter, & bona fide, præmiſſis debitis Denunciationibus, matrimonium contraxerunt, proles inde ſecuta, quamvis poſtea detectum ſit Impedimentum, eſt legitima. Colligitur *ex cap. Quod nobis 9. Qui filii ſint legitimi*; Gloſſa *in capit. Tanta 6. eodem titulo*, Verbo *Aliam*; Caſſadorus *dec. unica*, *De Sponſalibus*. Sanchez *lib. 3. diſp. 44. num. 2.* 257 At ſi omiſſis Denunciationibus, illiſque ſpretis contraxerunt, quamvis in reliquis adfuerit ignorantia Impedimenti, & bona fides, proles erit illegitima. Gutierez *de matr. cap. 71. num. 8.* Sanchez *de matr. l. 3. diſp. 42. nu. 1.* 258 quia, ut diximus, non excuſat ignorantia, nec dici poteſt probabilis; quando omittuntur requiſita ab Eccleſia.

259 Dico ſecundo, eſſe difficilem inter Doctores Quæſtionem, an ad effectum, ut proles legitima cenſeatur quoad omnia, attendi debeat tempus Conceptionis, vel Nativitatis prolis: aliqui docent attendi debere ad tempus Conceptionis, itaut ſi eo tempore fuiſſet inter Parentes Impedimentum dirimens, quo ſtante non potuiſſet inter eos conſiſtere matrimonium, proles ipſa illegitima ſit, niſi in Mandato Pontificis de illa ſpecialis mentio facta ſit, & data poteſtas De- 260 legato illam legitimandi. Ratio hujus opinionis eſt, quia Leges ſolum attendunt ad copulam, quæ ſi habita ſit inter perſonas impeditas, nolunt eam Matrimonio ſubſequenti purgari: Colligitur *ex cap. Tanta 6. Qui filii ſint legitimi*, Ibi, *Si vir vivente uxore aliam cognoverit, & prolem ſuſceperit*. Hanc opinionem ſequuntur Rota *dec. 100. numer. 51. in Noviſſimis*. Rota *dec. 223. num. 4. part. 6. rec.* Fuſar. *de Subſtitut. quæſt. 109. numer. 109.* Vivian. *de jure patronatus l. 6. cap. 4. num. 11.* Paulus Piaſec. *in praxi Epiſc. part. 1. cap. 1. num. 26.* Verſ. *Limitatur autem*, Laymanus *Theol. moral. l. 4. tr. 10. part. 3. c. 5. n. 2.* Angelus *in Summa*, Verbo *Legitimatio*, *n. 7.* Sperellius *dec. 174. n. 15.*

261 Alii probabilius docent, attendi debere ad tempus Nativitatis, itaut legitimitatis favore ſufficiat, ſi proles naſcatur poſtquam Impedimentum ſit, vel per Diſpenſationem, vel aliter, legitime ſublatum; quamvis etiam de ipſa concepta prole in Diſpenſatione non fuerit facta mentio; ita, inter alios, docent Baſilius Pontius *de matrim. lib. 11. cap. 3. num. 2.* Peregrinus *de Fideicomm. art. 24. num. 39.* Fuſarius *de Subſtitut. quæſt. 409. num. 113.* Trullenck *Oper. moral. lib. 7. cap. 10. Dub. 11. num. 9. tom. 3.* Sanchez *de matrim. libr. 8. dicta diſputat. 7. num. 19.* Ratio eſt, quia eo ipſo tempore, quo filius natus fuit, nullum inter parentes aderat impedimentum, quin poſſent matrimonium contrahere, cum jam eſſet per Diſpenſationem, vel aliter, ſublatum; unde ſi, exempli gratia, unus Parentum, tempore Conceptionis filii, fuiſſet Infidelis, ſed antequam proles nata eſſet, fuiſſet Baptizatus; Vel ſi dicto Conceptionis tempore, adfuiſſet impedimentum Conſanguinitatis, vel Affinitatis, at dum natus ſit filius parentes jam diſpenſati fuiſſent habileſque effecti ad contrahendum; Vel ſi ſoluta ex conjugato concepit, ſed tempore Nativitatis filii, mortua eſſet uxor dicti conjugati; Vel ſi gignant Monachus, vel Monialis concipiat anno Novitiatus durante; Vel ſi Beneficiatus ex ſoluta filium generet; & antequam prædictæ proles reſpective naſcantur, parentes inter ſe matrimonium contrahant, filii eo tempore habili nati, erunt quoad omnia legitimi: vide Peregrinum *de Fideicomm. dict. artic. 24. num. 29. circa finem*. Fuſar. *de Subſtitut. d. quæſt. 409. numer. 104.* Didacum Ludovicum de Lima *in addition. ad Molina libr. ſecundo, capit. 5. numer. 25.* Carolum de Graſſis *de Effectibus Clericatus in prælud. num. 45.* Philippum Paſchalem *de Viribus Patriæ poteſt. part. 2. cap. 4. num. 94.* Simonem Majolum *de Irregularitate l. 1. cap. 4. nu. 15. & num. 16.*

262 At tu dic probabilius, quod cum verſemur in materia Legitimationis prolis, quæ eſt favorabilis, attendi poteſt tempus, vel Conceptionis, vel Nativitatis, prout fuerit utilius ipſi proli; conſtat *ex Lege Nuper, C. de naturalibus liberis*; & docent Peregrinus *de Fideicommiſſis art. 24. numer. 39. & numer. 50.* Sanchez *dict. diſp. 7. numer. 19.* Covarruv. *tomo primo part. 2. cap. 8. §. 2. num. 2.* verſ. *Contrariam ſententiam*. Boſſius *De Matrimonii Contractu cap. 10. num. 347.* Gutierez *De Matrimonio cap. 72. numer. 6.* & alii, quos refert Garcia *Tract. de Beneficiis dicta part. ſept. cap. 2. num. 35. & num. 37.* Fragoſ. *de Regim. Chriſt. Reip. part. prim. l. 3. diſp. 6. §. 2. num. 37.*

Immo probabiliſſimum puto, ſufficere pro Legiti- 263 mitate prolis, quoad omnia, ut aliquo tempore, dum filius in utero geſtatur, parentes fuerint facti habiles ad inter ſe matrimonium contrahendum; exempli gratia, puer conceptus fuit tempore inhabili, & paulo poſt ſublatum fuit Impedimentum, ſed antequam filius naſcatur, parentes aliquo Impedimento dirimenti, ut Cognationis ſpiritualis, vel Affinitatis, ſeu aliter impediantur, & deinde naſcatur Filius, & hoc etiam Impedimento per Diſpenſationem ſublato, parentes matrimonium inter ſe contrahant; ita, inter alios, bene docent Raphael Averſa *De Matrimonio quæſt. 22. ſect. 2.* verſ. *E' contra fieri poteſt*. Simon Majolus *de Irregular. libr. 1. cap. 4. numer. 16.* Pontius *De Matrimonio libr. 11. cap. 3. numer. 2.* ubi pro hac opinione citat Caſtrum Palaum, & alios: Et huic opinioni, libenter adhæreo, tum quia ſolidis nititur fundamentis, tum et- 264 iam quia in conflictu opinionum, ea opinio tenenda eſt, quæ favet Legitimitati prolis, quamvis etiam altera opinio præponderare videretur, ut bene docent Peregrinus *De Fideicomm. d. art. 24. numer. 24.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 468. num. 49. tomo tertio*, & opinio ſingularis Doctoris, pro Legitimitate 265 aſſerentis, prævalet communi contrariæ. Caſſadorus *dec. unica num. 8. de Sponſalib.* Sperell. *dec. 165.* 266 *num. 108.* Idque eſt adeo verum, ut quamvis quoad fœdus matrimonii, cohabitatio Maris, & Fœminæ præſumatur Fornicatio, ut quoad Legitimationem filiorum, præſumatur matrimonium. Puteus *dec. 2. numer. 3. libr. 3.* Rota *in Noviſſimis dec. 201. numer. 24.* Boſſ. *moral. variar. part. 2. tit. prim. §. 43. num. 1402.* Sperell. *dec. 175. num. 28.* Lotherius *de re benef. lib. 2. quæſt. 48. num. 245. & num. 252.* ſic pariter, ſi proles nata ſit ex Conjugato, & ſoluta, omnino ignorante eum virum eſſe conjugatum, & poſtea inter ſe contrahant matrimonium, hujuſmodi proles erit legitima. Gloſſa *in Cap. Tanta*, verſ. *Aliam; & capit. Quod nobis, Qui filii ſint legitimi*. Gratianus *diſceptat. forenſ. cap. 83. num. 22.* Boſſius *de Matrimonii contractu cap. 8. nu. 58.* Immo quamvis etiam parentes ſint dubii de matrimonii valore, adhuc in hujuſmodi dubio proles legitima erit. Sperell. *dec. 175. numer. 32.* & regulariter probata Filiatione, probatur Legitimitas. Rota *inter Impreſſas poſt ſec. volum. conſil. Farinacii dec. 315. num. 1. 2. & 3.* Alex. *conſ. 51. num. 2. volum. pr.* Alciatus *conſ. 188.* adeo ut ſi quis contrarium prætendat, probare teneatur, quia in dubio præſumitur pro matrimonio. Boſſius *d. cap. 8. num. 79.* Rota *loc. citat.* & in dubio præſumitur pro Legitimitate, Puteus *dec. 2. numer. 1. circa finem lib. 3.* Menoch. *de præſumpt. l. 6. præſumpt. 54. à numer. 17.* Gratianus *diſceptat. forenſ. cap. 135. num. 34. & cap. 468. numer. 49.* Rota *dec. 201. numer. 41. part. 5. diverſ.* coram Coccino Ricciullus *de Neophitis cap. 7. numer. 8. & num. 9.* Rubeus *dec. 359. nu. 14. part. 6. rec.* Seraphin. *dec. 1300. numer. 7.* Pignatell. *controv. forenſ. cap. 89. numer. 5. Centuria 2.* Philippus Paſchalis *tract. de Virib. Patriæ pot. part. 1. cap. 6. num. 10.* & dato quod inter parentes vere adfuiſſet Impedimentum dirimens, tamen ex communi reputatione, cum curſu decem annorum præſumitur Diſpenſatio. Rota *inter Impreſſas poſt 2. volum. conſil. Farinacii dec. 354. num. 8.* Achilles de Graſſis *dec. 197.* alias *prima de præſumpt.* Patrizius *de reſignat. Benef. l. 3. quæſt. 6. numer. 71.* Immo per curſum triennii cum dimidio Diſpenſationem præſumi, ſi juſto errore matrimonium inter prohibitos contractum ſit, & proles ſuſcepta ſit, con-

clu-

cludit Tuschus *concl.* 132. *num.* 15. *& num.* 16. *lit. M.* & quando agitur de Legitimitate prolis, Dispensatio præsumitur talis, qualis de Jure esse debet. Rota *in posth. Farinacii dec.* 117. *num.* 1. & plura levia indicia conjunguntur ad præsumendum matrimonium fuisse inter parentes legitime contractum. Rota coram Pœnia *dec.* 511. *num.* 1. *dec.* 470. *num.* 5. *part.* 2. *divers.*

Videamus modo, an omnis Legitimatio prolis, ex impeditis natæ, profit quoad omnia, nempe quoad spiritualia, & temporalia; Et quidem si proles na-
267 scatur post Dispensationem, à Delegato Papæ factam, nulli dubium est, quin, matrimonio legitime subsecuto, proles legitima fiat quoad omnia, quia nascitur eo tempore, quo nullum inter Parentes extat Impedimentum ad contrahendum; unde per subsequens
268 Matrimonium legitima fit; colligitur *ex d. cap. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi*, & docent Paris. *cons.* 13. *num.* 33. *libr.* 2. Peregr. *de Fideic. d. art.* 24. & alii communiter.

269 At si proles suscepta sit ante factam Dispensationem, & sic eo tempore, quo non solum matrimonii Radix non adest, verum etiam nec matrimonium consistere potest inter Parentes, distinguunt Doctores inter Legitimationem prolis, ex coitu fornicario, & absque ulla radice matrimonii susceptæ, & Legitimationem, quæ fit in Radice matrimonii, quamvis nulliter, & de facto inter Parentes contra-
270 cti: quia primo casu, cum nulla adfuerit matrimonii Radix, ut diximus, poterit quidem Pontifex quoad omnia personas suæ temporalis Jurisdictionis legitimare, non tamen alias sibi temporaliter non subjectas, nisi quoad spiritualia tantum, & Beneficia Ecclesiastica; hoc etenim casu Legitimatio censetur facta eo jure, quo censeretur, si à Summo Pontifice facta esset, separatim à matrimonio, & absque illo, cum non sit ipsius ratione facta; at secundo
271 casu, dato quod matrimonium fuerit clandestine contractum, vel aliter nullum, cum tamen adfuerit aliqua matrimonii Radix, si postea Pontifex hujusmodi matrimonium approbet, & per Dispensationem Impedimentum removeat, & prolem legitimet, proles nata remanet legitima quoad omnia, tam spiritualia, nempe Beneficia Ecclesiastica, Honores, Dignitates, & alia, quæ personæ adhærent, quam ad temporalia, nempe Successiones, Hæreditates, Feuda, & Fideicommissa; idque procedet non solum in Terris temporali Pontificis Jurisdictioni subjectis, verum etiam in aliis totius Christianæ Reipublicæ, ita Peregrinus *de fideicomm. d. art.* 24. *num.* 76. Covarruv. 4. *Decret. part.* 2. *cap.* 28. *§.* 8. *numer.* 18. Sanchez *libr.* 8. *disp.* 7. *numer.* 14. Riccius *in Coll. dec. part.* 7. *Coll.* 3063. Aversa *de matrim. dict. qu.* 22. *sect.* 2. *vers. Quod si filii*; Pyrrhus Corradus *in d. praxi disp. Apost. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 53. Balthassar de Thomasis *prim. decad. tract.* 1. *tit.* 9. *num.* 102. ita etiam Tuscus, Joannes del Castillo, & alii, quos refert, & sequitur Didacus Ludovicus de Lima *in addit. ad Molinam de primog. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. *vers. Secunda opinio*, & sic concludunt communiter Doctores *in cap. per venerabilem; Qui filii sint legitimi*, quod est maxime considerandum, & menti tenendum, quia frequentissime accidit, ut ante obtentam Dispensationem, & nedum cogitando de matrimonio contrahendo, sed solum vesana libidine, Incestus committatur, & proles inde nascatur, quæ uti nata absque ulla figura, & Radice matrimonii, eo tempore, quo inter Parentes incestuosos non potest Matrimonium consistere, non poterit etiam à Papa quoad omnia legitimari, sed quoad spiritualia tantum, ut docent præcitati Doctores. Vide etiam Ludovisium *dec.* 19. *cum addit. & dec.* 461. Puteum *dec.* 483. *lib.* 2.

272 Quamvis tamen hanc Doctrinam verissimam, ac certam existimem, nihilominus Rota Romana pluries amplexa fuit opinionem, quod licet proles incestuosa nata sit ante factam Dispensationem, & absque figura matrimonii, si tamen postea à Pontifice dispensetur super Impedimento dirimente inter Parentes existente, & susceptam prolem legitimet, ipsa proles quoad omnia fiat legitima; ita Rota *dec.* 455. *num.* 12. *part.* 1. *rec.* Garcia *d. cap.* 2. *num.* 40. & hanc opinionem mordicus defendit Lotherius *de re benef. lib.* 2. *qu.* 48. *num.* 109. Ratio hujus sententiæ est, quia hujusmodi Legitimatio non fiat absque matrimonio, sed ratione ipsius, & dependenter ab illo, extendendo, & ampliando dispositionem *cap. Tanta*, ut intret etiam in isto casu, unde sublato per dispositionem Pontificis in dicto *cap. Tanta* Impedimento dirimenti, dicatur à principio matrimonium extitisse, ex præsumpta maritali affectione ab initio, pro qua 273
præsumptionem Lex id tantum exigat, ut Mulier fuerit libera, quantumcunque alias vilis, & deploratæ conditionis, juxta Textum *in l. Cum quis à muliere libera*, §. *Cum enim*. Vide Lotherium *loc. cit. num.* 91.

Mihi tamen, ut verum fatear, hæc Doctrina displicet, nec percipio quomodo possit à Pontifice in Radice Matrimonii dispensari, cum Legitimatione prolis, dum nulla Radix ipsius Matrimonii adest, quod idem ponderat Garcia *d. cap.* 2. *num.* 42. tunc enim Pontifex proprie dicitur in Matrimonii Radice dispensare, quando jam fuit Matrimonium con- 274
tractum, sed de facto, & nulliter, & Papa illud convalidat usque à principio, quod facere potest; cum tanta sit ipsius Papæ potestas in Matrimonio, 275
ut, stante maritali affectu cum copula, efficere possit per suam Dispensationem in ipsa Radice Matrimonii, ut destructo ex tunc Impedimento Consanguinitatis, vel altero ex Jure Canonico proveniente, verum Matrimonium ex tunc remaneat, perinde ac si illud à principio validum fuisset, cum ob id ad terminos juris naturæ Matrimonium reducatur; ex
quo enim Impedimenta Matrimonii à solo Jure, seu 276
Lege Canonica proveniant (excipiendo modo ea, quæ ex jure Naturæ procedunt, super quibus Papa dispensare non potest, ut dicimus infra *libr.* 2.) & Pontifex Radix sit, & origo Legis Cancellariæ, qua Consanguinei intra certos Gradus contrahere prohibentur, & ab eo, tanquam à vivo fonte, & Lege animata, omnis Auctoritas super istis proveniat, *cap.* 1. *de constitut.* & possit tollere Constitutionem, 277
etiam quoad effectus præteritos: Rota *dec.* 166. *à num.* 2. Lother. *d. qu.* 48. *num.* 95. certum est posse, Impedimentis sublatis, rem ad terminos juris naturæ primævos reducere, & consequenter sic Legitimati erunt admittendi ad quæcunque temporalia, & sæcularia, Emphitheuses, Feuda, Successiones, & Majoratus, non solum in Terris temporali Pontificis Jurisdictioni subjectis, verum etiam extra eas, & alibi ubicumque, etiam in præjudicium venientium ab Intestato, ut concludunt Puteus *d. dec.* 483. Lotherius *loc. cit. num.* 110. Barbosa *in Votis Canonicis lib.* 2. *vot.* 27. *à num.* 1. Rota *dec.* 455. *à num.* 2. *d. part.* 1. *rec.* & alii communiter; cum Dispensatio 278
loquens de Filiis natis ex legitimo Matrimonio, comprehendat etiam natos ex Matrimonio cum Dispensatione contracto. Corr. *in praxi disp. apost. libr.* 8. *cap.* 3. *num.* 48. Fragosius *de Regim. Christ. Reipublicæ part.* 1. *libr.* 3. *disp.* 6. *num.* 32. sicut enim potuit Pontifex efficere, ut Filii sint illegitimi, prohiben- 279
do Matrimonium in certis Gradibus, multo magis potest efficere legitimos, removendo Impedimentum Canonis Matrimonium prohibentis. Gabriel *cons.* 21. *num.* 17. *l.* 1. Puteus *dec.* 483. *num.* 4. *l.* 2. Corradus *d. l.* 8. *cap.* 2. *num.* 47. cum Papæ potestas circa Ma- 280
trimonia maxima sit, & suprema, ut est Textus *in cap. proposuisti, de conces. præb.* itaut ab ipso solo hu- 281
jusmodi Dispensatio in Radice fieri possit. Paris. *cons.* 2. *nu.* 22. *l.* 2. Lotherius *d. q.* 48. *n.* 99. *&* 105. Quæ Dispensatio est adeò efficax, ut per eam consecutive oriatur præjudicium Tertii, cui ob Impedimentum, quod aderat inter contrahentes, fuerat delata Succes- 282
sio, quia sublato ipso Impedimento, hujusmodi præjudicium non attenditur. Sanchez *l. c. n.* 6. Anchar. *cons.* 409. *n.* 5. Puteus *d. dec.* 483. *num.* 2. *l.* 2. latissime Rota *dec.* 455. *part.* 1. *divers.* Nihil enim aliud 283
Papa, sic in radice dispensando, intendit, quam removere Impedimentum Juris Canonici; at si ex hoc aperiatur via Successionibus, consequitur ex ministerio

Juris. Lotherius *num.* 108. *num.* 8. *ll. cc.* Ruinus *conſ.* 189. *n.* 16. *l.* 2.

284 Dicitur autem Pontifex in Radice Matrimonii diſpenſare, non ſolum quando in Diſpenſatione addit particulam, *Ut ex tunc*, vel *ut per prius*, ſed etiam, quando Matrimonium declarat legitimum, vel illud tanquam legitimum approbat, vel diſpenſat, ut Oratores poſſint in Matrimonio, ſic nulliter contracto, permanere; vel mandat, ut de novo Matrimonium contrahant; dummodo Papa ſciat Matrimonium fuiſſe nulliter, & clandeſtine contractum, & ſuper eo diſpenſare, illudque confirmare, & approbare, Prolemque inde ſuſceptam legitimare velit. Garcia *de benef. part.* 7. *d. cap.* 2. *num.* 42. Balthaſſ. de Tomaſis 1. *Decade tr.* 1. *tit.* 9. *num.* 98. quicquid in contrarium doceat Sanch. *l.* 8. *d. diſp.* 7. *à num.* 23. quia

285 ex eo, quod Matrimonium efficit legitimum, vel approbat, & Prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam exinde legitimam nunciat, idem efficit, ac ſi à tempore contractus Matrimonii legitimaret; & ſic cenſetur retrotrahere Diſpenſationem ad initium, & Radicem Matrimonii, quoad omnes effectus, ut bene explicant idem Sanchez *l.* 8. *diſp.* 7. *n.* 28. Peregrinus *de Fideicomm. art.* 24. *n.* 77. Boſſius *de matr. contr. c.* 10. *num.* 349.

286 Circa præmiſſa, nota primo, non poſſe Papam in Matrimonii Radice diſpenſare, ſi Matrimonium nullum eſſet, ob aliquod Impedimentum, Jure Divino naturaliter dirimens, ſuper quo diſpenſare non poſſet. Sanchez *l. c. num.* 7. Balthaſſ. de Tomaſis *d. tit.* 9. *n.* 98. Loth. *l. c. n.* 112. Boſſius *d. c.* 10. *n.* 347. Averſa *de matr. q.* 22. *ſect.* 2. *verſ. Quod ſi filii*, prout nec di-

287 ſpenſare poterit, ſi fuiſſet nullum ex defectu conſenſus Contrahentium, vel alterius ex eis, vel ratione Impotentiæ perpetuæ coeundi, quia Impedimenta hæc, ſi certa, & probata ſint, ut requiritur, reddunt ſubſecuta Matrimonia Jure Divino naturali irrita, ut *l.* 2. ſuis locis dicemus, & docent Fragoſius *d. part.* 1. *l.* 3. *diſp.* 6. *n.* 28. Sanchez *n.* 10. & Averſa *ll. cc.* unde his

288 caſibus Papa extra Terras ſuæ temporalis Juriſdictionis poterit Prolem ſolum legitimare per Reſcriptum. Peregrinus *de Fideicomm. conſ.* 1. *à n.* 2. Boſſius *l. c.* Tomaſius *n.* 131. *l. c.* Fragoſius *l. c.* Dixi, ſi hæc Impedimenta certa ſint, quia in dubio poteſt diſpenſare, & Prolem quoad omnia legitimare. Vide Fragoſium *d. n.* 28.

289 Nota ſecundo; nullum Principem ſæcularem, immo nec Imperatorem ipſum poſſe Prolem ita legitimare, ut per hujuſmodi Legitimationem capax ſit Eccleſiaſticos Ordines ſuſcipiendi, quia in his Laici omnino carent poteſtate. Sanchez *d. diſp.* 7. *n.* 11. Balthaſſ. de Tomaſis *d. Decade tr.* 1. *tit.* 10. *n.* 42. Lotherius *d. q.* 48. *n.* 113.

290 Nota tertio, Pontificem non cenſeri in Radice diſpenſare, ſi diſpenſet ſimpliciter in matrimonio ob Impedimentum dirimens irrito, ut illud de novo celebretur, ſi nulla mentio facta ſit de Prole, ex hujuſmodi matrimonio antea ſuſcepta; quia, eo caſu, ſolum eſt Diſpenſatio ad contrahendum; unde cum de Prole non fuerit facta mentio, Diſpenſatio non poteſt extendi, & conſequenter ea Proles, tanquam concepta, & nata eo tempore, quo inter parentes non poterat, abſque Diſpenſatione, matrimonium conſiſtere, remanebit ſpuria. Sanchez *d. diſp.* 7. *num.* 18. Boſſius *n.* 363. *l. c.*

291 Nota quarto, quod ſi Papa legitimet Prolem, nec de Matrimonio mentionem faciat, cenſetur legitimare ſolum quoad Spiritualia; quia cum nulla de Matrimonio facta fuerit mentio, non poteſt dici, quod in ejus Radice diſpenſet, ſed potius per Reſcriptum;

292 immo ſic legitimando, etiam Perſonas ſuæ temporalis Juriſdictionis, non cenſetur legitimare ad temporalia, quia cum hæc Legitimatio lædat jus Tertii,

293 non præſumitur Papam velle jus Tertii lædere, niſi id apertiſſime exprimat. Sanchez *l. c. n.* 21. Boſſius *l. c. n.* 365. Balth. de Thomaſis *d. tr.* 1. *tit.* 9. *n.* 98. Molina *de primog. l.* 3. *c.* 2. *à n.* 10.

294 Nota quinto, quod ſi Papa ſimpliciter diſpenſet, ut poſſint Oratores de novo Matrimonium contrahere, & ſimul declaret legitimos Filios natos ante Diſpenſationem, & alios poſtea naſcituros, tunc (quicquid in contrarium doceat Sanchez *d. diſp.* 7. *n.* 20. & alii) probabilius eſt, Papam diſpenſare in Radice, & prolem quoad omnia fieri legitimam; ratio eſt, quia ex quo Papa prius mentionem facit de matrimonio de facto contracto, & deinde prolem jam ſuſceptam efficit legitimam, cenſetur diſpenſare in Radice, & Impedimentum abolere, ac ſi nunquam fuiſſet Lex conſtituens hujuſmodi Impedimentum; cum hæc Legitimatio facta videatur ratione matrimonii prius diſpenſati, & ita in Radice. Rota *dec.* 207. *in Noviſſimis part. prim.* Seraphinus *dec.* 1121. *numer.* 3. Rota *dec.* 687. *numer.* 14. *&* 15. *part.* 2. *rec.* Boſſius *de Matrimonii contractu, dict. cap.* 10. *num.* 362.

Nota ſexto, quod ſi Papa diſpenſet, ut Conjuges 295
in matrimonio nulliter contracto remanere poſſint, illud in neceſſarium antecedens approbat, & confirmat, & conſequenter, dum ſuper hujuſmodi matrimonium diſpenſatum ſit, non erit neceſſarius novus conſenſus, ſed ſufficiet naturalis ab initio præſtitus. Rota *dec.* 687. *num.* 12. *&* 13. Barboſa *in Votis Can. l.* 2. *voto* 27. *num.* 14. Peregrinus *de Fideicomm. art.* 24. *num.* 79. Corrad. *in praxi diſp. Apoſt. l.* 8. *cap.* 3. *n.* 51. & colligitur *ex cap. Cum locum* 14. & *cap. Cum* *apud* 23. *de Sponſ.* & facit, quod etiam poſt mortem 296
alterius ex Conjugibus, & quando novus conſenſus ſubſequi non poteſt, adhuc Papa in Radice approbare poteſt, ſi contrahere volentes eorum vita durante, petierint Diſpenſationem, ſed morte præventi non potuiſſent contrahere, ut diximus; quia tunc Diſpenſatio, & Legitimatio retrotrahuntur, ut probant Peregrinus *d. art.* 24. *num.* 83. Fuſarius *de Subſtit. q.* 409. *n.* 119. Sanchez *l. c. n.* 14. quamvis *n.* 25. contrarium dicat.

Nota ſeptimo, prolem, quæ à Confeſſario legiti- 297
matur, in vim Literarum Sacræ pœnitentiariæ, illegitimam reputari eo caſu, quo Impedimentum occultum detegatur; unde tunc neceſſaria erit nova Diſpenſatio pro utroque Foro, cum conſueta clauſula, & facultate *Prolem ſuſceptam legitimandi*, ut docent Sanchez *libr.* 8. *diſp.* 34. *num.* 47. Corradus *in praxi diſp. Apoſt. l.* 8. *cap.* 2. *num.* 41. Ricciullus *de jure perſonar. l.* 4. *c.* 68. *n.* 20. & alii, quos *cap. ultim.* citavimus.

Tandem nota, quod ſi Oratores in Supplicatio- 298
ne Pontifici porrecta, pro Diſpenſatione obtinenda, expreſſerint, fuiſſe inter eos matrimonium de facto contractum, & prolem inde ſuſceptam, hæc omnia verificari debent coram Delegato, alias Delegatus diſpenſare non poterit; & ſi aliter fieret, non valeret, ut bene docet Balthaſſar de Tomaſis *dict. tractat.* 1. *tit.* 9. *numer.* 100. & ita fuiſſe à Rota deciſum refert Garcia *de Benefic. part.* 7. *capit.* 2. *numer.* 40. quia Papa movetur ad diſpenſandum matrimonii favore, & veris exiſtentibus narratis; unde cum hæc efficiant cauſam finalem, verificari debent.

Verificatis itaque omnibus, quæ ex Reſcripti Apoſtolici forma ſunt verificanda, ſervatiſque omnibus, quæ tum ex parte Delegati, tum ex parte Oratorum ſervanda ſunt, ſi Delegatus expediens judicaverit Diſpenſationem facere, nec ſcandalum ſit ex ea oriturum, ad Decretum Diſpenſationis deveniet, infraſcripto, vel ſimili modo.

Die, &c. Flaminius Nobili J. U. D. Can. Cathe- 299
dralis Lucanæ; & Nobil. Lucenſ. Illuſtr. & Reverend. D. D. Petri Rota Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopi Lucani, & Comitis, in Spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, in hac parte uti Executor Apoſtolicus, à SS. D. N. Alexandro Papa VII. ad infraſcripta ſpecialiter Delegatus. Univerſis, & ſingulis præſentes Noſtras Literas inſpecturis, viſuris pariter, & lecturis ſalutem in Domino. Noveritis fuiſſe nuper coram nobis pro parte, & ad inſtantiam N. & N. hujus Lucanæ Diœceſis exhibitas, & præſentatas infraſcriptas Literas Apoſtolicas, in Charta ædina ſcriptas, plumbo pendente, Sigillo, & Cordulis Canapis, more Romanæ Curiæ munitas, integras ſiquidem

non

non vitiatas, abolitas, vel cancellatas, nec in aliqua earum parte suspectas, sed omni prorsus vitio, ac suspicione carentes, quas Literas omni, qua decuit, reverentia recepimus, & legimus, & sunt infrascripti tenoris videlicet, & hic inseratur tenor dictarum Literarum de verbo ad verbum. *Post quarum quidem Literarum præsentationem, & receptionem Nobis factam, fuimus pro parte dictorum N. & N. debita cum instantia requisiti, quatenus ad earundem Literarum, & contentorum in eis executionem procedere deberemus. Nos attenta, servataque illarum forma; mandavimus super expositis in illis capiendam esse diligentem, & summariam Informationem; per quam reperimus, dictos N. & N. Quarto Consanguinitatis Gradu invicem esse conjunctos, dictamque Oratricem propter hoc raptam non fuisse, omniaque in dictis Literis exposita, vera fuisse, & esse. Unde facta per nos separatione, injunctaque Oratoribus Pœnitentia publica, & quod Orator tribus saltem mensibus operam suam conferat Fabricæ Ecclesiæ Parochialis dicti Loci de N. & habita deinde fide Reverendi Rectoris ejusdem Ecclesiæ de adimplemento dictorum ordinum, & data Absolutione, & imposita alia Pœnitentia salutari arbitrio nostro, ad formam dictarum Literarum, servatisque omnibus ex forma dictarum Literarum servandis, misericorditer in Domino dispensavimus cum suprascriptis N. & N. quod, Impedimento Quarti Consanguinitatis Gradus hujusmodi, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, Matrimonium inter sese publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, illudque in faciem Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum remanere libere, & licite possint, & valeant, Prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendam legitimam nunciando, ad præscriptum dictarum Literarum.*

In quorum fidem, &c.

Flaminius Nobili Vic. Generalis Lucanus
Executor Apostolicus.

N. Notarius, & Cancell.

Si Delegatus post factam Dispensationem, invenerit se deceptum, vide quæ diximus, *cap. præcedenti.*

CAPUT VIII.

De Dispensationibus Matrimonialibus, quæ super occultis impedimentis à Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ emanant.

SUMMARIUM.

1 *Diversimode se habet Praxis Dispensationum, quæ à Prætorio S. Pœnitentiariæ emanant pro Foro interno, ab aliis Dispensationibus, quæ pro foro externo à Papa conceduntur.*
2 *Ab ipsis primitivæ Ecclesiæ temporibus Prætorium S. Pœnitentiariæ regebatur à Viris, integritate vitæ, scientia conspicuis.*
3 *Antiquo tempore pleræque Dispensationes Matrimoniales transibant per Officium S. Pœnitentiariæ sub nomine Majoris Pœnitentiarii; at postmodum Officium præfatum à S. Pio V. Summo Pontifice translatum fuit in Cancellariam Apostolicam.*
4 *Tenor Constitutionis S. Pii V. super translatione d. Officii S. Pœnitentiariæ apponitur.*
5 *Adest etiam Constitutio Urbani VIII. per quam summi Pœnitentiarii auctoritas non solum confirmata, sed notabiliter aucta fuit.*
6 *Dignitas majoris Pœnitentiarii à Benedicto II. fuit instituta.*
7 *Hodie conferri solet alicui ex Eminentissimis S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus.*
8 *Jurisdictio, & auctoritas Summi Pœnitentiarii non expirat morte Pontificis.*
9 *Gratia facta à Pœnitentiario non expirat morte Pontificis, etiam re integra.*
10 *Dispensationes, quæ fiunt à Legatis Apostolicis, non expirant morte Pontificis.*
11 *Majori Pœnitentiario subduntur Regens, Consultores duo, Sigillator, Procuratores tres, seu Secretarii, & Scriptores tres, qui omnes sua officia explent.*
12 *Regentis officium quale sit.*
13 *Datarii munus quale.*
14 *Corrector ad quid teneatur.*
15 *Sigillatoris cura quæ sit.*
16 *Procuratores, seu Secretarii vicissim, & per turnum Memorialia omnia recipiunt.*
17 *Scriptores Supplicationes rescribunt.*
18 *Officiales, & Ministri Sacræ Pœnitentiariæ debent esse Sacris Ordinibus initiati, vel saltem initiandi infra tempus, sibi à Sanctissimo præscribendum.*
19 *Major Pœnitentiarius semel saltem in mense convocat suos Officiales una cum Secretariis; quæ convocatio Signatura appellatur, & quare.*
20 *Sacra Pœnitentiaria habet suam peculiarem Congregationem Cardinalium.*
21 *Sacra Congregatio Concilii non se ingerit in negotiis Sacræ Pœnitentiariæ.*
22 *Declarationes, quæ à Sacra Congregatione Concilii fiunt super Impedimentis Matrimonii, & eorum Dispensatione, procedunt pro Dispensationibus pro utroque foro, & non pro illis, quæ per ipsam Pœnitentiariam pro foro conscientiæ committuntur.*
23 *Pro casibus occultis, & pro Absolutionibus simplicibus, quæ ab Ordinario Locorum circa publicos casus diriguntur, Diplomata traduntur clausula; at pro publicis casibus circa Absolutiones, Dispensationes, rehabilitationes, & similia, ad Regularium favorem, Diplomata sunt patentia.*
24 *Quadrupliciter emanant Gratiæ à majori Pœnitentiario, nempe in Foro conscientiæ, & in actu Sacramentalis Confessionis; In Foro conscientiæ tantum; In utroque Foro; Simpliciter absque ullius Fori expressione.*
25 *Quam auctoritatem major Pœnitentiarius habeat circa sæculares Personas.*
26 *Quid possit ad favorem Regularium.*
27 *Materiæ recensentur, circa quas auctoritas majoris Pœnitentiarii versatur.*
28 *Expenditur doctrina Zerolæ, quod possit Pœnitentiarius ex justa causa concedere Dimissorias ad Ordines, si illæ à proprio Ordinario obtineri non possit.*
29 *In quibus possit Pœnitentiarius circa Matrimonium dispensare.*
30 *Circa consanguinitatem dispensare potest in gradibus remotioribus tantum.*
31 *Si Matrimonium non sit adhuc contractum, Pœnitentiarius in consanguinitate non potest dispensare.*
32 *Omnes Dispensationes, quæ à Tribunali Sacræ Pœnitentiariæ emanant, gratis conceduntur.*
33 *Etiamsi essent Revalidatoriæ alterius Dispensationis, à Pontifice pro Foro externo nulliter impetratæ.*
34 *Quamvis in illa tacita fuisset aliqua qualitas, qua expressa, fuisset necessaria solutio compositionis.*
35 *Proponitur tenor Literarum S. Pœnitentiariæ super affinitate, ex copula illicita proveniente.*
36 *Quid si matrimonium in d. casu fuisset absque Dispensatione contractum.*
37 *Quid si ambo Conjuges impedimentum dictæ illicitæ affinitatis sciviſſent.*
38 *Quid si post contractum à Conjugibus matrimonium superveniat affinitas.*
39 *In primo, & secundo consanguinitatis gradu non potest Pœnitentiarius dispensare.*
40 *Pœnitentiarius etiam super remotioribus gradibus consanguinitatis rarissime dispensat.*

41 *Si post matrimonium bona fide contractum superveniat notitia impedimenti consanguinitatis, non dispensatur, nisi Conjuges stetissent in matrimonio per aliquot annos.*

42 *Formula Literarum Sac. Pœnitentiariæ super Dispensatione impedimenti cognationis spiritualis.*

43 *Quid si matrimonium fuisset jam cum dicto impedimento contractum.*

44 *Pœnitentiarius solet aliquando committere declarationem, quod non fuerit contractum impedimentum cognationis.*

45 *Formula Literarum S. Pœnitentiariæ super impedimento criminis, & ejus Dispensatione.*

46 *Quid si impedimentum fuisset jam cum dicto impedimento absque Dispensatione contractum.*

47 *Si per machinationem, mors primi Conjugis secuta fuisset, difficillime, & nonnisi ex urgentissimis causis, conceditur Dispensatio, maxime si veneno mors secuta fuerit.*

48 *Quid si uterque Conjux machinatus sit, & matrimonium fuerit cum dicto impedimento contractum.*

49 *Si mors secuta fuerit veneno, pluries denegari solet Dispensatio, & tunc causæ Dispensationis discutiuntur in plena Signatura, an admittendæ sint, necne.*

50 *Quid si Machinantes nondum contraxissent.*

51 *Si quis vivente uxore matrimonium cum alia, prioris matrimonii inscia, contraxerit de facto, & consumaverit, remanet perpetuo inhabilis ad illud recontrahendum.*

52 *Quid si dictus, qui, vivente Uxore, aliam duxerit, mortua prima Uxore, neutro adulterorum machinante, velit in secundo matrimonio remanere.*

53 *Si quis credens ejus Conjugem esse mortuum bona fide, cum alio contrahat, non est opus Dispensatione; at si petatur à S. Pœnitentiaria, proponitur forma declaratoria.*

54 *Causæ referuntur, ex quibus Dispensatio super impedimento simplicis Voti Castitatis concedi solet. Prima est; si Orator, qui Castitatem vovit, stimulis carnis resistere non valeat.*

55 *Formula Dispensationis d. impedimenti.*

56 *Vix talis causa subest, quæ sufficiens sit pro Dispensatione absolute concedenda; majores enim causæ requiruntur ad dispensandum, quam ad commutandum.*

57 *Formula Dispensationis super eodem Voto, si Orator matrimonium absque Dispensatione contraxit, & consummavit.*

58 *Si matrimonium fuisset contractum, sed non consummatum, quid agendum.*

59 *Secunda causa Dispensationis super d. Voto, est, si fœmina, quæ vovit, sit juvenis formosa, Parentibus orbata.*

60 *Tertia causa est, si Uxoratus, constante matrimonio, Castitatem vovit, & postea ad effectum petendi debitum conjugale, petit sibi dictum Votum commutari.*

61 *Quid si post Votum jam diu emissum petatur Dispensatio.*

62 *Causa commutationis Voti Religionis frequentior est, si is, qui Votum emisit, non speret ob stimulos carnis continenter vivere posse.*

63 *Alia causa est, ob debilem Voventis complexionem; & quomodo ex d. causa Literæ concedantur.*

64 *Alia causa est, si Mulier, quæ vovit, non haberet dotem sufficientem, cum qua in Monasterio recipiatur, & quomodo tunc concedantur Literæ*

65 *Defectus dotis, ad hoc ut fœmina, quæ vovit Religionem ingredi, dispensari possit à Voto, debet considerari respectu diversorum Monasteriorum suæ Civitatis, nec opus est Provinciam peragrare ad hoc ut recipiatur.*

66 *Quid si Orator alias obtinuisset Dispensationem, vel commutationem Voti Religionis, cum clausula* Dummodo cælibem vitam ducat, *& postea matrimonium contrahere velit.*

67 *Quid si Oratrix vovisset particulare Monasterium ingredi, & cum non potuerit in eo recipi, matrimonium contraxerit.*

68 *Alia causa est si Orator, filius unicus patri, jurasset Religionem ingredi, & Castitatem servare, & facta diligentia, ob infirmitates, quas pateretur, non esset receptus.*

69 *Alia causa est, si Orator infirmitatibus oppressus, stimulisque carnis agitatus, petat commutationem Voti Religionis, ad effectum contrahendi matrimonium.*

70 *Quid si ob solas infirmitates non sperat sustinere posse illius Religionis onera.*

71 *Alia causa est, si Orator, qui Religionem vovit, sit quinquagenarius, seu sexagenarius.*

72 *Alia causa est, si post votum emissum, & post Religionis susceptum habitum, illum dimiserit ob debilem complexionem.*

73 *Quid agendum in dubio validitatis Voti.*

74 *Quomodo observetur circa Votum pœnale, & ejus commutationem.*

75 *Similis casus proponitur.*

76 *Quid, si Orator, qui vovit, eo quod sit juste impeditus, petat prorogari tempus ad illud adimplendum.*

77 *Causæ explicantur, pro quibus admittuntur dilationes ad Votis satisfaciendum; prima est si is, qui vovit, habeat Parentes, vel Filios, seu Sorores, aut Nepotes pauperes, & illius auxilio egeant.*

78 *Alia causa est, si Vovens habeat Filiam nubilem.*

79 *Alia causa est, si antequam habitum Religiosum susceperit, cupiat perficere cursum studiorum.*

80 *Sacra Pœnitentiaria dispensare potest, & solet, super matrimonio rato, & non consummato.*

81 *Proponitur casus, in quo dispensatum fuit super matrimonio rato.*

82 *Quid si secundus Conjux fuisset ignarus primi matrimonii sui Conjugis, & in dicta ignorantia perseveraret tempore petitæ Dispensationis.*

83 *Quid si ex falsa causa fuerit obtenta Dispensatio à Summo Pontifice super publico impedimento, & recursus habeatur ad Sacram Pœnitentiariam, eo quod occultum sit, quod ex falsa causa Dispensatio impetrata sit.*

84 *Si post matrimonium bona fide contractum, impedimentum aliquod dirimens detegatur, & aliis occultum, tamen Oratores non abstineant, quomodo concipiantur Literæ.*

85 *Quid si Oratores habuissent inter se copulam sub spe facilius obtinendi Dispensationem à Pontifice, & dictam spem habitam negassent.*

86 *Si plura adessent impedimenta, ex quibus aliqua publica, & cætera occulta sint, quid faciendum.*

87 *Omnia impedimenta, quæ inter Oratores adsunt, debent explicari cum omnibus qualitatibus, & circumstantiis aggravantibus.*

88 *Quid exprimi debeat Pœnitentiariæ pro Dispensatione, quæ petitur super Affinitate de contrahendo.*

89 *Quid exprimi debeat pro Dispensatione petita super impedimento affinitatis de contracto.*

90 *Quid exprimi debeat pro Dispensatione obtinenda super Cognatione spirituali.*

91 *Quid exprimi debeat pro Dispensatione super impedimento occulto Consanguinitatis, detecto post matrimonium bona fide contractum.*

92 *Quid exprimi debeat pro Dispensatione super impedimento criminis.*

93 *Quid exprimi debeat pro Dispensatione super impedimento Voti Castitatis, seu Religionis.*

94 *Explicantur clausulæ, quæ solent contineri in Literis S. Pœnitentiariæ.*

95 *Clausula* Discreto Viro Confessori, Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctori, ex approbatis ab Ordinario, *quomodo intelligenda.*

96 *Confessarius, qui caret qualitatibus à Pœnitentiario requisitis, non potest Literas aperire.*

97 *Quamvis Confessarius electus ad aperiendum Literas*

teras ex communi errore Magister in Theologia, seu Doctor in Jure Canonico reputetur, tamen aperire non poterit.

98 Nec sufficit si dictus Confessarius in Jure Cæsareo Doctor sit.

99 Nec sufficiet, si dictus Confessarius admissus fuerit ad Confessiones audiendas ab alio Ordinario, sed requiritur necessario, ut approbatus sit ab Ordinario illius Diœcesis, in qua Diploma exequi debet, nec requiritur, ut ab Ordinario Pœnitentis approbatus sit.

100 Quamvis d. Confessarius sit Licentiatus, & Doctoratui proximus, tamen exequi non poterit, quia requiruntur de forma qualitates in Literis contentæ.

101 Non possunt has Literas aperire Regulares, qui juxta suorum Ordinum instituta, Magistrorum Privilegiis fruuntur, & Magistri appellantur.

102 Si Confessarius habeat requisita, sed indoctissimus sit, potest aperire.

103 Nonnulli Generales Religionum possunt ex privilegio aperire.

104 Alii Regulares Mendicantes habent hujusmodi privilegium.

105 Dispensatio potest fieri extra actum Confessionis, cum non sit res pertinens ad Confessionem.

106 Stylus tamen Curiæ ita se habet, ut Dispensatio fieri debeat audita sacramentali Confessione.

107 Verba audita in Sacramentali Confessione, & non aliter, conditionem important, & formam.

108 Forma non servata corruit actus.

109 Stylus, quod Dispensatio fieri debeat audita Sacramentali Confessione, fuit introductus tempore Pontificatus Pauli V.

110 Aliud est forus conscientiæ, & aliud forus pœnitentiæ.

111 Si Confessio reddatur nulla ex aliquo defectu integritatis, vel attritionis, vel ex alia causa, nihilominus Dispensatio valebit.

112 Confessio, ut præmittatur ante Dispensationem, non esset necessarium, nisi Papa sic in illo casu præciperet.

113 Dispensatio valebit, quamvis Confessio sit invalida, ut diximus, nisi invaliditas esset circa rem, super qua petitur Dispensatio.

114 Quatuor dubia resolvuntur à Sanchez.

115 Quid si Confessarius fuisset semel approbatus, sed ejus licentia postmodum fuisset occulte revocata.

116 Quid si Confessarius non fuisset approbatus ab Ordinario, si alias constet de ejus approbatione ex publico documento alicujus Academiæ.

117 Quid si fuerit approbatus cum limitatione personarum.

118 Quid si Confessarius sit indoctissimus, sed habeat alia requisita.

119 Quid si Literæ per errorem præsententur Confessario, qui, quamvis communi errore existimetur habere qualitates requisitas, tamen illis careat.

120 Si Confessarius munus suum minus bene explevit, an possit alius adiri.

121 Ordinarius Delegatus, cum sit Judex in foro externo, semel cæpto judicio, variare non potest.

122 Ex justa causa potest variari Confessor, irrequisito Majori Pœnitentiario.

123 Confessarius potest se retractare, & sententiam mutare.

124 Possunt eligi duo Confessarii, nempe unus pro Dispensatione, & alius ut prolem legitimet; limita tamen.

125 Si Confessarius jam dispensavit, non potest canere palinodiam.

126 Non omnis timor, & periculum incontinentiæ sufficiunt ad dispensandum super Voto Castitatis.

127 Clausula, ut Confessarius teneatur indagare veritatem precum, est de forma.

128 Non tenetur Dispensandus jurare, se dicturum veritatem.

129 Si Confessarius extra Confessionem sciat preces falsas esse, quamvis Pœnitens asserat esse veras, non debet dispensare.

130 Si adsit aliud impedimentum dirimens inter contrahere volentes, ac Pœnitens asserat fuisse dispensatum, Confessarius debet ei credere.

131 Si Confessarius omitteret examen veritatis precum, non valet Dispensatio, quamvis etiam ipsæ preces veræ essent.

132 Clausula, quæ apponitur alio modo, & aliter quam jure inest, importat conditionem, & formam.

133 Quamvis preces veræ sint, si Confessarius, veritatis inscius, dispenset, nulla est Dispensatio.

134 Si aliter, quam per Confessionem, de precum veritate Confessori constet, non erit necessarium dictum examen præmittere.

135 Nec pariter opus erit examine, si Confessarius ex ipsa Confessione Sacramentali veritatem novit.

136 Monita, & consilia oportuna, quæ Confessori in Literis S. Pœnitentiariæ injunguntur, non inducunt conditionem, sed tantum instructionem pro Confessario.

137 Confessarius omittendo monita, & consilia, non committit peccatum, si in diligenti Pœnitentis examinatione non deficiat.

138 Preces narratæ S. Pœnitentiariæ debent esse veræ tempore impetrationis Literarum, & ita etiam subsistere tempore executionis.

139 Quomodo intelligi debeat Clausula, in Literis S. Pœnitentiariæ apposita, nempe, ut dispensandum à mutatione propositi absolvat.

140 Dispensationes, & Commutationes fieri possunt etiam extra actum Confessionis, post auditam ipsam Confessionem.

141 Dispensatio committitur à S. Pœnitentiaria pro conscientiæ foro, & non pro foro pœnitentiæ, & ideo intelligitur extra actum Confessionis.

142 Quamvis Confessarius non possit imponere aliquas Confessiones, & aliqua pœnitentiæ opera perpetua, quantitas tamen horum operum remittitur Confessarii arbitrio.

143 Quantitas dictorum operum, de quibus numero præcedenti, non debet imponi ad libitum, sed secundum regulas prudentiæ.

144 Clausula Secundum Deum, quomodo sit intelligenda.

145 Confessarius non poterit imponere Confessionem frequentiorem, quam menstruam, sed tamen poterit imponere bimestrem, seu trimestrem.

146 Ille, cui Confessio imponitur singulis mensibus, satisfacere poterit quocumque die illius mensis.

147 Quando in Literis Pœnitentiariæ imponitur Confessio singulis mensibus, verificatur in unoquoque die mensis.

148 Si Dispensatus non satisfaciat Confessioni in uno mense, non tenetur in sequenti duplicare.

149 Non tenetur duplicare in illo mense, in quo confitetur, ut satisfaciat Ecclesiæ præcepto.

150 Si Pœnitens teneretur ex alio Voto Confessiones menstruas facere, non potest unica Confessione utrique obligationi satisfacere.

151 Non potest Confessor imponere eas Confessiones, ad quas Pœnitens aliunde tenetur.

152 Confessarius poterit minuere frequentiam Confessionis.

153 Quæ, & qualia opera possit Confessarius injungere.

154 Pœnitentia, si non præscribatur in mandato, ut sit perpetua, potest dari temporalis.

155 In pœnalibus est faciendæ benignior interpretatio.

156 Clausula, ut Literæ dilanientur; quomodo sit accipienda.

157 Potest Confessarius facere aliquam fidem de absolutione, vel Dispensatione.

158 Dispensatio facta à Confessario super occulto impedimento, non prodest, si impedimentum detegatur.

159 Quid facere debet Parochus, dum ipsi ab aliquo denuntiatur impedimentum, super quo fuit occulte obtenta Dispensatio.

160 Scientes impedimentum inter aliquos adesse, at scientes etiam Dispensationem obtentam, non tenentur denuntiare.

161 Non tenentur Dispensati fateri occultum impedimentum Judici, super quo occulte fuit facta Dispensatio.

162 *Ad impediendum matrimonium non sufficit unicus testis, si super impedimento fuit secreto facta Dispensatio.*

163 *Ad impediendum matrimonium contrahendum sufficit unicus testis.*

164 *Si impedimentum occultum, super quo fuit facta Dispensatio, detegatur, proles reputabitur illegitima.*

165 *Dum Conjuges impedimento dirimenti, ignorato bona fide utriusque, vel alterius eorum, matrimonium inter se contraxerint, proles erit legitima. Parens tamen, quia fuit in mala fide, non reputabitur legitimus respectu dicti filii in foro externo.*

166 *Filii, per Literas Sacræ Pœnitentiariæ legitimati, si impedimentum non detegatur, non erunt irregulare in foro conscientiæ.*

167 *Quando dicatur impedimentum esse occultum.*

168 *Quando dicatur esse publicum.*

169 *Occultum erit impedimentum, quamvis Oratores sciant, sed non sciant sub hac formalitate, quod sit impedimentum.*

170 *Quid si fuerit deductum ad forum contentiosum.*

171 *Quid si reus falsis testibus se defenderit.*

172 *Quid si Judex retineat penes se Causam, nec reum citet.*

173 *Ad hoc ut impedimentum deductum ad forum contentiosum desinat esse occultum, exigitur, ut sit deductum ad forum contentiosum, & simul parti intimatum.*

174 *Si impedimentum, super quo Confessario commissa fuit Dispensatio, deductum sit ad forum contentiosum, & in eo pendeat, non poterit dispensari, donec reus absolutus fuerit.*

175 *Potest aliquid materialiter esse publicum, formaliter vero, & secundum quid, esse occultum, ut exemplificatur in exemplis, quæ hic proponuntur.*

176 *Nec obstat, ad hoc ut dicatur impedimentum esse occultum, si à principio fuerit publicum, at tractu temporis fiat occultum.*

177 *Impedimentum deductum ad Pontificem, non dicitur deductum ad forum judicialem.*

178 *Clausula, qua imponitur Confessario, ut experiatur, an separatio inter Oratores fieri possit absque scandalo, quomodo intelligenda sit.*

179 *Quando necesse sit dictam experientiam facere.*

180 *Non debet Confessarius multum insistere in perquirendo, an periculum incontinentiæ sit in cohabitatione Conjugum, si ipsi probabiliter de incontinentia timendum videatur.*

181 *Non videtur conditio necessaria, ut alter Conjux prius de prioris consensus nullitate certioretur.*

182 *Sæpe contingit, ut non possit nullitas Matrimonii Conjugi detegi, absque periculo manifestandi delictum.*

183 *Rejicitur doctrina* Gutierez, *docentis, necessariam omnino esse dictam certiorationem.*

184 *Si ex dicta certioratione non timeantur scandala, bene erit, ut Confessarius Conjugem ignorantem saltem remote moneat, ut si forsan matrimonium esset nullum, de novo consentiat.*

185 *Clausula*, Ita quod, si Uxori, cui conjungetur, supervixerit, castitatem servet, *quomodo sit accipienda.*

186 *Dispensatus super Voto Castitatis, non potest, soluto Matrimonio, aliud inire, absque Dispensatione.*

187 *Dictio*, Legitime, *quæ solet apponi in Literis Dispensationis, idest, ut matrimonium Orator legitime contrahere possit, intelligitur, ut valide contrahat; unde, si matrimonium esset nullum, adhuc poterit aliud validum inire.*

188 *Si post contractum matrimonium, in vim Dispensationis Voti, sed non consummatum, moreretur Conjux, vel profiteretur in aliqua Religione, adhuc poterit Dispensatus aliud matrimonium inire.*

189 *Dispensatio extinguitur primo actu, si interveniat dolus, & fraus.*

190 *Clausula*, Gratis ubique, *quid importet.*

191 *Si quis, impetrata Dispensatione pro utroque foro à Pontifice, tacuisset aliquam qualitatem occultam, quæ si expressa fuisset Pontifici, majorem compositionem solvisset, & postea à S. Pœnitentiaria Dispensationem petat super qualitate occulta, an gratis obtineat.*

192 *Clausula*, Et aliis, quæ de jure fuerint injungenda.

193 *Clausula*, Aliud Canonicum non obstet.

194 *Clausula*, Misericorditer in Domino dispenset.

195 *Misericors Dispensatio quæ dicatur.*

196 *Clausula*, Prolem exinde suscipiendam legitimam nunciando, &c. *quomodo intelligenda.*

197 *Proles legitimata in foro conscientiæ, non legitimatur in foro fori.*

198 *Detecto impedimento, super quo fuit occulte dispensatum, sequitur illegitimatio prolis.*

199 *Dispensatio facta pro foro conscientiæ, non suffragatur pro foro fori.*

200 *Dictio*, Nullatenus, *quid importet.*

201 *Clausula*, Postquam omnem recidivæ conversationis occasionem abstulerit, *quid importet.*

202 *Confessarius nec debet, nec potest ad absolutionem, & Dispensationem devenire, nisi prius remota fuerit occasio recidivæ conversationis.*

203 *Cohabitatio Maris, & Fœminæ est dispositio ad copulam.*

204 *Qui amat periculum peribit in illo.*

205 *Clausula*, In foro conscientiæ tantum, *quomodo intelligenda.*

206 *Major Pœnitentiarius non se ingerit in delictis publicis Laicorum, ut sunt delicta extra casus censurarum.*

207 *Clausula*, Dispensando commutes, *quid importet.*

208 *Clausula*, Tamdiu duratura, &c. *quomodo intelligenda.*

209 *Clausula*, Secundum Deum, *quomodo intelligenda.*

210 *Clausula*, Quod si unquam extra matrimonium fornicatus fuerit, *quid significet.*

211 *Clausula*, Ad finem, ut ea adimplens, meminisse semper possit obligationis, &c.

EA, quæ hucusque dicta sunt, rite procedunt pro 1
Dispensationibus, quæ super publicis impedimentis à Papa, pro foro externo, conceduntur; at diversimode se habet Praxis, respectu illarum Dispensationum, quæ pro foro interno à Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ emanant, super occultis; de quibus cum infra sit habendus sermo.

Præmitto; quod ab ipsis primitivæ Ecclesiæ tempo- 2
ribus S. Pœnitentiariæ Prætorium regebatur à Viris integritate vitæ, & scientia conspicuis, non sine magna auctoritate, & veneratione, ut refert Rota coram Merlino *dec.* 744 *n.* 3. postmodum tempore Pontificatus Marcelli I. per quindecim S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales rectum, & administratum fuit; dicta Rota *n.* 4. *l. c.* & cursu temporis major Pœnitentiarius à Benedicto II. fuit institutus, ut dicemus.

Antiquo tempore pleræque Dispensationes matri- 3
moniales transibant per Officium Sacræ Pœnitentiariæ, sub nomine Majoris Pœnitentiarii, ut testatur Corrad. *in Praxi Dispens. Apost. lib.* 7. *c.* 4. *n.* 4. sed postmodum Officium præfatum à S. Pio V. Summo Pontifice per quandam suam peculiarem Constitutionem, quæ incipit, *In omnibus rebus humanis*, sub Datum Romæ apud S. Petrum A. I. D. 1569. quintodecimo Kalend. Junii, Pontificatus sui Anno Quarto, translatum fuit in Cancellariam Apostolicam, itaut dictæ Pœnitentiariæ Officiales in posterum minoris gratiæ nuncupentur; cujus Constitutionis tenorem refert ad verbum idem Corradus *d. c.* 4. *nu.* 6. & hic transplantare placuit, cum ejus lectura magis practicabilia, quæ ad Prætorium ipsius Pœnitentiariæ spectant, percipi possint.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei; Ad perpetuam 4
rei memoriam. In omnibus rebus nihil tam perfecte institui, nihil ullis. Legibus, Sanctionibusque tam diligenter muniri potest, quin id lubrica, & præceps, malorumque omnium effectrix cupiditas, novis quotidie artibus pervertere, & corrumpere moliatur. Quocirca

omnes

omnes ad hujus præcelsæ dignitatis fastigium evecti, perpetua quadam necessitate coguntur, nusquam oculos à commisso sibi grege avertere, sed continenter vigiles circumferre, ut quandocunque usus poscit, novis modo legibus ferendis, modo veteribus corrigendis, vel ad usum revocandis, ea, quæ paulatim depravata sunt, in melius reformentur. Quod quidem nos jam inde ab ipso Pontificatus nostri principio, & libenter fecimus, & quantum in nobis est, illud idem statutum urgere, & prosequi, annuente Deo, conamur; neque quicquam nobis est, vel præclarius, vel optabilius, quam ut collapsos à vetere disciplina mores, ad pristinam suam integritatem denuo erectos, & in agro Domini a pravarum consuetudinum sentibus omnia diligenter perpurgata videamus; sed ne, dum ea, quæ ad communem totius corporis salutem pertinent, tantopere procurantur, quisquam nos accuset, quod eam partem, quæ nobis proxima est, negligamus, neque illius ulceribus necessarium salutis remedium applicemus, divino auxilio freti, Curiæ nostræ universæ reformationem jam dudum oculis nostris obversantem, aggredi decrevimus; pro qua, etsi ante hac nonnulli Prædecessores nostri multa sancte, & salutariter ordinarunt, hominum tamen fragilitate, non ita multo post aut neglecta, aut corrupta sunt, aliis atque aliis aliena suo sibi officio usurpantibus, & dictæ Curiæ expeditiones invicem confundentibus, quarum singulis sagax illa vetustas proprium, & distinctum pro cujusque diversitate, & materiæ genere, Officium tanto studio assignavit. Unde nos operæ pretium fore arbitrati illud in primis conari, ut quod cuique Ordini, quod cuique Officio congruit, ad illud idem revocetur; demum sapienter providere, & providenter statuere, per quos viros, quibusque modis, Curiæ prædictæ negotia, pro rerum, temporum, & locorum qualitate, deinceps dirigantur: At quia cæteris omnibus illa anteponere necesse est, ex quibus pendere dignoscitur periculum animarum: Nos hujusce Reformationis exordium à Pœnitentiariæ nostræ Officio capere instituimus, ejusque rei causa omnem auctoritatem ordinariam, & delegatam, omniaque privilegia, facultates, & indulta ideo duximus revocanda, ut habita de Ministrorum qualitate, numero, functionibus, & officiis, ratione explicata, novam futuris formam de integro præscribere valeamus, quia ipsum Pœnitentiariæ Officium certis quibusdam facultatibus, quæ aliis Officiis magis conveniunt, exoneratum, atque expeditum, dehinc ea, quæ animarum salutem præcipue concernunt attentiore studio prosequantur.

Primum igitur omnium de hujusmodi Officio, Ministris, & functionibus, rationem prodere volentes, de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula Loca, seu Officia Referendariorum, Correctorum, & Revisoris; necnon functiones, & exercitia Scriptorum, qui viginti septem, & Procuratorum, qui viginti quatuor sunt, quorumque Procuratorum octo Officia ad dispositionem pro tempore existentis majoris Pœnitentiarii pertinere noscuntur, in eodem Pœnitentiariæ Officio perpetuo supprimimus, & abolemus; eorumque Scriptorum, Procuratorum rationem aliorum habituri, illos omnes jam nunc ab ipso Pœnitentiariæ Officio amovemus; ac dictum Officium dehinc majori Pœnitentiario, Regente, Datario, uno Correctore, uno Magistro in Theologia, uno Doctore in Decretis, duobus Procuratoribus, duobus Scriptoribus, & uno Sigillatore (quos pro futuris rebus, & negotiis illius satis esse duximus) perpetuo constare volumus, horumque omnium Officiorum in ipso Pœnitentiaria Officio constitutorum venditionem, aut quamvis aliam, ad voluntatem tacitam, vel expressam ea dimittentium dispositionem, expresse prohibemus; sed illa omnia probis, & peritis, gratis omnino, & sine aliqua dimittentium, aut aliorum quorumcunque acceptione concedantur. Quod si secus factum fuerit, quæcunque concessiones de illis pro tempore factæ nullius sint roboris, vel momenti.

Propterea statuimus, & ordinamus, ut deinceps in perpetuum major Pœnitentiarius Officium suum per se ipsum exerceat, qui sit Presbyter, Magister in Theologia, seu Decretorum Doctor; & si causa legitima, à Romano Pontifice admissa absens, seu impeditus fuerit, unum alium ex S. R. Ecclesiæ Cardinalibus, prædictis qualitatibus insignitum, sibi pro-Pœnitentiarium subroget; qui interim hoc munus etiam per se ipsum prosequatur, Literasque non Pœnitentiarii Delegantis, sed suo proprio nomine jubeat expediri.

Similiter Regens, Datarius, Magister in Theologia, & Decretorum Doctor in eximia doctrina præstantes, casuumque conscientiæ periti; item Corrector in Decretis, stylo, cæterisque Pœnitentiariæ rebus diligenter versatus, & instructus; ac etiam Sigillator probatæ vitæ, & uti id munus postulat, omnium Officii expeditionum peritus. Qui omnes, Pœnitentiarii cura, & solicitudine delecti, & à Romano Pontifice confirmati, ad suum quisque Officium admittantur. Procuratores quoque, & Scriptores prædicti vita, moribusque integris ornati, ad suum quisque Officium exercendum idonei.

Ad hæc omnes prædicti Officii Ministri, etiam Procuratores, & Scriptores, sint Presbyteri, vel certe in aliquo ex Sacris Ordinibus constituti, hujusmodi arcanorum continentissimi, quorum etiam juramento, de fidelitate præstanda, adscribatur, quod nec occultos Casus hujusmodi; nec personas unquam cuiquam extra Officium revelabunt. Qui secus fecerint, non levius, quam Presbyteri, peccatorum confessiones prodere audentes, puniantur.

Procuratoriæ autem, & Scriptoriæ Officia ita demum à majore Pœnitentiario illis concedantur, qui prius à Regente, & Correctore super vita, moribus, ætate, scientia, & aliis qualitatibus requisitis diligenter, ac propositis Edictis, & mora sex dierum præcedente, per concursum examinati, & idonei comprobati fuerint; alioqui omnes concessiones, etiamsi à Romano Pontifice ex aliqua causa pro tempore factæ fuerint, pro irritis habeantur.

Omnes vero supradicti Officia sua per se ipsos tum diligenter, tum etiam fideliter exerceant, solique præsentes, & actu exercentes, nisi legitime impediti, fructus, & emolumenta percipiant; quorum singulis certum, statutumque aliunde stipendium cuique conveniens assignare intendimus, quo solo contenti esse debeant, nihilque aliud alio extraordinario labore, tam procurando, quam scribendo, aut recognoscendo, & examinando, capere possint. Quicunque secus fecerint, Officio suo hujusmodi privati, excommunicationis quoque sententia nodati eo ipso censeantur, cujus absolutionis beneficium ab alio, quam à Romano Pontifice (excepto mortis articulo) nequeant obtinere.

Ut autem negotia universa, qua decet, puritate, & diligentia dirigantur, prædictus Regens petitiones, casusque omnes ad prædictum Officium deductos examinet diligenter; quæque perspicua, & secundum communem in eodem Officio cursum, absque difficultate expediri consueverint, eadem expediri jubeat, nihilque omnino, vel ordinarium, aut clarum, nisi prius ab ipso recognitum, & probatum, Procuratores expedire incipiant; dubia vero, vel obscura, vel difficultate obstructa Regens ipse ad majorem Pœnitentiarium referat, ut diligentius examinentur. Demum in ejus Signatura proposita cum maturo omnium judicio decidantur.

Cæterum materiæ omnes, sive conficiendæ, sive scribendæ, inter Procuratores, & Scriptores cura Sigillatoris æqualiter dividantur.

Sed ut Literæ prædictæ stylo suo conscriptæ sanæ, & incorruptæ emittantur, Corrector prædictus, antequam illæ scribantur, schedulas, sive minutas earum à prædictis Procuratoribus conficiendas cum Supplicatione expedita diligenter recognoscat, examinet, & corrigat, ut inde Literæ ipsæ mundæ, & integræ, rasuriisque prorsus carentes expediantur. Itemque super omnibus materiis, tam ordinariis, quam extraordinariis, Supplicationes ubi illis opus erit, in totum expediri debeant prius, quam ad expeditionem Literarum super illis quoquo pacto procedatur.

Denique Sigillator prædictus Literas omnes eatenus recognoscat, ut manus requisitæ illis appositæ sint, & eorum Datæ cum libello Supplicationis concordent. Deinde ipsas Sigillo Pœnitentiariæ obsignet, & in totum gratis ubique expeditas, tum demum eas Procuratoribus reresignet.

Illud autem sancte, & immaculate apud Officium præ-

prædictum volumus observari, ut nihil prorsus pro Literarum confectione, & expeditione, nec alias etiam pro cera, pro charta, atramento, capsula, cordulis, aliisque rebus ad ipsam expeditionem pertinentibus, exolvatur, rationem aliunde habituri, unde hæc omnia, simulque Ministrorum omnium stipendia debeant comparari.

Sed ne quid rerum dictæ Pœnitentiariæ lapsu temporis pereat, neglectumve jaceat, Sigillator ipse omnia Exemplaria, Literas, Scripturas, & Instrumenta quorumcunque Privilegiorum, Facultatum, Concessionum, Prohibitionum, Reformationum, & cæterorum omnium dictum Officium Pœnitentiariæ in universum, & privatim concernentium, fideliter, ac cum periculo suo asservet, deque his omnibus authenticum Inventarium, ac Regestum conficiat; cui quicquid postea additum, statutum, concessum, vel vetitum erit, illud totum qualecunque quamprimum adscribatur; & sic deinceps hæc omnia in futurorum Sigillatorum fidem cum eisdem conditionibus, & periculis deponantur.

Ad retinendam vero in dicto Officio puritatem, & confirmandam singulorum fidem, districte præcipimus, ut juramenta, quæ in admissione Officialium requiruntur ad præsentem nostram Reformationem accommodata quotannis in manibus dicti Majoris Pœnitentiarii debeant iterari.

Monemus insuper omnes, & singulos supradictos, ut caveant diligenter, ne in Officiorum suorum exercitio fraus, vel dolus quoquomodo admittatur, vel captio inducatur, neve ipsi partibus quicquam dolose, & fraudulenter suggerant, quo facilius optata impetrare possint; sed solum petitiones justas, rationabiles, & honestas recipiant, & proponant. Quod si dolum, vel fraudem fecisse, aut quicquam, vel minimum, pro labore, aut alio quoquomodo accepisse convicti fuerint, præter illas censuras, & pœnas, quæ contra talia admittentes quomodocunque propositæ sunt, in pœnam privationis officiorum suorum incurrant, & ad futura inhabiles, infamesque reputentur, prout nos illos privatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipso.

Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid secus super prædictis, aut eorum aliquo, à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus nostra, De non tollendo jure quæsito, *& aliis Apostolicis Constitutionibus, ac decreto Officiorum prædictorum numero etiam pluries à Romanis Pontificibus reducto, necnon Officii Pœnitentiariæ hujusmodi juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, vetere stylo, & consuetudinibus, quantocunque tempore observatis, cæterisque contrariis quibuscumque.*

Depulsa igitur omnis avaritiæ fœditate, pro se quisque piam castamque mentem ad impositum sibi munus pro Dei æterni gloria, & Christifidelium salute alacriter intendat, & pro virili parte conetur, ut cuncta prospera, & hoc tanto Officio digna succedant, Sedesque Apostolica pro bene gestis condignæ laudis præconio in singulis Christiani Orbis partibus plenius celebretur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Suppressionis, Abolitionis, Amotionis, Prohibitionis, Statuti, Ordinationis, Intentionis, Præcepti, Monitionis, Decreti, Declarationis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo nono, quintodecimo Kal. Junii. Pontificatus Nostri Anno quarto.

5 Adest insuper alia Constitutio Urbani VIII. Summi Pontificis in forma Brevis, sub die 27. Septembris 1634. per quam summi Pœnitentiarii auctoritas non solum confirmata, sed notabiliter aucta fuit.

6 Dignitas majoris Pœnitentiarii à Benedicto Papa hujus nominis secundo instituta fuit, ut notat Gravatius in Annotation. ad Capitulum secundum Praxis Vestrii, relatus à Marco Paulo Leone Societatis Jesu, in Praxi ad Literas, & *Bullas Majoris Pœnitentiarii, & Sacræ Pœnitentiariæ Officii* in principio primæ Partis; & ejus jurisdictio, antequam dicta Reformatio facta esset, amplissima erat, ut testatur dictus P. Leo *l. c.* Hodie tamen conferri solet alicui ex Eminentiss. DD. S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui ætate, moribus, scientia, prudentia, ac benignitate conspicuus sit, & ejus jurisdictio, & auctoritas non expirat morte Papæ. *Clem. 2. de elect. §. Eo tamen proviso*, ut docent dictus P. Leo *l. c. vers. Per mortem, pag. mihi* 2. Filiuccius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. nu.* 348. Diana *part. 8. tract. 3. resol. 98. vers. Secundum est*. Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 6. num.* 514. Gutierez *de Matrim. cap.* 125. *nu.* 23. Reginald. *lib.* 31. *cap.* 27. *num.* 220. Zerola *in Praxi Episcop. part. 2. verbo Pœnitentiarius*, §. 6. Unde gratia facta ab ipso Pœnitentiario non expirabit morte Pontificis, etiam re integra; idem Gutierez *l. c.* Gabriel *cons.* 83. *n.* 74. *tom.* 1. Merolla *l. c.* & sic etiam Dispensationes, quæ fiunt à Legatis Apostolicis; *cap. Legatos 2. de off. Legati in 6.* Reginaldus, & Merolla *ll. cc.* 7 8 9 10

Majori Pœnitentiario, juxta tenorem, & formam dictæ Constitutionis S.Pii V. subduntur Regens, Consultores duo, Sigillator, Procuratores tres, qui omnes sua officia per se explent. 11

Regnes vices majoris Pœnitentiarii gerit, supplices Libellos Sacræ Pœnitentiariæ porrectos recipit, & subsignat, Decretaque desuper opportuna apponit, concedendo, vel denegando petita. 12

Datarius in calce Supplicationum Datam apponit diei mensis, & anni Pontificatus Pontificis regnantis. 13

Corrector, seu Revisor Supplicationes, à Procuratoribus ejusdem Officii confectas, considerat, corrigit, notat, & subscribit. 14

Sigillator publicum Sacræ Pœnitentiariæ Sigillum penes se retinet, Literas, ac Bullas Pœnitentiarii nomine expediendas subscribit. 15

Procuratores, seu Secretarii vicissim, & per turnum Memorialia omnia recipiunt, quæ à Curialibus, & aliis personis per quoddam foramen dejiciuntur in capsulam, quæ in domo Domini Regentis manet ad id destinata, & super materiis propositis Supplicationes conficiunt, & Bullas, seu Literas in forma Brevis expediunt. 16

Scriptores Supplicationes rescribunt in charta pergamena, & sic rescriptas dant ipsis Procuratoribus seu Secretarii expediendas. 17

Omnes tamen prædicti Officiales, & Ministri debent esse Sacris Ordinibus initiati, vel saltem initiandi intra tempus, sibi à Sanctiss. propterea præscribendum. Vide Marcum Paulum Leonem *in principio primæ partis d. Praxis.* 18

Major Pœnitentiarius semel saltem in mense convocat suos Officiales, una cum Secretariis. Quæ convocatio, Signatura appellatur, eo quod ibi signatur Memorialia à Domino Regente, & discutiuntur graviores casus, qui in dies proponuntur. 19

Habet insuper Sacra Pœnitentiaria suam peculiarem Congregationem Eminentissimorum Cardinalium, in qua casus difficiliores in dies occurrentes proponuntur, discutiuntur, & deciduntur. Nec in negotiis ejusdem se ingerit Sacra Congregatio Concilii; unde declarationes, quæ fiunt ab ipsa Congregatione Concilii super impedimentis matrimonii, & eorum Dispensationibus, locum habent, & intelligi debent pro Dispensationibus, quæ pro utroque foro Ordinariis diriguntur; non autem de illis, quæ per ipsam Pœnitentiariam pro foro conscientiæ tantum Confessariis committuntur, ut bene animadvertit Corradus *in Praxi Dispensation. Apost. lib. 8. cap. 1. nu.* 53. 20 21 22

Pro casibus occultis, & pro simplicibus absolutionibus, quæ ad Ordinarios Locorum diriguntur, circa publicos casus, Diplomata traduntur clausa, ad formam Literarum familiarium Sigillo munita; at pro publicis casibus circa Absolutiones, Dispensationes, Rehabilitationes, & similia ad Regularium favorem, Diplomata sunt patentia cum Capsula pendente, introcluso Sigillo. 23

Gratiæ quadrupliciter a majori Pœnitentiario emanant. 24

nant. Primo in foro conscientiæ, & in actu Sacramen alis Confessionis. Secundo in foro conscientiæ tan um. Tertio in utroque foro. Quarto simpliciter, absque ullius fori expressione.

25 Quoad sæculares personas major Pœnitentiarius auctoritatem habet dumtaxat absolvendi, & dispensandi copulative in casibus occultis. Absolvendi vero etiam in publicis.

26 Ad favorem autem Regularium, etiam in casibus publicis, & utroque foro, nempe pœnitentiali, & judiciali; & sic est notorius dicti Prætorii stylus, ut docet dictus P. Leo *l. c. pag. mihi* 9.

27 Materiæ omnes, circa quas ejus auctoritas versatur, sunt Dilationes, & Commutationes Votorum simplicium, & obligationis simplicis recitandi Horas Canonicas: Absolutiones à Casibus, & Censuris reservatis: Dispensationes super impedimentis occultis ad contrahendum, seu recontrahendum matrimonium: Dispensationes super Irregularitatibus: Convalidationes titulorum: Rehabilitationes ad Beneficia, nec non ad Officia, Dignitates, & similia: Dispensationes pro Regularibus transire volentibus ad strictiorem, vel laxiorem Religionem: Condonationes, & Remissiones pecuniarum, & fructuum male exactorum, ac perceptorum, nisi agatur de præjudicio certi domini; vide dictum P. Leonem *d. part.* 1.

Addit Zerola *in Praxi Episc. par.* 2. *verbo Di-*
28 *missoriæ §.* 4. posse summum Pœnitentiarium, si justa causa adsit, concedere Dimissorias ad Ordines, si quis illas à suo Ordinario obtinere non possit; si tamen petens justam causam non alleget, incidit in pœnam privationis, & executionis Ordinis, per suum Ordinarium imponendam, sive ad tempus, sive in perpetuum; & refert propterea Bullam S. Pii V. quæ incipit, *In sublimem.*

His itaque præmissis, ex quibus dicti Prætorii stylus in pluribus percipi potest, dico, quod

29 Omnis Dispensatio, quæ, quoad matrimonium à Sacra Pœnitentiaria datur, vel est circa affinitatem (super qua dispensat etiam in primo gradu, tam ex copula illicita, quam ex licita, ut testatur Genuens. *in Praxi Curiæ Archiepiscopalis Neopolitanæ in Addit. ad cap.* 20. *num.* 13.) vel circa consanguinita-
30 tem (in qua dispensare potest in remotioribus tantum, non tamen in primo, vel secundo gradu, teste Filiuccio *QQ. moral. tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *numer.* 351.) vel super cognatione spirituali occulta, vel super impedimento criminis, vel in Voto Castitatis, vel Religionis, vel circa incestum secutum ante habitam, & applicatam Dispensationem, vel post matrimonium super exactione debiti, & tandem super alio quocunque impedimento occulto matrimonium dirimente; & prædicta, tam si matrimonium sit jam contractum, quam si sit
31 contrahendum, excepto impedimento consanguinitatis, super quo per Sacram Pœnitentiariam non dispensatur; si matrimonium adhuc contractum non sit, sed si adsint causæ sufficientes, recurritur ad Datariam, vel Cancellariam; prout requiret qualitas graduum, super quibus dispensandum sit. Vide Filiucc. *l. c.*

Aliquando etiam Sacra Pœnitentiaria dispensat super matrimonio rato non consummato, ut dicemus;
32 & omnes Dispensationes, quæ ab ejus Tribunali emanant, gratis conceduntur, & absque ulla impensa, ut est notum, & docent Navarr. *lib.* 4. *Consil. titul. de Sponsi. consi.* 1. *num.* 3. *in prima editione.* Sayrus *in Floribus lib.* 4. *decis.* 57. Paris. *de Consid. quæst.* 60. *num.* 51. & Corrad. *in Praxi Dispens. A-*
33 *post. lib.* 8. *cap.* 10. *num.* 31. Idque etiam procedit quamvis Dispensatio, quæ à dicto Prætorio fieret, esse revalidatoria alterius Dispensationis, à Pontifi-
34 ce pro foro externo, nulliter impetratæ, quamvis in illa esset tacita aliqua qualitas, qua expressa, fuisset necessaria solutio Compositionis. Vide Sanchez *lib.* 8. *disp.* 34. *nu. ult.*

Et ut ad particularia descendamus; si Dispensatio peratur super affinitate, ex copula illicita proveniente, ut si quis secreto cognovisset Sororem, vel Matrem, seu Filiam fœminæ, quam ducere intendit, Sacra Pœnitentiaria concedere solet Literas Dispensationis infrascripto, seu simili modo. A tergo; *Discreto Viro Confessario Magistro in Theologia, &c.* 35

Intus vero

N. Tituli S. - - - - - - - - *S.ª Romanæ Ecclesiæ Præsbyt. Card.*

Discreto viro Confessori Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctori ex approbatis ab Ordinario, per Latorem præsentium ad infrascripta specialiter eligendo, salutem in Domino. Ex parte Latoris præsentium nobis oblata petitio continebat: Quod ipse alias duas Sorores germanas carnaliter cognovit, & deinde bona fide tractavit de matrimonio contrahendo cum altera earum. Cum autem, sicut eadem petitio continebat, impedimentum ex præmissis proveniens occultum sit, tractatus vero hujusmodi matrimonii publicus; & nisi ad effectum perducatur, scandala exinde exoritura sint; ad ea vitanda, ac pro suæ conscientiæ quiete, cupit Lator præfatus de præmissis, de quibus plurimum dolet, per Sedem Apostolicam absolvi, secumque desuper dispensari. Quare supplicavit humiliter, ut sibi super his de opportuno remedio providere dignaremur.

Nos igitur, qui Pœnitentiariæ Domini Nostri Papæ curam gerimus, hujusmodi Supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica Nobis specialiter concessa, discretioni tuæ committimus, quatenus (si est ita) dictum Latorem, audita prius ejus Sacramentali Confessione, ab incestu hujusmodi absolvas hac vice in forma Ecclesiæ consueta, injuncta ei pro tam enormis libidinis excessu gravi pœnitentia salutari, & aliis, quæ fuerint de jure injungenda: Demum dummodo impedimentum ex præmissis proveniens occultum sit, & nisi matrimonium hujusmodi contrahatur, pericula imminent scandalorum, aliudve Canonicum non obstet, cum eodem Latore, postquam omnem recidivæ conversationis occasionem cum dicta fœmina abstulerit, quod præmissis non obstantibus matrimonium cum dicta Sorore, & uterque inter se, publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, & in eo postmodum remanere licite valeant, misericorditer dispenses. Prolem ex inde suscipiendam legitimam nunciando in foro conscientiæ, & in ipso actu Sacramentalis Confessionis tantum, & non aliter, nec alio modo; ita quod hujusmodi absolutio, & Dispensatio in foro judiciario nullatenus suffragentur, nullis super his adhibitis testibus, aut Literis datis, seu processibus confectis, sed præsentibus laniatis, quas sub pœna excommunicationis latæ sententiæ laniare tenearis, itaut nullum illarum exemplum extet; neque eas Latori restituas; quod si restitueris, nihil ei præsentes Literæ suffragentur.

Datum Romæ, &c.

Si matrimonium fuisset jam contractum non ob- 36
tenta Dispensatione inter dictum Virum, & Sororem dictæ fœminæ, committi solet Confessario, quatenus, si est ita, dictum Latorem, sublata occasione recidivæ conversationis, auditaque prius ejus Sacramentali Confessione à quibusvis Sententiis, Censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter præmissa quomodolibet incurrit, ab incestu, & excessibus hujusmodi absolvat hac vice in forma Ecclesiæ consueta. Injuncta inde ei pro tam enormis libidinis excessu gravi pœnitentia salutari, ac Sacramentali Confessione peccatorum suorum, singulis scilicet mensibus, ut minimum semel, & quoties animæ suæ saluti expedire judicaverit, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda. Demum, dummodo impedimentum ex præmissis proveniens occultum sit, & separatio in Latorem, & dictam Mulierem fieri non possit absque scandalo; ex cohabitatione vero de incontinentia probabiliter timendum esse eidem Confessori visum fuerit, aliudque Canonicum non obstet, cum eodem Latore, ut cum dicta Muliere, de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute, ut Latoris delictum nusquam deregatur, matrimonium cum eadem, & uterque inter se de novo secrete, ad evitanda scandala, præmissis non obstantibus, contrahere, & in eo postmodum remanere licite valeant, miseri-

sericorditer dispenset, prolem susceptam si qua sit, & suscipiendam exinde legitimam decernendo in foro conscientiæ, & in actu Sacramentalis Confessionis tantum, & non aliter, &c. ita quod hujusmodi absolutio, & Dispensatio in foro judicario nullatenus suffragentur, nullis desuper adhibitis Testibus, &c., & in reliquis, ut supra.

37 Si ambo Conjuges sciviſſent impedimentum, simili modo pro utroque rescribitur, excepto quod ubi dicitur injuncta gravi pœnitentia, additur, ut esse debeat *diuturna*, quia gravius est habere complicem in delicto, ut bene animadvertit P. Leo *in d. Praxi Sacræ Pœnitentiariæ, par.* 2. ubi *de primo ex actu fornicario contracto, pag. mihi* 257.

38 Si post contractum matrimonium superveniret affinitas, ut quia quis cognosceret Matrem, Sororem, vel Filiam Conjugis, tunc si Dispensatio petatur à Sacra Pœnitentiaria, committi solet Confessario, quatenus (si est ita) Latorem (audita prius ejus Sacramentali Confessione) postquam omnem recidivæ conversationis prædictæ occasionem abstulerit, ab incestu, & excessibus hujusmodi absolvat hac vice in forma Ecclesiæ consueta. Injuncta inde ei pro tam enormis libidinis excessu gravi pœnitentia salutari, ac Confessione Sacramentali peccatorum suorum, singulis scilicet mensibus, &c. & aliis injungendis, ipsumque Latorem, præmissis non obstantibus, in dicto matrimonio remanere, & debitum conjugale reddere posse, ac debere declaret; & nihilominus si impedimentum prædictum occultum sit, & de Latoris incontinentia probabiliter timendum esse sibi visum fuerit, cum eodem, ut idem debitum etiam exigere licite valeat, misericorditer dispenset in foro conscientiæ tantum, & non aliter, &c. ita quod in foro judiciario nullatenus Literæ suffragentur; & si Uxori supervixerit, maneat absque spe Conjugii.

39 Quoad impedimentum consanguinitatis, diximus supra, non posse per majorem Pœnitentiarium in primo, & secundo gradu dispensari, teste dicto P. Vin-
40 centio Filiuccio *d. cap.* 10. Immo rarissime etiam super remotioribus dispensatur, quia si matrimonium nondum contractum sit, non dispensatur; quod si
41 jam fuit bona fide contractum, & postea superveniat notitia alicujus impedimenti consanguinitatis, non dispensatur, nisi Oratores prius matrimonio stetissent per aliquot annos, teste Corrado *in Praxi Dispensat. Apost. lib.* 8. *cap.* 4. *nu.* 47.

Quoad impedimentum cognationis spiritualis, si hujusmodi impedimentum occultum sit, & petatur Di-
42 spensatio, solet committi Confessario, quatenus, si est ita, dictos Latores, audita prius eorum Sacramentali Confessione, ab incestu, & excessibus hujusmodi absolvat hac vice; injuncta inde eis, pro modo culpæ, pœnitentia salutari, & aliis, &c. injungendis, demum, dummodo impedimentum ex præmissis proveniens occultum sit, & infamiæ Latricis per matrimonium obviatum iri judicaverit, aliudve Canonicum non obstet, cum eisdem Latoribus, quod, præmissis non obstantibus, matrimonium inter se, publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, & in eo postmodum remanere licite valeant, misericorditer dispenset. Prolem, &c. in foro conscientiæ legitimam nunciando, &c. nullis, &c.

43 Quod si matrimonium jam cum dicto impedimento fuisset absque Dispensatione contractum, committitur Confessario, quatenus Oratores etiam ab incestu absolvat, & dummodo impedimentum occultum sit, & separatio inter ipsos absque scandalo fieri non possit, & ex cohabitatione de illorum incontinentia probabiliter timendum esse sibi visum fuerit, aliudque Canonicum non obstet, cum eisdem dispenset, ut præmissis non obstantibus, matrimonium inter sese de novo, secrete tamen, ad evitanda scandala, illisque de nullitate prioris consensus certioratis, contrahere licite valeant, prolem legitimam decernendo pro foro conscientiæ tantum.

44 Aliquando etiam solet per Sacram Pœnitentiariam committi Confessario, ut declaret, non fuisse contractum impedimentum cognationis spiritualis, v. gr. si quis invitus susceptisset, & ob id non intendisset facere quod intendit Ecclesia; si hic postea velit cum matre talis suscepti contrahere, committitur Confessario, quatenus, si est ita, dictum Latorem (audita prius ejus Sacramentali Confessione) dummodo invitus ille fecerit, seu mutaverit voluntatem id faciendi, nullam ex præmissis spiritualem cognationem contraxisse cum prædicta muliere, ipsumque in matrimonio prædicto, sic per eum contracto, libere remanere posse nunciet, & declaret in foro conscientiæ, & in ipso actu Sacramentalis Confessionis tantum, & non aliter, nec alio modo; & sic etiam servat Sacra Pœnitentiaria, dum ex alia causa dubium sit, an Compaternitas sit contracta, necne; quia narrato facto, prout vere se habet, committitur Confessario, quatenus, si est ita, dictum Latorem, audita prius ejus Sacramentali Confessione, nullam ex præmissis spiritualem cognationem contractum fuisse, ipsosque in matrimonio sic per eos contracto libere remanere posse nunciet, & declaret in foro conscientiæ, & in ipso actu Sacramentalis Confessionis tantum, & non aliter, &c. prolem, &c.

Pro impedimento criminis, si occultum sit, & 45
neuter in mortem Conjugis machinatus sit, solet Sacra Pœnitentiaria rescribere Confessario, quatenus, si est ita, Oratores, audita prius eorum Sacramentali Confessione, à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter præmissa incurrerunt, adulterio, & excessibus hujusmodi absolvat hac vice, &c. injuncta inde eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda. Demum dummodo impedimentum prædictum occultum sit, & nisi matrimonium contrahatur, periculum immineat scandalorum, aliudque Cononicum non obstet, cum eisdem Oratoribus, quod præmissis non obstantibus matrimonium inrer se, publice, servata forma Tridentini Concilii, contrahere, & in eo postmodum remanere libere, & licite possint, misericorditer dispenset. Prolem suscipiendam (non tamen ex adulterio susceptam) exinde legitimam nunciando in foro conscientiæ, & in ipso actu Sacramentalis Confessionis tantum, & non aliter, &c. itaque nullatenus, &c. nullis, &c.

Quod si matrimonium jam fuisset cum dicto im- 46
pedimento, ante Dispensationem, contractum, committitur Confessario, quatenus, si est, dictos Oratores, audita prius eorum Sacramentali Confessione, à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter præmissa quomodolibet incurrerunt, adulterio, & excessibus hujusmodi absolvat hac vice; injuncta inde, pro modo culpæ, pœnitentia salutari, & aliis injungendis, &c. demum, dummodo impedimentum prædictum occultum sit, & separatio inter ipsos non possit fieri absque scandalo, & ex cohabitatione de incontinentia probabiliter timendum esse ei visum fuerit, cum eisdem, ut matrimonium inter se de novo, secrete tamen, ad evitanda scandala, illis de nullitate prioris consensus certioratis, dispenset, &c. Prolem suscipiendam exinde (non tamen ex adulterio conceptam) legitimam nunciando in foro conscientiæ, & in ipso actu Sacramentalis Confessionis tantum, & non aliter.

Quando tamen per machinationem secuta fuisset 47
mors primi Conjugis, difficillime, & nonnisi ex causis urgentissimis Dispensatio conceditur, maxime si veneno mors secuta fuerit; & tunc, unus tantum ex Oratoribus machinatus sit, committi solet Confessario, quatenus, si est ita, dictum Latorem, audita prius ejus Sacramentali Confessione, à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter præmissa quomodolibet incurrerit, ab adulterio, homicidio, & excessibus hujusmodi absolvat hac vice; injuncta inde ei pro modo culpæ, gravi, & longa, quæ saltem per annum duret, pœnitentia salutari, & orationibus, ac pro modo facultatum suarum, eleemosynis etiam ad celebrare faciendum aliquem numerum Missarum pro anima occisi, necnon frequentia Sacramentalis Confessionis peccatorum suorum, singulis scilicet mensibus, ut minimum, semel, vel sæpius, prout animæ suæ saluti Confessor

expe-

expedire judicaverit, quodque hæredibus occisi, & aliis, quibus ipse dum viveret subvenire forsan solebat, satisfaciat, & subveniat in eo, in quo tenetur, cautè tamen, ne se prodat, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda; demum, dummodo impedimentum ex præmissis proveniens occultum sit, & plane ignoretur, quod mors dicti Conjugis inde secuta fuerit, & separatio inter Oratorem, & ejus Conjugem absque scandalo fieri non possit; ex cohabitatione vero de incontinentia probabiliter timendum esse eidem Confessario videatur, cum eodem Latore, ut dicta Conjuge, de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute, ut delictum suum prodere non cogatur, matrimonium cum eadem, & uterque inter se, de novo, secrete, ad evitanda scandala, contrahere valeant, prolem legitimam decernendo.

48 At, si uterque Conjux in mortem prioris Conjugis machinatus fuisset, & tamen matrimonium contraxerint, committitur Confessario, quatenus, si est ita, Oratores, audita prius eorum Sacramentali Confessione, à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter præmissa quomodolibet incurrerunt, ab adulterio, homicidio, & excessibus hujusmodi absolvat hac vice, &c. in forma Ecclesiæ consueta, injuncta inde eis, pro modo culpæ, gravi, & longa, quæ saltem per annum duret, pœnitentia salutari, ut singulis sextis feriis per annum jejunent, & pro anima occisi per annum tribus diebus cujuslibet mensis orent, certasque orationes eis, pro eorum captu, præscribendas, genibus flexis recitent, & si facultatem habent, quinquaginta Missas, vel alium numerum, juxta hujusmodi facultatem, pro anima occisi celebrari faciant; injuncta etiam frequentia Sacramentalis Confessionis, singulis scilicet mensibus, ut minimum semel, vel quoties Confessori videbitur; quodque hæredibus occisi, & aliis, quibus ipse, dum viveret, subvenire forsan solebat, satisfaciant, & subveniant in eo, in quo tenentur; caute tamen, ne se prodant, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda; demum, dummodo omnino occultum sit, quod uterque Latorum in dicti Mariti mortem machinatus fuerit, ac plane ignoretur, quod mors inde secuta sit, &c. Reliqua, prout in præcedenti formula.

Quandoque etiam gravior imponitur pœnitentia, juxta delicti gravitatem; immo & pluries denegatur Dispensatio, maxime dum veneno in mortem Con-
49 jugis machinati sint, quia tunc causæ Dispensationis discutiuntur in plena Signatura, an admittendæ sint, necne.

50 At si matrimonium adhuc non fuisset inter machinantes contractum, tunc servatur, prout in formula præcedenti, excepto, quod non apponitur obligatio frequentiæ Sacramentalis Confessionis, quæ non solet apponi, nisi raro, & quatenus matrimonium jam contractum sit.

51 Si quis vivente uxore, matrimonium cum alia, prioris matrimonii insciа, de facto contraxit, & consummavit, remanet perpetuo inhabilis ad illud recontrahendum post dictæ suæ legitimæ uxoris obitum. *cap. Accepisti 2. de sponsi. duorum, cap. Ex Literarum 4. & cap. Si quis, finali, de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit.*

52 At si, mortua uxore, neutro adulterorum in mortem machinante, velint in dicto matrimonio remanere, committi solet Confessario, quatenus, si est ita, dictos Latores, audita prius eorum Sacramentali Confessione, à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter præmissa quomodolibet incurrerunt, ab adulterio, & excessibus hujusmodi absolvat hac vice, in forma Ecclesiæ consueta; injuncta, &c. & aliis injungendis. Demum, dummodo prædicta occulta sint, & aliud Canonicum non obstet, cum eisdem Oratoribus, de nullitate prioris consensus certioratis, quod, præmissis non obstantibus, matrimonium inter se, de novo, secrete, &c. ad evitanda, &c. prout in formula pro neutro machinante.

53 Si quis bona fide credendo ejus Conjugem esse mortuum, cum alio matrimonium contrahat, non est opus aliqua Dispensatione, si tamen petatur à Sacra Pœnitentiaria, solet committi declaratoria, quod nulla sit opus Dispensatione. P. Leo *in dicta Praxi, part. 2.* formula *Pro eo, qui vivente uxore, cum alia de facto contraxit, vers. Si autem, pag. mihi* 314.

De hoc impedimento criminis plura, & magis practicabilia, dicemus *lib. 2.* ubi quod non sit necessaria Dispensatio, nisi ex machinatione sit secutus effectus mortis, & quod ad hujusmodi impedimentum incurrendum sufficiat consilium, vel mandatum, concludemus.

Quod attinet ad impedimentum Voti, matrimo- 54
nium impedientis, sive sit Castitatis, sive Religionis, vel non nubendi (loquor modo de Voto simplici, & non de solemni, de quo suo loco seorsum agam) multæ sunt causæ, pro quibus hujusmodi Vororum Dispensatio, vel saltem commutatio concedi solet; ex quibus infrascriptas, tanquam principaliores, & in Praxi, saltem pro commutatione, receptas, adnotare placuit, quarum

Prima est, si Orator, qui castitatem vovit, non valeat stimulis carnis resistere; quo casu committi solet Confessario, quatenus, si est ita, ac Latorem, 55
audita illius Sacramentali Confessione, stimulis carnis adeo agitatum, ut maxime dubitet se continere posse, & propterea de illius continentia probabiliter timendum esse, per diligentem Latoris examinationem, ac post monita, & consilia opportuna illi præstita, invenerit; eundem Latorem, quatenus sibi videatur, à mutatione propositi absolvat hac vice in forma Ecclesiæ consueta; injuncta inde ei pœnitentia salutari, eique Votum prædictum, ad hoc tantum, ut matrimonium legitime contrahere possit, dispensando commutet in frequentiam Sacramentalis Confessionis peccatorum suorum, quolibet mense, ut minimum, semel, vel quoties sibi videbitur, & in alia pœnitentiæ opera per eum injungenda, tam diu duratura, quamdiu commutationi prædictæ locus erit, inter quæ sint etiam aliqua opera pietatis, quæ quotidie facere teneatur ad eum finem, ut ea adimplens meminisse semper possit obligationis, qua hujusmodi Voto adstringebatur, prout secundum Deum ipsius animæ saluti expedire judicaverit; & cum eodem Oratore, ut matrimonium sic contrahere, & in eo post modum debitum cunjugale exigere, & reddere licite possit, misericorditer dispenset in foro conscientiæ, & in ipso Sacramentalis Confessionis actu tantum, & non aliter, neque ullo alio modo; ita quod si Uxori, cui conjungetur, supervixerit, castitatem servet, utpote eodem Voto obligatus, ut prius; quod si unquam extra matrimonium fornicatus fuerit, aut matrimonium, absque nova Dispensatione, contraxerit, intelligat se contra Votum facere, & debitum conjugale exigere non posse, & ita illum moneat.

Hanc potius commutationis, quam Dispensationis formulam apposui, quia ut plurimum Vota commutantur, cum raro eveniat, ut talis causa subsit, quæ sufficiens sit pro Dispensatione absolute concedenda, majores enim causæ requiruntur ad dispensandum, 56
quam ad commutandum.

Si post emissum Castitatis Votum, Orator matri- 57
monium absque Dispensatione, contraxit, & consummavit, tunc si Dispensatio ad exigendum debitum ab ipsa S. Pœnitentiaria petatur, solet rescribi Confessario, quatenus, si est ita, dictum Latorem, audita prius ejus Sacramentali Confessione, à transgressione hujusmodi absolvat hac vice, injuncta ei pœnitentia, salutari, ipsumque, si aliud Canonicum non obstet, in dicto matrimonio remanere, & debitum conjugale reddere posse, ac debere declaret; & nihilominus, si de Latoris incontinentia probabiliter timendum esse repererit, cum eodem, ut debitum conjugale etiam exigere licite valeat, misericorditer dispenset in foro conscientiæ, & in ipso Sacramentalis Confessionis actu tantum, & non aliter, &c. ita quod si Uxori, supervixerit, &c. eodem Voto teneatur ut prius.

At si matrimonium contraxisset, sed adhuc non con- 58
summasset simili modo rescribitur, & additur, ut Votum prædictum commutet, ad hoc, ut in dicto matrimonio remanere, illudque consummare licite possit.

59 Secunda causa est, si fœmina, quæ Votum non nubendi emisit, sit juvenis formosa, parentibus orbata; & tunc committi solet Confessario, quatenus, si est ita, eam à mutatione propositi, si sibi videatur, absolvat, injuncta ei pœnitentia salutari, eique Votum prædictum de non nubendo in alia pœnitentiæ opera perpetua, per ipsum Confessarium injungenda, prout secundum Deum ipsius animæ saluti expedire judicaverit, secumque desuper dictum Votum dispensando commutet. Simili modo conceditur, si fœmina sit Patre orbata, & matrem habeat pauperrimam, quia committitur Confessario, ut, si est ita, ipsaque Oratrix habeat Matrem, & utraque pauper sit, & ex proprio labore victum quærat, eandem Oratricem à mutatione propositi, quatenus sibi videatur, absolvat, & additur clausula, quod si Viro supervixerit, eodem Voto teneatur, ut prius.

60 Tertia causa est, si uxoratus, constante matrimonio, castitatem vovit, & postea, ad effectum petendi debitum conjugale, petit sibi Votum prædictum commutari; & tunc si à S. Pœnitentiaria hujusmodi commutatio petatur, mandari solet Confessario, ut audita Oratoris Sacramentali Confessione, si de ipsius incontinentia probabiliter timendum esse repererit, illum à mutatione propositi absolvat, injuncta ei pœnitentia salutari, eique Votum prædictum, ad hoc tantum, ut à sua Uxore debitum conjugale exigere possit, dispensando commutet in alia pœnitentiæ opera tamdiu duratura, quamdiu commutationi prædictæ locus erit, prout secundum Deum ipsius animæ saluti expedire judicaverit, & in reliquis, ut in præcedenti formula, cum dicta clausula, quod si Uxori supervixerit, castitatem servet, ut supra.

61 Si Orator in juvenili ætate castitatem servare vovit, & per aliquod tempus, ut decem annorum, vel circiter, Votum servavit; postmodum vero ob stimulos carnis diffidat continenter vivere, tunc similiter committi solet Confessario, ut illius Confessione audita, si de ipsius incontinentia probabiliter timendum esse, per diligentem ipsius Oratoris examinationem, ac post commemoratam ei tot annorum, cum Dei gratia, victoriam adversus inimici tentationes, quando ætate, & spiritus viribus imbecillior erat, ac post monita, & consilia opportuna illi præstita, invenerit, &c. illum à mutatione propositi absolvat, ut supra.

62 Quoad commutationem Voti Religionis, præcipua, & magis frequens causa est, si is, qui Votum emisit, non speret ob stimulos carnis continenter vivere posse, unde ad effectum contrahendi matrimonium, committitur Confessario eo modo, quo in formula descripta, & additur, ut inter cætera opera Oratori injungenda, imponat etiam aliqua Religionis, quam ingressurus esset, quæ quotidie facere teneatur, ad effectum, ut ea adimplens meminisse semper possit dictæ obligationis.

63 Si causa, pro qua petita sit Dispensatio, non si ob stimulos carnis, sed ob debilem voventis complexionem, committi solet Confessario, quatenus, si est ita, ac Latorem, audita prius ejus Sacramentali Confessione, adeo debilis complexionis esse, ut ideo Religionis onera sufferre non possit; neque spes sit, quod de proximo ita convalescat, ut Religionis ipsius esse queat, invenerit; eundem Latorem à mutatione propositi, quatenus sibi videatur, absolvat hac vice, in forma Ecclesiæ consueta; injuncta, &c. Eique Votum prædictum, dummodo cælibem vitam ducat, in frequentiam Sacramentalis Confessionis peccatorum suorum sibi, singulis scilicet mensibus, ut minimum semel, vel quoties sibi videbitur, & in alia pœnitentiæ opera perpetua per te injungenda, inter quæ sint aliqua etiam Religionis, quam vovit, &c. Reliqua, ut in dicta formula.

64 Alia causa est, si mulier, quæ vovisset Religionem ingredi, non haberet dotem sufficientem, cum qua in monasterio recipiatur, quia tunc mandatur Confessario, quatenus, audita illius Sacramentali Confessione, si diligenti habita perquisitione, invenerit ita esse, dictamque Oratricem adeo pauperem esse, ut eleemosynam, quæ pro Religionem ingrediendo requiritur, non habeat, neque spem esse de proximo, quod illam honeste acquirere possit, & sine ea non recipi; & si addatur alia causa, nempe periculum incontinentiæ ob stimulos carnis, additur, *Et si in sæculo maneat, periculum esse incontinentiæ*, eandem Oratricem à mutatione propositi absolvat, ut supra.

Ad prædicta facit doctrina Toleti *in Instructione lib. 4. cap. 27. n. 6.* quam sequitur P. Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ part. pr.* formula *Pro muliere, quæ non habet sufficientem eleemosynam, vers. Defectus igitur, pag. mihi* 107. nempe quod si fœmina voverit 65
Monasterium ingredi, & dos, quam habet, exigua sit, debet hujusmodi defectus doris considerari respectu diversorum Monasteriorum suæ Civitatis, nec opus est Provinciam peragrare, ad hoc ut recipiatur.

Si Orator alias obtinuisset Dispensationem, vel 66
commutationem Voti Religionis cum clausula, *Dummodo vitam cœlibem ducat &c.*, & deinde, quia continenter vivere non potest, matrimonium contrahere cupit; simili modo committitur Confessario, ut si est ita, & Latorem, audita prius ejus Sacramentali Confessione, stimulis carnis adeo agitatum, ut maxime dubitet continere posse, invenerit, eidem Latori cœlibatum prædictum in alia pœnitentiæ opera commutet, ac cum eodem (salvis tamen alioquin cæteris omnibus, quæ illi in commutatione præfata injuncta fuerunt) ut præmissis non obstantibus, matrimonium, servata forma Concilii Tridentini, legitime contrahere, & in eo postmodum remanere valeat, misericorditer dispenset, &c. in foro conscientiæ, & non aliter, &c.

Simili modo, si Orator vovisset particulare Mo- 67
nasterium ingredi, sed cum in eo recipi non potuisset, putans se esse à Voto liberatum, matrimonium contraxisset, committitur Confessario, ut, si est ita, ac Religiosi Superiores, ad quos Oratorem recipere spectabat, recusaverint, vel admittere noluerint, eundem, audita Confessione, Voto prædicto satisfeciisse declaret, in foro conscientiæ tantum.

Alia causa est, si Orator, unicus filius patris sui, 68
stimulis carnis agitatus, Religionem ingredi, & castitatem servare juraſſet, sed facta diligentia, ob infirmitates, quas pateretur, non esset receptus, committitur Confessario, ut audita Oratoris Confessione, Voto Religionis, vel juramento prædicto satisfeciisse, & ad illius observantiam ulterius non teneri nunciet, & declaret.

Alia causa etiam est, si Orator infirmitatibus op- 69
pressus, stimulisque carnis agitatus, petat commutationem Voti Religionis, ad effectum contrahendi matrimonium; & tunc Confessario mandatur, ut si Orator infirmitatibus, & doloribus, stimulisque carnis adeo vexetur, ut propterea austeritates Religionis ferre non possit, & si in sæculo remaneret, periculum sit de illius incontinentia &c. dispenset, ut supra.

At si Orator prædictus, ob dictas solas infirmi- 70
tates, quas patitur, non sperat sustinere posse illius Religionis onera, committitur Confessario, quatenus, si est ita, Oratorem, audita prius illius Sacramentali Confessione, propter infirmitates hujusmodi, à quibus non sit spes illum de proximo liberari, onera Religionis sufferre non posse repererit, eundem Oratorem à mutatione propositi absolvat hac vice in forma Ecclesiæ consueta, injuncta ei pœnitentia salutari, sibique Votum prædictum, dummodo vitam cœlibem ducat, in frequentiam Sacramentalis Confessionis peccatorum, singulis scilicet mensibus ut minimum semel, vel quoties sibi videbitur, & in alia pœnitentiæ opera, per eundem Confessorem injungenda, inter quæ sint etiam aliqua Religionis, quæ quotidie facere teneatur, ad eum finem &c. & reliqua, ut in commutatione Voti Castitatis.

Petitur aliquando hujusmodi commutatio Voti 71
Religionis, eo quia Orator, qui vovit, sit quinquagenarius, vel sexagenarius, & rescribitur quidem ut supra, sed non apponitur clausula, quod non possit illius Religionis onera propter debilem complexionem sufferre, quia sola ætas sufficit pro causa; sed

dici-

dicitur propter ætatem, & malas corporis affectiones &c. nec ponitur clausula, *Nec spes sit, &c.* quia hujusmodi ætas est ex se prosternatrix vitium, & tenax infirmitatum nutrix, & ideo subripit ab humano pectore spem recuperandi perfectam corporis valetudinem.

72 Alia causa est, si Orator, emisso Religionis Voto, & jam illius habitu suscepto, postmodum ob infirmitatem supervenientem, & debilem complexionem, illum dimisisset, tunc enim committitur Confessario, ut si Orator neque expressam, nec tacitam Professionem emiserit, necnon eundem adeo debillis complexionis esse repererit, ut propterea Religionis onera sufferre non possit, neque de proximo ita convalescat, ut Religioni aptus esse queat, eundem Oratorem à mutatione propositi absolvat.

73 At in dubio validitatis Voti emissi, ut si quis, post emissum Votum, sed antequam Religionem adeat, vel post susceptum habitum, sed antequam professus sit, ob supervenientes infirmitates, de consilio Medicorum, reddatur inhabilis ad onera ipsius Religionis, committitur Confessario, quatenus, si est ita, audita Confessione, ipsum Oratorem Voto prædicto satisfeciisse nuncier, & declaret, in foro conscientiæ, & in ipso actu Sacramentalis Confessionis tantum, & non aliter, nec ullo alio modo. Necnon eundem attentius hortetur, ut inclinationem, quam alias ad Religionem habuit, non contemnat, sed Deum devote precetur, ut ipsius mentem ad vitæ statum dirigat, in quo melius illi servire valeat, & nihilominus eam vitæ suæ rationem ad methodum Religionis instituat, qua ab ejus proposito non temere, nec longe recessisse dignoscatur, habito desuper Doctorum consilio.

74 Si quis cupiens abstinere, v. gr. à ludo, vel à peccando cum aliqua fœmina, emisisset Votum intrandi Religionem, eo casu, quo denuo, vel luderet, vel carnale commercium cum ea fœmina haberet, si postea Voto contraveniat, & petat commutationem ab hujusmodi Voto, solet committi Confessario, quatenus Oratorem ab hujusmodi transgressione absolvat, injuncta ei pœnitentia salutari; eique obligationem intrandi Religionem, dummodo vitam cœlibem ducat, in frequentiam Sacramentalis Confessionis &c. dispensando commutet, quoad præsentia, & in foro conscientiæ tantum &c. ita quod nihil sibi concessum intelligat, quominus contra Votum acturus, & eandem pœnam incursurus sit, quoties id admiserit in futurum, si ita, dum vovit, se obligare intendit, firmo tamen remanente ipso Voto sub eadem pœna.

75 Pari modo, si Orator Votum emisisset, v. gr. non ludendi, sub pœna, si contrafaceret, solvendi tot scuta alicui Loco Pio pro qualibet vice, qua contrafaceret, & deinde Votum non servasset, sed pluries, & pluries lusisset, itaut pœna prædicta summopere aucta, & multiplicata fuisset, & commutationem petat, committitur Confessario, ut absolvat à transgressione Voti, modo, quo supra, firmo remanente Voto sub eadem pœna; cum facultate Confessario, ut pœnas præteritas jam incursas sic moderetur, & reducat, ut pro omnibus (quotquot illæ sint) vicibus, quibus contra Votum ludendo venit, Loco Pio prædicto summam tot ducatorum tantum solvere teneatur; quam cum semel effective solverit, pœnis hactenus occasione prædicta incursis integre satisfactum fore decernat in foro conscientiæ tantum: Per hoc tamen nequaquam sibi permissum intelligat, usque ad dictam summam, vel aliam, ludere, sed de offensa, quæ Deo fit, ipsum moneat, & ab eo tale propositum exigere circa hoc, quod ad sanctum Pœnitentiæ Sacramentum accedenti convenit.

76 Si ex aliquo justo impedimento Votum Religionis non possit adimpleri, supplicatur pro dilatione, quo casu rescribi solet Confessario, quatenus, audita ipsius Latoris Sacramentali Confessione, si re diligenter discussa, parentes Latoris in statu necessitatis esse, eisque aliter, quam opera, & auxilio Latoris honeste subveniri non posse repererit, consideratis diligenter, circa statum, & continentiam Latoris, quæ consideranda viderit, & circa illa per opportuna monita, & consilia, ac alias diligenter proviso, ne sub alienæ necessitatis prætextu, in periculo propriæ salutis maneat, eundem Latorem sic in sæculo durantibus necessitatibus parentum dumtaxat, remanere posse, dummodo eisdem cum effectu prosit; & interim vitam cœlibem ducat, ac aliqua opera Religionis, quam ingressurus esset, ab ipso Confessario injungenda, quotidie faciat, ad eum finem, ut ea adimplens, meminisse semper possit obligationis, qua hujusmodi Voto adstringitur, prout secundum Deum ipsius animæ saluti expedire viderit, in foro conscientiæ, & in ipso actu Sacramentalis Confessionis tantum, & non aliter, nec alio modo, declaret; ipsumque postmodum ad ejusdem Voti observantiam, cessantibus necessitatibus parentum, teneri admoneat.

Causæ, quæ admitti solent pro hujusmodi Votorum dilatione, plures sunt, ex quibus infrascriptæ frequentius adduci solent. 77

Prima, si is, qui Religionem vovit, habeat parentes, vel filios, vel sorores, aut neptes pauperes, & illius auxilio egeant, itaut aliter, quam Latoris opera, illis subveniri non possit.

Alia causa est, si Vovens habeat filiam nubilem, quia tunc ad effectum, ut possit illam in matrimonium collocare, conceditur, ut possit in sæculo remanere, dummodo interim cœlibem vitam ducat. 78

Alia causa, si Voto Religionis astrictus, antequam illam ingrediatur, cupiat perficere cursum studiorum; quo casu eidem indulgeri solet, ut quousque in aliquo Collegio, vel loco honesto, Theologiæ cursum finiverit, possit Voti adimplementum differre, dummodo vitam cœlibem ducat; utque Confessarius eum admonere teneatur de obligatione, quæ illi remaner, Votum adimplendi, dicto Theologiæ studio finito. 79

Potest etiam, & solet Sacra Pœnitentiaria, justa suadente causa, super matrimonio rato, & non consummato dispensare; & testatur Pyrrhus Corradus *in Praxi Dispensat. Apost. lib. 8. cap. 7. n. 35.* suo tempore, dum ipse Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ inserviret, in casu infrascripto fuisse dispensatum. 80

Contraxerat quædam mulier matrimonium cum uno juvene, & postmodum, nulla cum eo habita copula carnali, cum alio præmissorum ignaro contraxit, ex quo filiam suscepit, & cum ignoraretur, ubi primus juvenis reperiretur, & ipsi separari nequirent, & Orator non posset se alio transferre ob paupertatem, & adultæ filiæ periculum, nec ulterius absque evidenti incontinentiæ periculo valerent simul cohabitare, commissum fuit Confessario, quatenus, si esset ita, audita prius eorum Sacramentali Confessione, & imposita eis gravi, & longa pœnitentia salutari, ipsos absolveret. Et, si dictum primum matrimonium occultum esset, Oratores vero invicem, servatis, servandis, contraxerint, itaut publicè haberentur pro veris Conjugibus, & sine gravi scandalo separari nequirent, nec ulla ratio obviandi scandalis aptior, & opportunior inveniretur super quo ipsius Confessarii conscientia onerabatur, aliudque Canonicum non obstaret, matrimonium primo contractum auctoritate Apostolica dissolveret, ac cum ipsis Oratoribus, quod, præmissis non obstantibus, matrimonium inter se, de novo, secrete, ad evitanda scandala, contrahere valerent, dispensaret &c. prolem, &c. 81

Quod si secundus Conjux esset ignarus primi matrimonii suæ Conjugis, & in dicta ignorantia perseverasset, mandatur Confessario, ut Oratrix matrimonium cum eo, cum quo sic secundo contraxit, illo tamen de nullitate prioris consensus certiorato, sed ita caute, ut Oratoris delictum nusquam detegatur, de novo contrahere, secreto, ut supra, valeant &c. 82

Tandem animadvertendum est, quod si qui, allegata falsa causa, obtinuissent à Pontifice, seu ejus Delegato, Dispensationem ad contrahendum super impedimento dirimente, & deinde in se reversi, vellent novam Dispensationem obtinere, tunc, si occultum sit, quod falsa causa fuerit expressa, poterunt recurrere ad Sacram Pœnitentiariam, quæ in simili casu committere solet Confessario, quatenus, si est ita, 83

dictos Latores, audita prius eorum Sacramentali Confessione, à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter præmissa quomodolibet incurrerunt, incestu, & excessibus hujusmodi absolvat hac vice &c. injuncta &c. gravi pœnitentia salutari, & aliis injungendis &c. Demum, dummodo occultum sit, Dispensationem prædictam propter falsam expressionem hujusmodi invalidam esse, & postquam alias rite, ac juxta formam Literarum dictæ Dispensationis, verificatisque in ea narratis, super dicto impedimento &c. cum ipsius Latoribus dispensatum fuerit, aliudque Canonicum non obstet, cum eisdem, quod præmissis non obstantibus, matrimonium inter se de novo, secrete, ad evitanda scandala, contrahere, & in eo postmodum remanere &c. licite valeant, misericorditer dispenset, prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendam, exinde legitimam decernendo in foro conscientiæ, & in actu Sacramentalis Confessionis tantum, & non aliter &c. ita quod &c. nullis &c.

84 Si post matrimonium bona fide contractum, impedimentum aliquod dirimens detegatur, & tamen Oratores non abstineant, tunc, si hujusmodi impedimentum, aliis occultum sit, & hujusmodi copula post scientiam impedimenti habitam, explicetur, committi solet Confessario, quatenus, si est ita, dictos Latores, audita prius eorum Sacramentali Confessione, à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter præmissa quomodolibet incurrerunt, incestu, & excessibus hujusmodi absolvat hac vice, &c. injuncta &c. & aliis &c. Demum, dummodo impedimentum, ex quarto v. gr. affinitatis gradu hujusmodi proveniens, occultum sit, & aliud Canonicum non obstet, cum eisdem Latoribus, quod præmissis non obstantibus, matrimonium inter se de novo, secrete, ad evitanda scandala, contrahere, &c. dispenset &c. Et reliqua, ut supra.

85 Si Oratores, qui incestum habuerunt, animo facilius Dispensationem obtinendi, in Supplicatione Pontifici porrecta pro Dispensatione, confiteantur copulam, sed negent fuisse habitam ea intentione, quamvis etiam, medio juramento, id coram Delegato ratificent, & postea in se reversi velint novam Dispensationem impetrare; vel alia quacumque causa, Dispensatio pro foro externo obtenta, ob aliquod occultum impedimentum nulla sit; tunc si occultum sit, eos dictum finem habuisse, vel super alio impedimento occulto velint denuo dispensari, poterunt recurrere ad Sacram Pœnitentiariam, quæ eo casu committere solet Confessario, quatenus, si est ita, eosdem Oratores ab incestu, & excessibus hujusmodi absolvat, & dummodo occultum sit, dictam Dispensationem nullam esse, ob dictæ spei taciturnitatem, vel ob talem defectum &c. publicum autem sit, eos dictam Dispensationem impetrasse, & nisi matrimonium inter dictos Oratores contrahatur, periculum immineat scandalorum, aliudque Canonicum non obstet, cum eisdem Oratoribus, postquam cum ipsis alias rite, & juxta formam Literarum Dispensationis jam obtentæ, verificatisque in eis narratis, super impedimento gradus, quo sunt conjuncti, dispensatum fuerit, quod præmissis non obstantibus, matrimonium inter se, servata forma Tridentini Concilii, & Literarum prædictarum, contrahere &c. & in eo postmodum remanere libere, & licite valeant &c. misericorditer dispenset, prolem legitimam nunciando in foro conscientiæ tantum.

86 Si plura inter Oratores adessent impedimenta, ex quibus aliqua publica, & cætera occulta sint, alibi diximus, posse sola publica exprimi Pontifici per viam Datariæ, seu Cancellariæ, & occulta manifestari in Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ, una cum ipsis publicis, super quibus, vel jam dispensatum fuit, vel de proximo dispensabitur à Pontifice; ad hoc ut omnia impedimenta, super quibus Oratores egent Dispensatione, sciantur à majori Pœnitentiario.

87 Cæterum, ne Dispensationes Sacræ Pœnitentiariæ subreptitiæ sint, necesse est, omnia Impedimenta, super quibus petenda est Dispensatio, exprimere, cum qualitatibus, & circumstantiis ea aggravantibus, quas notat Pat. Vinc. Filiucc. *Q. Mor. tomo pr. tract. 10. part. 2. cap. 10. à num. 351.* qui hujusmodi Prætorio diu inserviit.

Hæc autem regulariter exprimenda sunt, teste d. Pat. Vinc. Filiuccio *l. c.*

Si Dispensatio petatur super Affinitate, de contrahendo, exprimi debet; an Impedimentum occultum sit, & quomodo; an similiter timeantur scandala oritura, nisi matrimonium contrahatur, ut quia habitus sit tractatus de matrimonio; an secuta sit sponsio à consanguineis, parentibus, vel amicis; an subsit periculum vitæ, infamiæ, & unde; an Impedimentum sit utrique parti, vel uni tantummodo notum. 88

Pro Dispensatione super affinitate, de contracto, exprimi debet, an matrimonium contractum sit servata forma Concilii Tridentini: à quot annis citra contractum sit; an extent filii (pro quibus etiam peti debet Legitimatio;) an Impedimentum secretum sit, vel saltem jus ignotum, quod scilicet tale Impedimentum dirimeret, an secutura sint scandala ex separatione, & periculum incontinentiæ; an alter, vel uterque sint in bona fide. 89

Pro Dispensatione super Cognatione spirituali ad effectum contrahendi, exprimi debet à quotannis contracta sit cognatio; an ex Baptismo, vel Confirmatione insurgat; an sit inter ipsum Baptizatum, vel Susceptum, & Baptizantem, vel Suscipientem; vel inter Baptizantem, & Suscipientem cum Patre, seu Matre ipsius Baptizati, vel Suscepti; quomodo hujusmodi cognatio secreta sit, cum regulariter similia describantur in libro Parochi, unde hæc impedimenta ex sua natura publica sunt, & quæ scandala immineant infamiæ, & pericula mortis, nisi matrimonium contrahatur. 90

Pro Dispensatione super impedimento occulto consanguinitatis, post matrimonium bona fide contractum detecto (raro tamen super consanguinitate per sacram Pœnitentiariam dispensatur, quia vel publica est, vel periculum extat, ut publicetur) Primo explicari debet gradus; quia si sit primus, vel secundus, non est facultas in Pœnitentiaria, ut diximus; à quanto tempore citra contractum sit matrimonium, quia, ut diximus, per Sacram Pœnitentiariam non dispensatur super consanguinitate, nisi matrimonium sit per aliquot annos (saltem quatuor) antea contractum; quomodo occultum sit impedimentum; cui venerit in notitiam, & qua ratione? an, & quomodo adsint pericula scandalorum, si Dispensatio petatur in Dataria. 91

Pro impedimento criminis exponi debet, an matrimonium contractum sit, vel contrahendum, si sit contractum, debet exponi; an fuerit initum in facie Ecclesiæ, & servata forma Trident. Concilii; à quo tempore citra; an crimen, ex quo impedimentum oritur, occultum sit; an ex separatione secutura sint scandala, & quæ, & qua ratione timeantur; an crimen patratum fuerit, utroque machinante, vel altero tantum; & tota series facti, prout vere se habet, explicanda est; an sint nati filii, & petatur eorum Legitimatio; & si matrimonium non sit adhuc contractum, exprimi debet, an crimen occultum sit, an scandala sint secutura, & quæ, nisi matrimonium contrahatur, & qua ratione timeantur, quomodo patratum fuerit crimen, & an sit occultum, ut supra. 92

Si Dispensatio petatur super Voto Castitatis, vel Religionis, exprimi debet causa, qua Oratores moventur ad Dispensationem petendam, quæ, ut plurimum esse solet periculum incontinentiæ; intelligendo tamen de morali timore frequentis lapsus, sive ex fragilitate, sive ex pravo habitu. 93

His præmissis, est quod modo deveniamus ad explicationem præcipuarum clausularum, quæ de stylo Prætorii Sacræ Pœnitentiariæ apponi solent in Literis Dispensationum matrimonialium, quæ ab ea, secundum casuum contingentiam emanant; ex quibus. 94

Prima, *Discreto Viro &c.* continet qualitates, quæ concurrere debent in Confessario eligendo.

Secunda, infert periculum incontinentiæ, quod

ut

ut plurimum, adducitur in causam finalem Commutationis, seu Dispensationis super Voto Castitatis, vel Religionis.

Tertia, continet ea, quæ facere debet Confessarius ad veritatem indagandam.

Quarta, apponi solet in Dispensatione super Voto; *Eundem Oratorem à mutatione propositi absolvas.*

Quinta, continet opera præcisa, in quæ Confessarius commutare debet Vota Castitatis, vel Religionis.

Sexta, præcipit, ut facta Dispensatione, vel Commutatione, Literæ dilanientur, nec latori restituantur.

Septima, continet Legitimationem Prolis pro Foro Conscientiæ.

Octava, requirit, quod Impedimentum occultum sit.

Nona, apponitur solum, si, & quatenus matrimonium sit inter Oratores nulliter, & irrite contractum, nempe ut Confessarius experiatur an sine scandalo separari possint &c.

Decima, declarat, quod si Dispensatus super Voto Castitatis, Uxori, cui conjungetur, supervixerit, eodem Voto teneatur, ut prius &c.

Undecima, & ultima Clausula apponitur à tergo Literarum, nempe, *Gratis ubique.*

Quo ad primum, *Discreto viro Confessori Magistro in Thologia, vel Decretorum Doctori ex approbatis ab Ordinario.* Ad hoc, ut possit Confessarius has
95 Literas aperire, requiritur de necessitate, ut sit Magister in Theologia, vel Decretorum Doctor, sitque ab Ordinario ad Confessiones audiendas approbatus, & ita expresse præcipitur in inscriptione Li-
96 terarum: Hæ autem qualitates adeo necessariæ sunt, ut si illis careat non possit Literas expedire, quamvis alias doctissimus sit, & in publicis Academiis Theologiam, vel Jus Civile, aut Canonicum doceat, vel in ipso Jure Civili, seu Cæsareo Do-
97 ctor sit; immo & quamvis ex communi errore Magister in Theologia, seu Doctor in Jure Canonico reputetur, quia major Pœnitentiarius intendit omnino, ut Confessarius qui Literas suas aperit, Ma-
98 gister sit in Theologia, vel Jure Canonico, nec sufficit, si in Jure Cæsareo sit; dedecet enim eum, qui prædictis qualitatibus caret, esse Delegatum Papæ; ut bene prædicta docent Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *Disp.* 34. *num.* 7. Pontius *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 21. §. 1. *num.* 13. Filiuccius *QQ. mor. tomo primo, tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 325. Diana *par.* 8. *tract.* 3. *resol.* 103. Trullenck *Oper. Moral. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 10. *Dub.* 10. *num.* 2. Stephanus à S. Gregorio *Univ. Tract. de Vinculis Divinæ Pietatis cap.* 113. *numer.* 22.

Addit Leo *in Praxi ad Literas Sacræ Pœnitentiariæ, part. prima, in formulis Votorum, pag. Mihi* 17. non
99 sufficere, si Confessor admissus fuisset ad Confessiones audiendas ab alio Ordinario, sed debere esse necessario approbatum ab illo Ordinario, in cujus Diœcesi esse debet Diploma executum; at non requiri, ut sit ab Ordinario Pœnitentis approbatus; & sic refert fuisse à Sacra Congregatione decisum.

100 Et cum dictæ qualitates requirantur de forma, non poterit Confessarius has Literas exequi, quamvis Licentiatus sit, & ob id Doctoratui proximus; immo quamvis ratione dicti Gradus, facultatem habeat Doctoratum obtinendi, unde, cum simus in favorabilibus, dici possit, quod sub nomine Doctoris comprehendatur, ut bene docet Sanchez *l. c. n.* 8. *& 9.* quia sub hoc nomine comprehendetur quidem quoad Privilegia, concessa ratione exercitii, non autem ratione Dignitatis, ut distinguit Ripa *in l. Centurio num.* 18. *ff. de vulgar. relatus à dicto Sanchez d. num.* 8.

101 Ex dictis infertur, non posse has Literas, seu Brevia aperire eos Regulares, qui, juxta suorum Ordinum Instituta, Magistrorum Privilegiis fruuntur, & Magistri appellantur, cum hi vere, & effective Doctores in publica Academia approbati non sint, nec de hujusmodi approbatione authenticum reportaverint documentum: vide Filiuccium *d. numer.* 352. Sanchez, & Diana *ll. cc.* Lezana *QQ. Reg. tom.* 4. *verbo*, Literæ Apostolicæ *n.* 14. quia, ut diximus, non refert si communi errore Doctores appellentur, & reputentur, si tales vere non sint. Sanchez *n.* 10. Stephanus à S. Gregorio, Pontius, & Trul- 102
lenck *ll. cc.* Si tamen Doctor sit, prout dictarum Literarum forma requirit, quamvis alias indoctissimus sit, & quamvis etiam Gradus sit ob aliquem defectum occultum irritus, hujusmodi Literas poterit aperire. Sanchez *l. c.* Trullenck *d. Dub.* 10. *num.* 2.

Sunt tamen nonnulli Generales Religionum Mini- 103
stri, qui, ex specialis Sedis Apostolicæ Privilegio, possunt has Commissiones exequi, itaut non solum per se ipsos, sed per alios ab eis deputandos, licet non Graduatos, possint has Literas aperire, easque juxta illarum tenorem exequi, ut in specie facultatem hanc habent Patres Societatis Jesu, ex Privilegio Gregorii XIII. die 3. Aprilis Anni 1582. de qua meminit dictus Marcus Paulus Leo *loc. cit. pag. Mihi* 22. & ejus tenorem ad verbum refert Lezana *loco cit. numer.* 15.

Alii itidem Regulares Mendicantes, ex Privilegio- 104
rum communicatione, de licentia eorum Generalis, vel Provincialis, dictas Literas, seu Brevia exequi poterunt, si ad Confessiones audiendas fuerint ab Ordinario approbati, & ab eorum Superioribus ad hoc specialiter deputati, ut concludunt Sanchez *numer.* 11. & Stephanus à S. Gregorio *numer.* 23. *ll. cc.*

Et licet Dispensatio possit fieri etiam pro Foro 105
interno extra actum Confessionis, cum non sit res pertinens ad Sacramentum Pœnitentiæ, Sanchez *d. Disp.* 34. *num.* 29. *&* 30. Merolla *Theol. mor. tom.* 3. *Disp.* 6. *cap.* 2. *num.* 60. Stephanus à S. Gregorio *loc.* 106
cit. nihilominus, quoad has matrimoniales Dispensationes, contrarium servatur, & de stylo introducto in Literis hujusmodi Dispensationum apponitur conditio. *Audita Sacramentali Confessione, & non aliter*, quæ verba conditionem important, 107
& dant formam omnino per Confessarium servandam, eaque non servata, corruit actus; Riccius 108
in Praxi Fori Eccles. Resol. 20. *num.* 3. *& num.* 4. *& Resol.* 319. *circa principium.* Barbosa *in Votis Canonicis lib.* 1. *Voto* 15. *num.* 22. & de dicto stylo testantur Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 105. *vers. Quarto ista Clausula*, & Pirrhus Corradus mox citandus; & ideo excusari possunt Sanchez, & alii contrarium sentientes, quia eorum tempore dictus stylus non vige- 109
bat, cum fuerit introductus tempore Pontificatus Pauli V. Summi Pontificis, teste Pirrho Corrado *in Praxi Dispensat. Apost. lib.* 8. *cap.* 10. *n.* 30. unde cum sit in Literis apposita dicta Clausula, *Audita Sacramentali Confessione*, cessat omnis difficultas, 110
alias enim non esset necesse Confessionem præmittere, cum aliud sit Forus conscientiæ, & aliud Forus Pœnitentiæ.

Quamvis autem necessaria sit Sacramentalis Confessio, ut diximus, si tamen ex aliquo defectu, ut puta, integritatis, seu attritionis, vel ex alia qua- 111
cunque causa, hujusmodi Confessio nulla & invalida sit, nihilominus Dispensatio valebit, juxta probabiliorem opinionem, quia, ut diximus, Dispensatio non est res pertinens ad Confessionem, nec 112
alias necessaria ad Sacramentum Pœnitentiæ, nisi quia ita præcipit Pontifex in illo casu; & Confessarius hoc casu omnia adimplevit, quæ sibi demandata fuerunt pro Dispensatione exequenda, nec Pœnitens per sacrilegam Confessionem redditur incapax recipiendi ea beneficia, quæ de sui natura esse possunt sine Sacramentali Confessione, ut bene Marcus Paulus Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ part.* 1. ubi *de Votis, pag. Mihi*, 31. *vers. Contrariam autem sententiam*. Filiuccius *dicto tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 355. Antonius de Escobar, & Mendoxa *Theol. mor. tract.* 1. *exam.* 16. *cap.* 4. *numer.* 124.

Qui duo ultimi Doctores limitant, ita ut non 113
procedant dicta nostra conclusio eo casu, quo defectus, & invaliditas Confessionis esse circa rem, de qua Dispensatio petitur.

114 Quatuor dubia in hac materia proponit, & resolvit Sanchez *lib.* 8. *dicta Disp.* 34. *an.* 14.

115 Primum, an Confessarius possit Literas aperire, & exequi eo casu, quo fuisset quidem semel approbatus, sed ejus licentia fuisset postmodum occulte revocata, vel nulla fuisset, ob aliquem occultum defectum communiter ignoratum; & concludit affirmative, quia ejus titulus publicus est, & propterea titulum habet coloratum, unde si ejus revocatio, vel nullitas occultæ sint, non obstant; quam doctrinam sequuntur Filiuccius *l. c. num.* 352. Trullenck *l. c. n.* 3. Marcus Paulus Leo *l. c. pag. mihi* 17.

116 *Secundum*, an approbatio Confessoris necessario requiratur, ut facta sit ab Ordinario, si alias de ejus approbatione constet ex publico documento alicujus Academiæ; & docet requiri de necessitate approbationem Ordinarii, cum hæc sit de forma, qua non servata, corruit actus; sequitur Trullenck *loc. cit.*

117 Tertium, an Confessarius, qui fuit ab Episcopo approbatus ad Confessiones audiendas, cum limitatione Personarum, v. g. pro Maribus tantum, non ex defectu scientiæ, sed ratione ætatis, ut quia Juvenis sit, eligi possit in Confessarium à Fœminis per Bullam, aut Jubilæum; & quamvis dicat super hoc adhuc sub Judice litem esse, ipse tamen inclinat, ut dictus Confessarius eligi possit etiam à fœminis, quia dum ex forma Literarum requiritur approbatio Ordinarii, una cum gradu Doctoratus, vel Magisterii (quod idem sonat, ac Doctoratus) potius scientia, ac rerum moralium peritia spectanda est ad executionem Literarum, hoc autem utrumque testimonium suæ scientiæ habet; ultra quam quod, probabile est, hunc quoque censeri sufficienter approbatum, ut per Bullam possit ad Confessiones personarum utriusque sexus eligi; His tamen non obstantibus contrarium verius existimo, quia verba illa: *Discreto Viro, &c. ex approbatis ab Ordinario*, intelligi debent, quod sit simpliciter, & absolute approbatus, alioquin Sacra Pœnitentiaria frustraretur suo fine, qui est committendi hujusmodi Dispensationes Viris doctis, & absolute, non autem cum limitatione approbatis, ut bene docent Filiuccius *loc. cit. num.* 352. Diana *part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 103. & Marcus Paulus Leo *loc. cit. d. pag.* 17. sicut enim ille Confessarius fuit ab Ordinario quoad fœminas exclusus, ita nec major Pœnitentiarius intendit illi suas commissiones dirigere exequendas, & cum agatur de re gravi, non potest aliter interpretari.

118 Ad quartum, & ultimum, nempe an Confessarius indoctissimus, approbatus tamen ab Ordinario, possit has Literas aperire, constanter asserit posse has Literas aperire, si utramque habeat qualitatem, nempe Doctoratus, & approbationis ab Ordinario, quia vere, ut diximus, habet omnia requisita; idque post ipsum docet Trullenck *loc. cit. num.* 2.

119 Insuper dubitari potest, an si Literæ per errorem præsententur Confessario, qui licet ex communi errore, præfatas qualitates habere existimetur, vere tamen illis careat, possit ne, errore cognito, adiri alter, qui dictis qualitatibus præditus sit. Et quidem, quicquid alii contradicant, dicendum est, posse, quia hujusmodi qualitates attenduntur in Confessario Dispensationem executuro, unde quamvis in primo non adfuerint, tamen adsunt in secundo, qui Dispensationem exequitur, ut bene docent Sanchez *d. Disp.* 34. *num.* 12. Trullenck *dicto Dubio* 10. *nu.* 2. *in fine*. Salas *de Legibus Disp.* 20. *sect.* 10. §. 3. *n.* 97. Zerola *in Praxi Episc. part.* 2. *verbo Pœnitentiarius* §. 1. Lezana *l. c. n.* 19.

120 Major autem difficultas est, an si Confessarius electus munus suum minus bene expleverit, v. gr. dispensavit super Impedimento, sed non legitimavit Prolem; vel si alia justa causa existat, possit alius Confessarius adiri, si iste etiam requisita habeat, & licet multi contrarium sentiant, ea præcipue ratione, quia in Literis dicitur: *Discreto Viro, &c. per Latorem præsentium eligendo*, & proinde hujusmodi jurisdictio, cum delegata sit, non possit, etiam de consensu partium, de persona in personam prorogari, tamen non desunt qui satis probabiliter doceant, posse alterum adiri, si hic requisita habeat; & ducuntur, quia Confessarius est Judex in Foro Conscientiæ, unde quamvis cæperit jurisdictione uti, potest nihilominus alius adiri, ut exemplificatur in eo, qui tempore Jubilæi unum Confessarium eligit, ut à reservatis absolvat, & alium, ut Vota commutet; Id quod non procedit in Ordinario delegato ad Dispensationes pro Foro ex- 121
terno exequendas, qui cum sit Judex in Foro externo, semel cæpto Judicio, ita remanet Judex, ut variari non possit, nec ejus Decretum, & Sententiam retractari, nec alius adiri, nisi sit illi in officio successor, ut docent Sanchez *lib.* 8. *Disp.* 27. *num.* 40. Trullenck *dicto lib.* 7. *Dub.* 8. Paulus Squillante *de Privileg. Cleric. cap.* 2. *num.* 12.

Et quod ex justa causa, irrequisito majori Pœni- 122
tentiario, Confessor variari possit, maxime si primo electus dispensare recuset, ut quia de validitate Literarum dubitet, si secundus habeat requisita, docent Sanchez. *d. Disp.* 27. *num.* 40. Pontius *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 21. §. 1. *num.* 14. *in fine*. Diana *d. Tract.* 3. *Resol.* 104. *in fine*. Bonaccina *de Matrim. quæst.* 3. *puncto* 15. *num.* 7. *vers. Sexto Pœnitentem*. Trullenck *d. Dub.* 10. *num.* 3. *& num.* 17. Filiuccius *de cap.* 10. *numer.* 345. Gutierez *de Matrim. cap.* 125. *num.* 18. Squillante *de Privileg. Cleric. cap.* 2. *num.* 210. Ventriglia *in Praxi Annot.* 38. §. *unic. numer.* 25. Lezana *d. num.* 19. Pirrhus Corradus *in Praxi Disp. Apost. lib.* 7. *cap.* 4. *numer.* 72. ubi *num.* 73. testatur, ita esse de mente Sacræ Pœnitentiariæ, & ita consultam sæpius respondisse; & quidem hæ Literæ concessæ intelliguntur conformiter ad formam, & tenorem Confessionis Sacramentalis, quia Pœnitens nullo Jure adstringitur, quin variare possit, nec tenetur acquiescere opinioni unius Doctoris, quoties alium invenire potest habentem aliam opinionem probabilem; & non solum poterit ipse Confessarius se 123
retractare, & sententiam mutare, ut docent dicti Sanchez, Filiuccius, Bonaccina, & Trullenck *ll. cc.* & nos alibi diximus; immo Merolla *tom.* 2. *Disp.* 4. *cap.* 6. *Dub.* 33. *numer.* 616. expresse docet, 124
posse eligi duos Confessarios, nempe unum pro Dispensatione, & alium pro Legitimatione; quæ Doctrina vera mihi videtur, quatenus Literæ S. Pœnitentiariæ dilaniatæ non fuerint, quia si laniatæ sint, ut præcipit S. Pœnitentiaria, nescio quomodo possit alius adiri pro Dispensatione, seu Legitimatione; cum casu quo dilaniatæ sint, non possit secundus Confessarius certus esse de sua Jurisdictione, ut diximus de necessitate requiri per Literarum præsentationem: Adverte tamen, quod si Confessarius 125
jam dispensavit, non potest, quoad illam, recantare Palinodiam. Squillante *l. c. n.* 213.

Secunda Clausula continet periculum incontinentiæ, &c. *Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, Lator prædictus, ob stimulos carnis, continenter vivere posse, non speret*,

Circa hanc Clausulam animadvertendum est, non 126
omnem timorem incontinentiæ, nec quodlibet periculum unius, vel alterius lapsus, esse sufficientem causam ad dispensandum, sed requiri, ut sit maximum frequentis lapsus periculum, qui etenim semel, aut bis labitur, non dicitur incontinenter vivere, sive proveniat ex fragilitate, sive ex malo animo Voventis. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 20. *num.* 18. *&* 20. *& disp.* 34. *n.* 19. Pontius *lib.* 8. *cap.* 21. §. 1. *n.* 15. Filiuccius *d. cap.* 10. *n.* 353. Diana *p.* 8. *tract.* 3. *resol.* 107. Trullenck *dict. dubio* 10. *num.* 4.

Tertia Clausula, quæ tradit, Confessarium debere indagare precum veritatem, *Discretioni tuæ committimus, quatenus, si ita esse, per diligentiam Oratoris examinationem, ac post monita, & consilia opportuna illi præstita, inveneris, &c.* continet duas partes; quarum prima est de forma, & propterea necessaria; alia est simplex Confessoris instructio, & ob id
non necessaria; illa est, ut Confessarius teneatur dili- 127
genter indagare veritatem precum, examinando ipsum,

cum

cum quo est dispensandum, absque eo, quod testes adhibeat, aut Notarium petat, aut illa repræsentet Ordinario, quia id solum requirit Concilium Tridentinum pro Dispensationibus in foro externo;
128 nec tenetur dispensandus jurare, se veritatem dicturum, quia cum hujusmodi Dispensationes committantur pro solo conscientiæ foro, debent in eis servari leges dicti fori, in quo Pœnitenti est adhibenda fides absque juramento, & testibus. Salas *de leg. disp.* 20. *sect.* 10. §. 3. *num.* 97. Lezana *loco cit. num.* 23. Sanchez *dict. disp.* 34. *nuum.* 21. Trullenck *l. c. num.* 1. Filiuccius *l. c. num.* 354. Diana *d. tract.* 3. *resol.* 108. Joannes Valer. *diff. utr. fori*, *verbo Gratia*, *diff.* 3. quicquid contradicant Pontius *d. cap.* 21. *nu.* 16. & Marcus Paulus Leo *in Praxi S. Pœnitentiariæ part.* 1. *de Voto*, *vers. Hæc autem necessitas*.

129 Si tamen Confessarius, extra Confessionis Sacramentum, sciat preces falsas esse, & dispensandus asserat veras esse, non debebit dispensare, juxta doctrinam Sanchez, Bonaccinæ, Dianæ, Marci Pauli Leonis, Lezanæ, & Salas *ll. cc.* At si aliud adesset
130 impedimentum dirimens, & Lator in Confessione assereret se fuisse rite, ac legitime dispensatum, Confessarius debet ei credere, quia sumus in foro conscientiæ, in quo Pœnitenti est adhibenda fides.

Est autem ita necessarium, ut antequam Confessarius dispenset, examen veritatis precum præmittat,
131 ut si illud omittat, nulla sit Dispensatio facta, quamvis etiam ipsæ preces essent veræ: quia hæc Clausula ponitur pro forma, & conditione necessaria, ita ut illa non adimpleta, nulla sit Dispensatio: alio etiam modo exprimitur, quam jure ineft, nempe, *Si per diligentem informationem:* cum itaque speciali
132 modo apponatur, & aliter, quam jure ineft, importat formam, & conditionem, ut docet Sanchez *d. disp.* 34. *num.* 26. & late *lib.* 3. *disp.* 33. *n.* 2. & 3. &
133 nos alibi diximus; unde quamvis preces veræ sint, si Confessor, veritatis inscius, dispenset, nulla, & irrita erit Dispensatio. Sanchez *d. num.* 26. Filiuccius *num.* 354. & Trullenck *n.* 5. *ll. cc.*

Intellige tamen, ut necesse sit examen veritatis pre-
134 cum adhibere, dum ipsi Confessario aliunde, quam per Confessionem, de precum veritate non constaret; quia si aliter de veritate ipsi certo constet, poterit dictum examen omittere, & illo omisso valida erit Dispensatio. Sanchez *d. disp.* 34. *numer.* 24. Filiuccius *d. num.* 354. Pontius *num.* 16. & Trullenck *ll. cc.* quia hoc examen eo pertinent, ut Confessor de
135 veritate certior fiat; immo nec ipso examine opus esse si ex ipsa Confessione Sacramentali veritatem novit, ex Portel. & aliis, docet Diana *p.* 8. *tract.* 3. *resol.* 108.

Secunda pars dictæ Clausulæ continet monita, & consilia opportuna per Confessorem ipsi Latori danda, quæ cum tantum instruant Confessarium, ut, antequam examen præmittat, Pœnitentem admoneat, ut verum dicat, non inducit conditionem, unde,
136 quamvis omissa sit, valebit Dispensatio. Sanchez *d. disp.* 34. *num.* 27. Lezana *loco cit.* Diana *d. resol.* 108. *in fine*: Pontius *d. n.* 16. Trullenck *n.* 5. *ll. cc.* Pyrrh. Corrad. *in Praxi Dispens. Apost. lib.* 8. *cap.* 10. *n.* 30. ubi testatur sic, se præsente, responsum fuisse à Patre Benedicto Justiniano Societatis Jesu Consultore
137 Sacræ Pœnitentiariæ, immo nec illud omittendo, aliquod peccatum committit, si in diligenti Pœnitentis examinatione non deficiat, ut bene Sanchez *loco cit. num.* 27.

At quo tempore debeant hujusmodi preces veræ
138 esse, diximus, debere esse veras tempore impetrationis, & ita etiam subsistere tempore, quo Delegatus, vel confessarius Dispensationem exequuntur; & an Dispensatio cesset, si ante matrimonium contractum cesset causa finalis, dicemus *lib.* 3. *cap.* 1. ubi in dubio, an cessaverit, necne, causa finalis Dispensationis, dicendum esse, non cessasse, & pro validitate Dispensationis inclinandum, diximus. Et præsenti libro, diximus validam esse Dispensationem factam, quamvis medio rempore cessasset, dummodo tempore impetrationis, & tempore executionis vera existat.

139 Quarta Clausula importat, ut Confessarius Latorem, cum quo in Voto dispensandum est, à mutatione propositi, quatenus sibi videantur, absolvat; cujus Clausulæ sensum explicat Sanchez *l. c. num.* 29. eum esse, ut si is, cum quo dispensandum est, fateatur Voti transgressionem, illum absolvat in forma Ecclesiæ consueta, injuncta pœnitentia salutari. At P. Leo *in d. Praxi Sacræ Pœnitentiariæ*, *part.* 1. ubi *de Commut. Votor. vers. Vovens mutando*, *pag. mihi* 85. exponit istam Clausulam, ita intelligendam, nempe, quia Vovens, mutando propositum, deficit à promissione facta Deo; & ob id, cum egeat absolutione, propter hujusmodi defectum, ideo datur facultas absolvendi à mutatione propositi.

Hæ autem Dispensationes, & Commutationes fieri 140
poterunt etiam extra actum Confessionis, post auditam ipsam Confessionem, quia cum Dispensatio committatur pro foro conscientiæ, non autem pro foro 141
pœnitentiæ, intelligitur extra actum Confessionis. Sanchez *l. c. num.* 29. Salas *de Legib. disp.* 20. *sect.* 10. *n.* 98. & novissime Pater Vinc. Tancredi Societatis Jesu *tract. de Matrim. lib.* 8. *disp.* 34. *num.* 9. ubi acriter impugnat Pontium aliter sentientem.

Circa quintam Clausulam, *Votum prædictum*, *ad hoc*, *ut matrimonium legitime contrahere possit*, *dispensando*, *commutes in frequentiam Sacramentalis Confessionis peccatorum suorum*, *ut singulis scilicet mensibus*, *ut minimum semel*, *vel quoties tibi videbitur*, *& in alia pœnitentiæ opera*, *per te injungenda*, *tamdiu duratura*, *quamdiu commutationi prædictæ locus erit*; *inter quæ sint etiam aliqua pietatis*, *&c.* Est adnotandum, quod
quamvis non possit Confessarius facere, quin im- 142
ponat aliquas Confessiones, & aliqua, quæ quotidie facere teneatur, quia ita à Sacra Pœnitentiaria præcipitur, quantitas tamen horum operum remittitur Confessoris arbitrio, qui aliqui plura, alteri pauciora potest imponere; non tamen ad libitum, sed secundum regulas prudentiæ, quia id totum remittitur 143
arbitrio prudentiali Confessoris, ut ex verbis, *prout secundum Deum* (hoc est, solum Deum præ oculis ha- 144
bendo, & secundum rectam rationem, remotis humanis finibus, ut bene explicat P. Leo *l. cit. vers. Executor*, *pag. mihi* 91.) *ipsius animæ saluti expedire judicaveris*. Unde non poterit quidem imponere Confes- 145
sionem frequentiorem, quam menstruam, sed tamen poterit imponere bimestrem, seu trimestrem, prout viderit expedire. Vide Sanchez *n.* 34. 35. & 40. Pontium *d.* §. 1. *n.* 18. & Trullenck *n.* 7. P. Leonem *pag. mihi* 47. *ll. cc.* Ille tamen, cui Confessio imponitur 146
singulis mensibus, satisfacere poterit quocunque die illius mensis, ut si confiteretur, v. gr. vigesima die Februarii, & deinde prima die Martii, quia non requiritur de necessitate, ut inter unam, & aliam Confessionem intercedant triginta dies, ut in Confessione annua, quæ ab Ecclesia præcipitur; in Literis enim Pœ- 147
nitentiariæ dicitur *Singulis mensibus*, quod verificatur in unoquoque die mensis; in præcepto vero Ecclesiæ dicitur, ut semel saltem in anno fateatur, *ut ex capit. Omnis utriusque sexus* 12. *de pœnit. & remiss.* Sanchez *d. disp.* 34. *num.* 36.

Si Dispensatus non satisfaciat in uno mense Con- 148
fessioni, non tenetur in sequenti duplicare, quia est Confessio addicta singulis mensibus. Sanchez *n.* 37. Trullenck *n.* 7. *ll. cc.* prout nec duplicare tenetur in illo mense, in quo confitetur, ut satisfaciat Ec- 149
clesiæ præcepto de Confessione annua, quia jam Pœnitentiarius sciebat in aliquo mense anni concurrere etiam Confessionem ex Ecclesiæ præcepto. Sanchez *n.* 38. & Trullenck *ll. cc.* At si Pœnitens, ex alio Voto, teneretur Confessiones menstruas facere, non po- 150
test unica Confessione in mense obligationi impositæ per Pœnitentiariam satisfacere; nec poterit Confessor ille hujusmodi Confessiones injungere, ad quas 151
Pœnitens aliunde tenetur; debet enim esse nova, & opus supererogationis. Sanchez *n.* 39. Pontius *n.* 18. & Trullenck *n.* 8. *ll. cc.* Poterit tamen idem Confes- 152
sor, si ob fragilitatem personæ, ita expedire judicaverit, juxta dicta supra, minuere frequentiam Confessionis, eamque imponere trimestrem, seu quadrimestrem, quando dispensat. Filiuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *n.* 356. Sanchez & Trullenck

ll. cc. & constat ex verbis dictæ Clausulæ, ibi, *Vel quoties tibi videbitur, & secundum Deum, ipsius animæ saluti expedire judicaveris.*

153 Opera autem pœnitentiæ injungenda possunt esse, aliqua jejunia, ut à carnibus abstineat, aliquoties in mense verberet se, &c. & similia, opera vero Religionis, in Dispensatione Voti injungenda, possunt esse recitare quotidie Lytanias, Psalmos Pœnitentiales, & pro Voto, dicere quinquies *Ave Maria*, dare eleemosynam, & similia, vel quod ex his maluerit, eligat unum opus, in una hebdomada, & aliud in alia, *ut* bene docet idem Sanchez *n.* 41. *l. c.*

154 Quando pœnitentia non præscribitur in Mandato, ut sit perpetua, potest dari temporalis, quia
155 quando Mandans intendit eam esse perpetuam, exprimit; unde, nisi exprimat, cum simus in pœnalibus, in dubio est facienda benignior interpretatio, *cap. Odia* 15. *de Reg. Juris in 6. l. cum quidam* 19. *ff. de liber. & posthum.*

Quando pœnitentia imponenda sit Conjugibus ratione alicujus delicti, si ambo sint ejus delicti participes, utrique, si unus tantum, illi soli imponitur. Sanchez *d. disp.* 34. *n.* 60. Trullenck *n.* 23. *l. c.*

Sexta Clausula continet, ut Literæ dilanientur, & aliquando præcipitur, sub pœna excommunicationis, aliquando etiam ut si parti restituantur, nihil illi suf-
156 fragentur. Circa intelligentiam dictæ Clausulæ scias, sufficere ad pœnam evitandam, si Literæ amissæ sint, itaut inveniri non possint, & si prius fuissent parti restitutæ, possunt deinde rescindi, & Dispensatio valebit à tempore restitutionis; immo, quamvis apud partem maneant, adhuc valida erit Dispensatio pro foro interno, sed solum in foro externo nil juvabunt Literæ. Ita Sanchez *lib.* 8. *disp.* 34. *num.* 42. Pontius *d.* §. 1. *n.* 19. Filiuccius *d. cap.* 10. *n.* 357. P. Leo *in Praxi Sacræ Pœnitentiariæ*, *part.* 2. post impedimenta dirimentia, *vers. Subintelligitur*, *pag. mihi* 241. Lezana *l. c. num.* 33. Hanc tamen doctrinam non admitterem sine difficultate, quia ex quo in Literis non apponuntur nomina Dispensandorum, certum est, solum pro foro interno hujusmodi Literas prodesse, & hanc esse intentionem summi Pœnitentiarii, ut solum pro d. Foro validæ sint; unde ejus intentio aliter interpretari non potest, nisi ut hæ Literæ non remaneant penes Pœnitentem, quod idem animadvertit idem Trullenck *l. c. n.* 9. & annuit etiam idem Filiuccius *loc. cit.*

Admittunt tamen dicti Filiuccius *n.* 358. & Trul-
157 lenck *n.* 10. *ll. cc.* ut possit à Confessario fieri aliqua fides de absolutione, vel Dispensatione impensa pro consolatione Pœnitentis, vel pro testimonio apud Episcopum de obtenta Dispensatione, vel absolutione; hæc tamen fides non proderit dispensato, vel absoluto, quoad tertii præjudicium, sed solum, ut sic Dispensatus, vel absolutus reddi possit capax Ecclesiasticæ sepulturæ, vel Sacrorum Ordinum. Rota coram Merlino *decis.* 136. *num.* 5. si tamen impedi-
158 mentum occultum, super quo à S. Pœnitentiaria dispensatum fuit, aliquo tempore publicari contigerit, Dispensatio à Confessario facta non juvabit;
159 immo Parochus, si ab aliquo hujusmodi impedimentum denuntiatur, quamvis certo sciat Conjuges fuisse pro foro conscientiæ occulte dispensatos, & ob id tutos esse coram Deo, cum tamen sibi denuntietur impedimentum, tenetur illud deferre ad Ordinarium, à quo, tanquam à competenti Judice, Oratores separari debebunt, donec pro foro externo obtenta fuerit Dispensatio, ut sentiunt Doctores, quos propterea citavimus.

160 An autem teneantur denuntiare impedimentum illi, qui licet sciant impedimentum, sciunt tamen Conjuges fuisse pro foro conscientiæ legitime dispensatos, vide Sanchez *lib.* 3. *disp.* 13. *num.* 8. ubi concludit non teneri, quia hoc casu vitatur omne scandalum.

161 Nec tenebuntur Dispensati impedimentum occultum fateri, si de eo à Judice interrogentur, ut diximus, & docent Sanchez *d. lib.* 3. *disp.* 14. *num.* 4. &
162 alii Doctores, ibi à nobis relati; idque verum est, quamvis unicus testis dictum impedimentum testetur; quia cum isti non sint in peccato, unicus testis non sufficit, nisi cætera requisita concurrant, itaut Judex juridice interroget, v. g. si esset fama de impedimento, vel aliter fuerit coram Judice probatum; licet enim 163
ad impediendum matrimonium contrahendum sufficiat probatio unici testis; in casu tamen de quo agimus, non sufficit unicus testis, ut is, qui super occulto impedimento fuit pro foro conscientiæ dispensatus, teneatur impedimentum Judici interroganti confiteri, quia cum fuerit legitime dispensatus, non agitur de peccato vitando; unde dictum unici testis non probat impedimentum, & consequenter Judex tunc non juridice interrogat, ut bene ponderat idem Sanchez *d. disp.* 14. *num.* 4.

Septima Clausula declarat prolem legitimam pro foro conscientiæ tantum. Unde, si impedimentum 164
occultum detegatur, proles reputabitur illegitima, donec nova Dispensatio pro utroque Foro obtenta fuerit, vide ea, quæ *cap. præcedenti* diximus, ubi hanc materiam fuse pertractavimus. Quibus addo, 165
quod, dum Conjuges, cum impedimento dirimenti ignorato bona fide utriusque, vel alterius eorum, matrimonium inter se contraxerint, tunc filii erunt in utroque foro legitimi. Sanchez *lib.* 8. *d. disp.* 34. *n.* 46. & 50. Parens tamen, qui fuit in mala fide, non reputabitur legitimus, respectu dicti filii, in foro externo, nè ex suo delicto commodum reportet. Sanchez *l. c. n.* 50. Addo insuper, filios à Sacra Pœ- 166
nitentiaria dispensatos, ac legitimatos, si impedimentum, quod aderat inter parentes, non detegatur, non esse irregulares in foro conscientiæ, sed esse capaces Ordinum, & Beneficiorum, tanquam vere legitimatos, ac succedere utrique parenti, & utrumque parentem ipsis, quia ex vero matrimonio nati sunt, vide Sanchez *lib.* 8. *disp.* 34. *num.* 49.

Octava Clausula requiritur, ut impedimentum, super quo Dispensatio fieri debet, occultum sit; *Demum dummodo impedimentum ex prædictis proveniens occultum sit*; ubi est animadvertendum, quod pro hu-
jusmodi Literis Sacræ Pœnitentiariæ illud impedi- 167
mentum dicitur occultum, quod distinguitur contra publicum, id quod annuit Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 6. *de Reform.* quare licet ab aliquibus impedimentum sciatur, ac proinde probari possit, tamen dicetur occultum; tunc autem erit 168
publicum, & non occultum, quando est publicum, non solum in Civitate, sed etiam in majori parte viciniæ, vel Collegii, Monasterii, vel Parochiæ, dummodo saltem decem personæ ibi inveniantur, penes quas publicum sit: Ratio est, quia ideo peritur ea impedimenta occulta esse, ut obvietur scandalo publico; unde satis illi obviatur, dum hæc impedimenta non laborant infamia publica, ita docent Navarrus *in Summa cap.* 27. *n.* 250. Sanchez *n.* 55. Trullenck *d. dub.* 10. *n.* 18. *ll. cc.* Escobar *Theol. mor. tract.* 1. *exam.* 16. *cap.* 2. *prope finem*. Lezana *l. c. num.* 28.

At P. Leo *in Praxi S. Pœnitentiariæ part.* 2. ubi *de occultis*, *vers. Occultum est*, *pag. mihi* 189. illud docet esse occultum, quod à nemine, vel à tam paucis scitur, ut neque sit famosum, neque manifestum, neque notorium; unde si unus, vel duo, aut tres sciant, non nocet, quominus aliquod delictum occultum sit, dummodo ista notitia consideretur simpliciter in se, & non deducta in judicium, & forum externum, & propterea refert Glossam *in cap. Vestra*, *de cohabitat. Clericor. & mulier. cap. Manifesta* 3. *quæst.* 1. Toletum *in Summa*, *lib.* 1. *cap.* 99.

Nec huic doctrinæ obstat dispositio *cap. Licet* 23. *de testib.* ubi dicitur, quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum; quia quamvis id verum sit, non tamen verum est, quod in notitia duorum, vel trium stet omnis notitia, ea nempe, quæ publicitatem inducat, & excludat occultum, secundum se consideratum; & propterea dictus textus dicit in ore, hoc est, in depositione facta in judicio, stare omne verbum, ut ex eodem textu pariter colligitur, immo & occultum erit, quamvis omnes sciant, sed 169
non sciant sub hac formalitate, quod sit impedimentum; ut si omnes scirent Vincentium, & Dorotheam esse affines, at nescirent affinitatem esse impedi-

pedimentum matrimonii. Reginald. *lib.* 31. *cap.* 28. *lib.* 219. Sanchez *l. c. num* 56. Navarrus ubi supra. Gutierez *de Matrim. cap.* 71. *num.* 7. At si fuerit
170 deductum ad forum contentiosum, sive juste, sive injuste, tunc si Reus citatus sit, impedimentum non dicitur occultum, nisi fuerit prius à Judice absolutus; per quam absolutionem redit ad pristinum statum. Sanchez *d. disp.* 34. *num.* 57. Filiuccius *dict. cap.* 10. *num.* 360. Reginaldus *lib.* 11. *nu.* 219. quam-
171 vis etiam ipse Reus se falsis testibus defenderit; idem
172 Sanchez *l. c. nu.* 58., ubi etiam docet, impedimentum adhuc dici occultum, licet deductum fuisset ad forum contentiosum, si Judex retineat causam penes se, nec partem citet; quia ad hoc ut impe-
173 dimentum definat esse occultum exigitur, ut dedu-
174 ctum sit ad forum contentiosum, & simul parti intimatum, alias non dicitur deductum ad forum contentiosum; quod idem confirmat Fragosius *de Regim. Christ. Reip. part.* 1. *lib. prim. disp.* 2. *num.* 200., si tamen delictum sit ad forum contentiosum deductum, & in eo pendeat, non poterit Confessarius dispensare, donec Reus non fuerit absolutus, ut supra.

175 Pro majori explicatione, dico, posse aliquid materialiter esse publicum, formaliter vero, & secundum quid, occultum; v. gr. si celebretur Missa à Sacerdote excommunicato occulto, coram universo populo, est actus publicus, & est delictum, non tamen est publicum; ratio est, quia nescitur publice, dictum Sacerdotem in excommunicatione celebrare; sic si Parochus publicè excommunicatus, coram populo suæ Parochiæ Missam celebret, & populus noret id fieri non posse, & esse delictum, at ignoret ex dicta celebratione contrahi irregularitatem, unde ista Missæ celebratio erit quidem actus publicus, & delictum publicum; attamen quo ad contractam irregularitatem erit delictum occultum, poterit etiam ab Episcopo super dicta irregularitate dispensari, in vim facultatis à Concilio super occultis concessæ Episcopis.

Simili modo potest aliquod delictum in uno loco esse publicum, & in alio occultum; nec obstat si à sua
176 origine, & principio fuerit publicum, ac tractu temporis fiat occultum, *cap. Longinquitate* 12. *quæst.* 2. quia tempus omnia devorat; unde sufficit, quod eo tempore, quo petita fuit, ac executa Dispensatio, occultum sit; vide dictum P. Leonem *l. c.* ubi longa serie hanc materiam optime agit.

177 Tandem adnotandum est, quod Impedimentum deductum ad Pontificem non dicitur deductum ad Forum Judiciale, & contentiosum; unde si alias occultum sit, adhuc remanet occultum. Sanch. *lib.* 8. *Disp.* 14. *n.* 9.

Nona Clausula præbet normam, & instructionem Confessario, qua se gerere debet antequam dispenset; præcipue si jam contractum sit Matrimonium, & separatio inter Oratores fieri non possit absque scandalo, ex cohabitatione vero probabiliter timendum esse sibi visum fuerit, aliudque Canonicum non obstet.

178 Circa hanc Clausulam animadvertas, quod rarissime, aut nunquam erit necessarium experiri, an possint Conjuges separari, vel honeste vivere tanquam frater, & soror, quia sæpe ex hujusmodi separatione oriuntur scandala, & periculum Incontinentiæ, sicuti etiam ex cohabitatione dicto modo facta, cum etenim matrimonium sit publicum, & Impedimentum sit occultum, scandalum erit in Populo, si videat eos vitam non agere conjugalem; maximum etiam peccandi periculum immineret, si ipsi pro Conjugibus publice haberentur, & consequenter non possent cum aliis matrimonium inire, & proinde in maximo incontinentiæ periculo viverent; tunc autem erit dicta experientia
179 præmittenda, quando, attentis circumstantiis, prudenter judicatur spem esse, ut ea experientia alicujus sit utilitatis, & intentum consequatur; id enim totum prudentiæ Confessoris remittitur, ut prædicta bene docent Sanchez *lib.* 8. *Disp.* 34. *n.* 60. Lezana *n.* 30. Filiuccius *n.* 361. & Trulleck *ll. cc.* unde ex Conjugum ætate, aut aliis circumstantiis dicta experientia præter-
180 mitti poterit, arbitrio Prudentis Viri, ut docent præcitati Doctores; nec debebit Confessarius multum insistere in perquirendo, an periculum incontinentiæ sit in cohabitatione, si ipsi probabiliter timendum de incontinentia videatur, quia cum Conjuges cohabitent, & in eodem lecto dormiant, grave quidem, & probabilissimum incontinentiæ periculum timeri potest.

Nec pariter videtur conditio necessaria, ut alter Conjux prius de prioris consensus nullitate certioretur, 181
sed potius videtur simplex instructio; & sæpe, si id necessarium esset, hæ Dispensationes suo valore frustrarentur, quia, ut plurimum, Conjux ignarus certior fieri non potest absque alterius Conjugis periculo; ita docent Trullenck. *l. c. n.* 21. Reginald. *l. c. n.* 22. Bonaccina *de Matrim. quæst.* 2. *punct.* 9. *n.* 7. Aversa *de Matr. qu.* 11. *sect.* 5. *vers. Demum juxta hoc* Optime Sanch. *d. Disp.* 34. *n.* 61. ubi prudentissime animadvertit, sæpe contingere, ut non possit nullitas matri- 182
monii Conjugi detegi, absque periculo manifestandi delictum, & maxime, si Impedimentum sit ex parte fœminæ, quo casu raro contingit ut possit prioris consensus nullitas aperiri, absque maximo fœminæ periculo, ac suspicione alicujus delicti, unde instabit Vir, ut sibi causa nullitatis aperiatur; & si non aperiatur, urgentiorem delicti suspicionem concipiet, & proinde rixæ, & inimicitiæ inter Conjuges orientur, aliaque gravia scandala verisimiliter timeri poterunt; quapropter caute se gerere debebit Confessarius; nec est 183
audiendus Gutierez *de Matrim. cap.* 128. *n.* 22. dum ait, impositam esse conditionem Confessario certiorandi Conjugem; & quod si scandala ex dicta certioratione timeantur, sit impetranda nova Dispensatio sub alia forma, quia vere nimis durum videretur, si necesse esset, ut omnino dicta certioratio fieri deberet, dum ob dictam certiorationem gravia scandala, & forsan vitæ periculum imminerent: si tamen dicta scan- 184
dala non timeantur, bene erit, ut Confessarius Conjugem ignorantem, saltem remote moneat, ut, si forsan Matrimonium esset nullum, de novo consentiat.

Decima Clausula, *Ita quod, si Uxori, cui conjungetur, supervixerit, Castitate servet, utpote eodem Voto obligatus ut prius*, ita est intelligenda, ut Orator, ex 185
vi hujus Dispensationis, non possit, nisi semel, Uxorem ducere, & consequenter concessa Dispensatione super uno matrimonio, non trahitur ad aliud *cap. fin. causa* 33. *quæst.* 2. unde primo matrimonio soluto, non poterit sic Dispensatus aliud inire absque nova Dispensatione, quæ, si justa causa subsit, vel prima duret, solet facile concedi, & eo casu in Literis secundæ Dispensationis adjicitur Clausula *Salvis tamen alioqui cæ-* 186
teris omnibus, quæ ei in priori commutatione injuncta fuerunt, & sic soluto secundo matrimonio, non poterit aliud, absque Dispensatione, iniri.

Nec deseram adnotare, quod tam Dataria, quam Pœnitentiaria Apostolica, in his, & aliis similibus Votorum commutationibus, semper dispensat, ut Orator, vel Oratrix matrimonium legitime contrahere 187
possit; unde per illam dictionem, *Legitime*, intelligit de matrimonio valido, & non de eo, quod aliqua causa nullum esset; & proinde non esset extincta Dispensatio, sed secluso dolo, & fraude, adhuc poterit Dispensatus aliud validum Matrimonium inire, alias Dispensatio frustratoria remaneret; immo si vigore dictæ 188
factæ commutationis, seu Dispensationis, matrimonium valide contractum fuisset, at ante illius consummationem, vel morte Conjugis, vel professione in Religionem, vel ex Pontificis Dispensatione dissolveretur, adhuc non dicetur fuisse hujusmodi matrimonium perfecte contractum, cum non fuerit carnali copula consummatum, & consequenter stimulis Carnis provisum; constat ex ipsis Literis Sacræ Pœnitentiariæ, in quibus dicitur, quod Confessarius ipsum Votum dispensando commutet, non modo, ut matrimonium licite contrahere, verum etiam, ut in eo postmodum debitum conjugale exigere, & reddere possit; ita expresse docent Sanchez *lib.* 8. *Disp.* 31. *n.* 5. Corradus *in Praxi Dispens. Apost. d. cap.* 10. *n.* 31.

Dixi, secluso dolo, & fraude, quia his intervenien- 189
tibus, Dispensatio extinguitur primo actu, quamvis invalido, ne fraudem committens ex ipsa commodum reportet. Sanchez *n.* 4. & Pirrhus Corradus *ll. cc.*

Et quoniam frequenter accidit, ut Dispensationes à Sacra Pœnitentiaria non per Brevia, in quibus semper

per

per apponitur formulà per Confeſſarium ſervanda, ſed per privatas Literas committantur, & in eis ſemper addatur, ut diſpenſetur in forma Pœnitentiariæ, ideo Confeſſarius, juxta caſuum contingentiam, ſe gerere debebit juxta prædicta in hujuſmodi Literarum executione, conſiderando Clauſulas, quæ in ſingulis ſupra notatis caſibus Sacra Pœnitentiaria ſolet apponere, quas hic repetere ſuperfluum eſſet.

Undecima Clauſula apponitur à tergo Literarum, nempe, *Gratis ubique*, quia pro hujuſmodi Commiſ-
190 ſionum executione nihil peti, & exigi poteſt, nec à majori Pœnitentiario, nec ab aliis Officialibus, & *Miniſtris* ejus Prætorii, nec etiam ab ipſo Confeſſario, quamvis etiam à ſponte offerentibus oblatum ſit, etiam in ſignum gratitudinis. Navarrus *lib.* 4. *conſil. titulo de Sponſ. conſ.* 50. in prima edit. præcipue *nu.* 3. Sanchez
191 *lib.* 8. *diſp.* 34. *nu.* 64. Trullenck *l. c. n.* 23. & nos alibi diximus. Et adeo verum eſt, ut Diſpenſationes, quæ à Tribunali Sacræ Pœnitentiariæ emanant, gratis concedantur, ut ſi qui impetrata Diſpenſatione à Pontifice pro utroque Foro ſuper aliquo Impedimento dirimente, tacuiſſent aliquam qualitatem occultam, quæ, ſi expreſſa fuiſſet Pontifici, majorem compoſitionem ſolviſſent, ſi poſtea ipſam qualitatem occultam Sacræ Pœnitentiariæ exprimant, & petant diſpenſari, adhuc hujuſmodi Diſpenſatio gratis concederetur, ut docent Sanchez *dicta diſ.* 34. *n.* 64. & Navarrus *l. c.*

Tandem pro concluſione hujus Capitis remanent explicandæ nonnullæ Clauſulæ peculiares, quæ in pleriſque Literis Sacræ Pœnitentiariæ apponi ſolent, quæ clauſulæ, quomodo ſint intelligendæ, quam breviſſime attingemus.

192 ET ALIIS, QUÆ DE JURE FUERINT INJUNGENDA.

Hæc Clauſula importat, ut Orator removere debeat occaſionem proximi relapſus in peccatum, & ut reficiat damna forſan illata occaſione præfatorum exceſſuum; & ſic bene illam explicat P. Leo *in d. Praxi S. Pœnitentiariæ par.* 2. poſt declarationem Impedimentorum dirimentium, *verſ.* Hoc eſt, *pag. mihi* 228.

193 ALIUDVE CANONICUM NON OBSTET.

Dum Papa, ſeu Sacra Pœnitentiaria Diſpenſationem concedunt, intendunt Impedimenta expreſſa tantum removere; unde ſi alia extent, ſuper eis non cadet Diſpenſatio, ſed remanebunt, prout ante factam Diſpenſationem aderant; per ea, quæ diximus.

194 MISERICORDITER IN DOMINO DISPENSES.

195 Miſericors Diſpenſatio ea dicitur, quæ non eſt de Jure debita, licet ex cauſa petatur, ob quam ſi Legislator velit, poſſit diſpenſare, quamvis alias non teneatur diſpenſare; ita bene explicat Pat. Leo *in d. Praxi part. pr. formula* 2. *verſ. Quia iſta Diſpenſatio*, *pag. mihi* 75.

196 PROLEM EXINDE SUSCIPIENDAM LEGITIMAM NUNCIANDO IN FORO CONSCIENTIÆ, ET IN IPSO SACRAMENTALIS CONFESSIONIS ACTU TANTUM, & NON ALITER.

197 Proles legitimata in Foro Conſcientiæ, non legitimatur in Foro Fori, quia licet per hujuſmodi Diſpenſationem inducatur bona fides in Foro conſcien-
198 tiæ, attamen remanet mala fides, quoad Forum Fori; & proinde, poſita hujuſmodi mala fide, quando detegitur Impedimentum, ſuper quo in Foro conſcientiæ diſpenſatum fuit, ſequitur in Foro Fori Illegitimatio Prolis ſic ſuſceptæ, per declarationem nullitatis matrimonii, ut bene animadvertit idem P. Leo *in d. Praxi part.* 2. poſt declarationem Impedimentorum dirimentium, *verſ. Et hæc bona fides*, *pag. mihi*
199 237. quia Diſpenſatio facta pro Foro conſcientiæ, non ſuffragatur pro Foro Fori, etiam quoad Legitimationem Prolis. Rota *deciſ.* 606. *n.* 2. *par. pr. diverſ.*

200 NULLATENUS SUFFRAGENTUR.

Dictio iſta *Nullatenus* de ſui natura nullitatem actus importat ipſo jure, *Gloſſa in auth. Si qua mulier*, *verbo Nullatenus*, *C. ad Vellejan.* quam refert dictus P. Leo *l. c.* Merolla *Diſp. pr. cap.* 2. *num.* 308. *part. pr.* Gratianus *Diſcept. foreſ. cap.* 195. *num.* 18. Lezana *in Summa*, *verbo* Dictio *num.* 26. *tom.* 3. ubi docet tollere omnem diſpenſationem, *Suffragentur*, hoc eſt, adjumento ſint, ut explicat *Auth. de Monach.* §. *penult.*

POSTQUAM OMNEM RECIDIVÆ CONVERSATIONIS OCCASIONEM ABSTULERIT. 201

Iſta dictio, *Poſtquam*, inducit conditionem excluſivam præcedentis temporis. Pariſ. *conſ.* 31. *nu.* 83. *vol.* 1. Menochius *conſ.* 1103. *num.* 4. Et nos diximus *cap. præcedenti*; unde Confeſſarius nec debebit, 202
nec poterit ad Abſolutionem, & Diſpenſationem devenire, niſi prius remota fuerit occaſio recidivæ converſationis; animadvertendo præcipue, ne ſimul co- 203
habitent quia maris, & fœminæ cohabitatio, eſt diſpoſitio ad copulam. *cap. Juvenis* 3. *de ſponſ.* & ne
unus alterius domum ingrediatur, quia qui amat 204
periculum peribit in illo. Salomon *Proverb.* 3. 47. & propterea remotæ etiam ſit omnes occaſiones, quæ forte ad complicis domum petendam, ejuſque familiaritatem proſequendam pellebant, neve fiant munera, nec nuncii invicem mittantur, & ſimilia, quæ ſunt occaſiones proximæ ad peccandum.

ABSOLVAS IN FORO CONSCIENTIÆ TANTUM. 205

Hoc eſt quoad Cenſuram, quæ ſpectat ad forum animæ, cujus ſolum eſt Judex ipſe Deus; quia in
delictis publicis Laicorum, ut ſunt delicta extra ca- 206
ſus Cenſurarum, major Pœnitentiarius non ſe ingerit, ut bene animadvertit P. Leo *in dicta Praxi part.* 1. *pag. mihi* 8.

DISPENSANDO COMMUTES. 207

Participat enim ex utroque, nempe ex Commutatione, & Diſpenſatione; quia hujuſmodi commutatio non fit in æquale, ſed eſt quid medium inter Commutationem, & Diſpenſationem, cum ſubrogatio fiat in opus inæquale, & inferioris oneris, & ideo participare debet de Diſpenſatione, & Commutatione.

TAMDIU DURATURA. 208

Ideo ſoluto per mortem Conjugis matrimonio, ſtatim vovens ab adimplendis operibus ſubrogatis liberatur, & reincidit in priorem Voti obligationem; quia per matrimonium ſubſequens non fuit ſublatum præciſe Votum, ſed ſolum illius executio ſuſpenſa. *cap. ex parte* 9. *de converſ. conjung.*

SECUNDUM DEUM. 209

Hoc eſt ſolum Deum præ oculis habendo, & ſecundum rectam rationem, remotis humanis finibus.

QUOD SI UMQUAM Extra matrimonium for- 210
nicatus fuerit &c. ille, cui commutatum fuit Votum Caſtitatis, non ſolum peccat, quoties extra actus matrimoniales licitos, facit contra votum, ſed facit in ipſomet uſu matrimonii, ut, v. gr. ſi abuteretur Uxore, quia commutatio fit tantummodo ad effectum, ut poſſit, non obſtante voto emiſſo, debitum conjugale licite petere, & reddere; unde extra dictos actus matrimoniales facit contra votum; vide P. Leonem *in d. Praxi*; formula de commutatione Voti Caſtitatis; & ideo de his omnibus debet Confeſſarius monere Latorem in actu commutationis.

AD FINEM UT EA adimplens meminiſſe ſem- 211
per poſſit obligationis &c. ſicut in rebus civilibus, dum res eſt tradenda creditoribus, & non poteſt ſtatim tradi, conficiuntur Tabulæ, pro conſervanda memoria obligationis, *Inſtitut. lib.* 3. *titulo* 14. *de obligat. in princ. & ff. de obligat.* ita cum res per Votum Deo creditori ſtatim dari non poteſt, debet per quotidianum adimplementum ex operibus Religionis conſervari memoria obligationis ipſius Voti; Et hæc, tanquam in Praxi magis practicabilia, breviter attigiſſe ſufficiat.

DE



DE DISPENSATIONIBUS MATRIMONIALIBUS

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Quot, & quæ ſint Impedimenta Matrimonii, & à quibus conſtitui poſſint.

SUMMARIUM.

1 *Impedimenta in univerſum dirimentia matrimonium, quæ ſint.*
2 *Sunt in duplici differentia.*
3 *Quædam obſtant, ne licite: Alia vero, ne licite, ac valide fiat.*
4 *Impedimenta primi generis prohibent quidem matrimonium; ſi tamen contrahatur, illud non invalidant.*
5 *Et ideo dicuntur mere prohibentia.*
6 *Impedimenta ſecundi generis, non ſolum prohibent, ſeu impediunt, ne matrimonium licite, ac valide contrahatur.*
7 *Triplici Jure conſiderari poſſunt extare impedimenta matrimonii, nempe Divino naturali, & & Divino poſitivo, & ex Jure humano.*
8 *Quæ ſint impedimenta inſurgentia de Jure Divino naturali.*
9 *Quæ ex Jure Divino poſitivo.*
10 *Textus in cap.* Quædam lex 20. cauſ. 35. quæſt. 3. *ponderatur.*
11 *Textus in cap.* Literas 13. de reſtitut. ſpoliat. *pariter ponderatur.*
12 *Plures gradus conſanguinitatis, vel affinitatis, non procedunt de Jure naturæ, ſed tantum de Jure Divino poſitivo, & quæ.*
13 *Impedimenta antiquæ Legis Moſaycæ ceſſarunt per novam Legem Evangelicam.*
14 *Et ſola præcepta Juris naturalis remanſerunt.*
15 *Diſpenſatione nova opus non eſſet ſuper impedimentis inductis à Lege Moſayca, niſi à Summis Pontificibus alia impedimenta fuiſſent inducta.*
16 *Eccleſia diſpenſare poteſt ſuper aliquibus impedimentis, ut ex* Concil. Trid. ſeſſ. 24. Can. 3.
17 *Impedimenta aliqua non ſolum impedientia, ſed etiam dirimentia matrimonium, induci poſſunt de Jure humano.*
18 *Matrimonium eſt naturalis contractus inſtitutus in naturæ officium, & propagationem Communitatis.*
19 *Talis matrimonii contractus ſubjici poteſt conditionibus, Principiſque diſpoſitioni.*
20 *Et ea ratione, quia matrimonium eſt contractus civilis, poteſt irritari, non obſtante, quod elevatum ſit ad ſtatum Sacramenti.*
21 *Ratio Sacramenti ſuperveniens matrimonium non mutat, ſed potius ſupponit ut materiam humanum contractum.*
22 *Et eo immutato per humanam poteſtatem, deſinit eſſe materia Sacramenti.*
23 *Quid de Impedimentis inductis, & ſtatutis per Principes infideles, &* num. 24.
25 *Poteſtatem hujuſmodi ſtatuendi impedimenta Eccleſia ſibi ipſi tantum reſervavit, auferendo eam Principibus.*
26 *Ita ut nullus Princeps ſæcularis, neque ipſe Imperator, poſſit ſtatuere talia impedimenta matrimonii.*
27 *Licet poſſint Principes ſæculares condere leges ſuper quibuſdam rebus mere temporalibus matrimonio annexis, non tamen concernentibus vim, & ſubſtantiam matrimonii.*
28 *Exempla referuntur.*
29 *Conſtitutiones impedimentorum matrimonii reſtringunt ipſius matrimonii libertatem.*
30 *Matrimonium eſt unicuique permiſſum de Jure naturali, & Divino.*
31 *Impedimenta matrimonii imponi, & ſtatui debent ex juſta cauſa, alias impedimentum non debet attendi.*
32 *Matrimonium enim eſt permiſſum de Jure naturali, & Divino, excepto primo gradu conſanguinitatis in linea recta.*
33 *Ac exceptis aliis impedimentis.*
34 *Sicut Diſpenſatio ſine juſta cauſa fieri non poteſt, ita non poteſt fieri prohibitio ſine juſta cauſa ſuper re à jure permiſſa.*
35 *Epiſcopi poſſunt in eorum Diœceſibus, ea omnia, quæ poteſt Summus Pontifex, niſi ſint de reſervatis ipſi Pontifici.*
36 *Epiſcopi antiquis temporibus ſtatuebant impedimenta ſuper matrimonio.*
37 *Nec apparet aliquo Jure fuiſſe eis ſublatam poteſtatem talia impedimenta ſtatuendi.*
38 *Nihilominus eis talis poteſtas ablata intelligitur ex longæva, & univerſali conſuetudine.*
39 *Epiſcopi tenentur ſtudioſe vigilare, ut ſerventur, quæ ab Eccleſia ſtatuta ſunt.*
40 *Poteſt Epiſcopus, & etiam Parochus, ex aliqua juſta*

justa causa impedire, ne intra certum tempus contrahatur matrimonium, vel ad vitandum scandalum, vel causa alicujus discussionis.

41 *Si tamen contrahatur matrimonium, non obstante tali interdicto, valide contrahitur, nisi aliud obstet.*

42 *Secus tamen esset, interdicto, ex justa causa facto à Summo Pontifice, quia invalide contraheretur.*

43 *Dummodo in interdicto Pontificis adsit Clausula irritans.*

44 *Pontifex sicut potest generaliter ex justa causa statuere impedimenta matrimonii, ita pariter ex justa causa prohibere matrimonium certis personis.*

45 *Prout refert* Alex. de Nevo *occurrisse adversus Bernabonem Ducem Mediolani.*

46 *Simplex prohibitio, absque Clausula irritante, non habet vim irritandi matrimonium.*

47 *Causæ matrimoniales spectant tantum ad forum Ecclesiasticum.*

48 *Quod verum est in Causis matrimonialibus inter fideles, secus inter infideles subjectos Principibus fidelibus.*

49 *Causæ matrimoniales spectant tantum ad Episcopos, & non ad inferiores Prælatos.*

50 *Impedimenta matrimonii non solum possunt ab Ecclesia induci, sed etiam ex consuetudine.*

51 *Quod intellige de consuetudine inducta, non à Laicis simpliciter, sed de mista Laicorum, & Clericorum.*

52 *Potest pariter ex consuetudine tolli impedimentum ab Ecclesia inductum.*

53 *Consuetudo sicut habet vim novam legem inducendi, ita vim habet legem antiquam abrogandi.*

54 *Consuetudo, quamvis reprobetur à lege, potest adhuc ipsamet lex per sequentem consuetudinem tolli.*

55 *Consuetudo non potest habere vim dissolvendi matrimonium jam rite contractum.*

56 *Etiamsi talis consuetudo adjuvaretur ratione scandali.*

57 *A veritate Juris Divini non est ob scandala recedendum.*

58 *Impedimenta, quæ impediunt matrimonium, quæ.*

59 *Interdicti impedimentum, quid.*

60 *Inferior non potest dispensare super lege Superioris.*

61 *Impedimentum dici, quid.*

62 *Impedimentum criminis, quid.*

63 *Sponsalium impedimentum, quid.*

64 *Sponsalia quibus in casibus dissolvantur.*

65 *Sponsalia contracta sub conditione, si Papa dispensaverit, an valida sint.*

66 *Affertur opinio negativa.*

67 *Conditio pendens à voluntate Principis, dicitur impossibilis.*
Quod intelligere, ut num. 84.

68 *Ex conditione impossibili nulla oritur obligatio.*

69 *Quæ non possunt fieri nisi per remedium extraordinarium (ut per Dispensationem) censentur impossibilia.*

70 *Sponsalia contracta sub conditione impossibili, nulla sunt, etiamsi fuerint juramento firmata.*

71 *Juramentum super promissione, cui Jus resistit, nullas vires habet.*

72 *Sponsalia sub conditione impossibili nulla sunt, etiamsi plures expensæ factæ fuerint.*

73 *Et etiamsi virgo defloratа fuerit.*

74 *Talia enim damna sunt per accidens, & alia via possunt reparari.*

75 *Super sponsalibus habitis sub conditione impossibili, est locus pœnitentiæ, ante impetratam Dispensationem.*

76 *Sponsalia post impetrationem Dispensationis super impedimento, requirunt novum consensum.*

77 *Habens Votum Castitatis, & contrahens Sponsalia, si super impedimento impetraverit Dispensationem, nihilominus sunt nulla.*

78 *Affertur opinio affirmativa, scilicet, quod Sponsalia contracta sub conditione, si Papa dispensaverit, valida sint, & quomodo.*

79 *Ratio assignatur.*

80 *Actus factus tempore inhabili, & relatus ad tempus habile validus est.*

81 *Tempus illud attenditur, quo Dispensatio debet effectum habere.*

82 *Distingue, dummodo conditio possit reduci ad actum, & ut* num. 83. 84.

85 *Institutio Spurii, facta sub conditione, si Princeps legitimaverit, valida est.*

86 *Promittens matrimonium sub conditione, si Papa dispensaverit, videtur promisisse se procuraturum Dispensationem.*

87 *Dispensatio est debita, & necessaria, quando postulatur ex justa causa.*

88 *Sponsi non sunt cogendi ad matrimonii celebrationem, quando jurgia, & scandala imminent.*

89 *Matrimonia non libere contracta infelices exitus habere solent.*

90 *Conditio apposita Legato, seu Majoratui, quod succedens debeat ducere in uxorem consanguineam, impetrata Pontificis Dispensatione, valida est.*

91 *Quamvis diceretur, quod consanguinea esset in secundo gradu.*

92 *Licet enim Papa difficiliter dispenset, sufficit, quod sæpe dispenset.*

93 *Dispensatio petita super conditione, & per Papam denegata, tunc illa conditio, si Papa dispensaverit, non attenditur, tanquam si non fuisset apposita.*

94 *Legatum factum alicui, si nubat certæ personæ, quæ persona requisita contrahere recusaverit, ex parte Legatarii habetur pro parito, eique Legatam debetur.*

95 *Conditio impossibilis non obligat, sed habetur pro non adjecta.*

96 *Conditio, quod virgo nubere non possit, non tenet, & ratio affertur.*

97 *Secus si fiat conditio, quod virgo non nubat certæ personæ, quia tenet.*

98 *Et quomodo id procedat.*

99 *Illud fieri non posse dicitur, quod honeste fieri non potest.*

100 *Conditio, quod quis nubat arbitrio, vel de consensu alicujus, non tenet.*

101 *Secus tamen, si fiat conditio de nubendo cum consilio alicujus, quia tenet.*

102 *Legatum factum alicui, si nubat, debetur ei, etiam si contrahat matrimonium spirituale.*

103 *Impedimentum Voti intelligitur de Voto simplici Castitatis, & Religionis.*

104 *Episcopus super quibus impedimentis dispensare possit.*

105 *Ob quæ impedimenta non sit opus Dispensatione.*

106 *Impedimenta quædam sunt inducta de Jure civili, super quibus dispensat Imperator, vel inferior Princeps Superiorem non agnoscens, & quæ,* num. 107. 108. 109. & 110.

111 *Impedimenta non solum prohibentia matrimonium, sed & illud dirimentia, quæ.*

112 *Impedimenta sunt aliqua, quæ ultra nullitatem matrimonii, habent etiam annexam excommunicationem.*

IMpedimenta matrimonii in universum sunt illa, quæ obstant, ne matrimonium rite contrahatur; hæc autem sunt in duplici differentia; quædam obstant, ne licite; alia vero, ne licite, ac valide fiat. 1 2 3

Impedimenta primi generis prohibent quidem matrimonium, si tamen contrahatur, illud non invalidant, & ideo dicuntur mere prohibentia; at impedimenta secundi generis non solum prohibent, seu impediunt, ne matrimonium licite, ac valide contrahatur, adeout, si cum illis contractum sit, dirimatur, nullumque, & irritum sit. 4 5 6

Triplici Jure excogitari possunt extare hujusmodi matrimonii impedimenta, nempe ex Jure Divino naturali, ex Jure divino positivo, & ex Jure humano. 7

Ex Jure Divino naturali insurgunt impedimenta quædam, ex natura rei matrimonium impedientia, & irritantia, qualia sunt, v.gr. error personæ, impo- 8

tentia

tentia perpetua coeundi, & consanguinitas in primo gradu lineæ rectæ : Quæ omnia impedimenta vere insurgunt Jure ipso naturæ, ut seorsum suis locis ostendemus.

9 Ex Jure Divino positivo procedunt nonnulla impedimenta instituta in Lege veteri, tradita per Moysem, inter quasdam personas, in nonnullis consanguinitatis, vel affinitatis gradibus conjunctas, quæ in Levit. *c.* 18. his versibus continentur.

Nata, Soror, Neptis, Matertera, Fratris,
& Uxor,
Et Patrui Conjux, Mater, Privigna, Noverca,
Uxorisque Soror, Privigni nata, Nurusque,
Itaque Soror Patris, conjungi Lege vetantur.

Et quamvis aliqui putent omnia dicta impedimenta appositа fuisse tanquam Jure naturali matrimonium dirimentia, immo in dictis gradibus matrimonium inter Christifideles ita prohibitum esse, ut nec à Pontifice in illis dispensari possit, idque colligi videatur ex textu *in cap. Quædam lex* 20. *caus.* 35. *quæst.* 3. ubi Gregorius Papa referre videtur Divinam
10 legem veterem, tanquam in hoc adhuc obligantem, dum ibi ait, Sacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare, unde necesse est, ut in quarta, vel quinta generatione Fideles conjungantur ; *& ex*
11 *cap. Literas* 13. *de restit. spoliator.* ubi Innocentius III. supponere videtur, adhuc vigere Divinam prohibitionem de contrahendo matrimonio in quibusdam gradibus, & non posse in illis à Pontifice dispensari ; *& ex capit. Pitacium* 102. *causa* 30. *quæst.* 3. ubi Zacharias Papa referens Levitici legem, ait, *à propria consanguinea jubemur abstinere, &c.* nihilominus certum, & indubium est, plures ex dictis
12 gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, non quidem Jure ipso naturæ, sed tantum Divino præcepto positivo vim habere matrimonium dirimendi, cum lex illa veteris Testamenti, in quantum positiva erat, nullo modo astringat Fideles novæ legis pro-
13 fessores, ex quo impedimenta illa dictæ antiquæ legis Mosaicæ, per novam legem Evangelicam à Christo Domino traditam cessarunt. Filiucc. *qq. mor. tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. Pontius *de Matr.*
14 *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 4. & sola præcepta Juris naturalis remanserunt, & hæc ipsa non ex vi illius Mosaicæ legis, sed solum ex vi ipsius rationis, & ex renovatione Ecclesiasticæ legis, adeo ut in illis, quæ Jure ipso naturali non impediunt, nulla Dispensatio necessaria esset, nisi de novo à Summis Ponti-
15 ficibus talia impedimenta instituta fuissent. Sanchez *de Matr. lib.* 7. *disp.* 5. *n.* 15. Aversa *de Matr. quæst.* 9. *sect.* 1. *vers. Prorsus tamen, & vers. Etiam tamen.* Immo cum dicta antiqua lex per Evangelicam fuerit prorsus sublata, ut diximus, nec astringi ipsos Judæos, qui legem novam susceperint. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 3. *num.* 6. Pontius *l. c.* Aversa *d. sect.* 1. *vers. Sed adhuc dubium*, nisi ante Christi mortem, quando habebant Rempublicam ; aliqua impedimenta statuissent, quia ea possent, etiam hodie perseverare, cum hujusmodi leges per Christi mortem abolitæ non sint. Filiuccius *loc. cit.*

16 Et quod Ecclesia possit in aliquibus ex dictis impedimentis dispensare, dubitari non potest, cum ita definitum fuerit in Sacrosancto Concilio Tridentino *sess.* 24. *can.* 30. ubi loquens de gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, in Levitico expressis, statuit, *Si quis dixerit, Ecclesiam in nonnullis eorum dispensare non posse, anathema sit.*

Quod attinet ad impedimenta Jure humano inducta, certum etiam est, posse eodem Jure constitui aliqua impedimenta, non solum impedientia, ve-
17 rum etiam dirimentia matrimonium. Filiucc. *d. c.* 1. *num.* 6. Laym. *Theol. moral. lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 4. *cap.* 1. *num.* 2. Bonacc. *de Matrim. quæst.* 3. *punct.* 1. *propos.* 1. *num.* 2. Tusch. *concl.* 69. *num.* 38. *lit. P.* Palaus *tom.* 5. *disp.* 4. *punct.* 1. *num.* 1. & ita concludunt Doctores communiter, & sic est de Fide tenendum, cum fuerint definitum ab eodem Tridentino Concilio *d. sess.* 24. *can.* 4. his verbis : *Si quis dixerit, Ecclesiam non posse constituere impedimenta matrimonii, vel in iis constituendis errasse, anathema sit.*

Et quidem cum matrimonium sit quidam humanus 18
contractus in naturæ officium, & propagationem communitatis institutus, optime poterit, perinde ac alii contractus, ex ipso Jure humano hujusmodi conditionibus, Principisque dispositioni subjici. Nec ob- 19
stat, quod fuerit elevatum ad statum Sacramenti, quia ejus materia est contractus civilis, eaque ratione potest irritari. Aversa *d. quæst.* 9. *sect.* 1. Filiucc. 20
d. cap. 1. *numer.* 3. Sanchez *de matrim. libr.* 7. *disp.* 3. *numer.* 2. Layman. *libr.* 5. *tractat.* 10. *part.* 4. *d. cap.* 1. *num.* 1. Sicuti enim, ut bene docet idem Laymanus *loc. c.* ratio Sacramenti superveniens, matri- 21
monium non mutat, sed potius supponit ut materiam, humanum contractum ; quo immutato per humanam potestatem, desinit consequenter esse materia Sacramenti ; & sic videmus, quod in aliis Sacramentis, quamvis eorum materiam à Christo Domino institutam non possint homines directe, ac per se immutare, possunt tamen destruendo, v. gr. vinum per aquæ, aut aceti infusionem, efficere, ut desinat esse Sacramenti materia. 22

Et non solum Ecclesia inter Christifideles potest ex justa causa impedimenta impedientia, & dirimentia matrimonium statuere, sed & eadem impedimenta statuere possunt Principes sæculares infideles inter eo- 23
rum subditos infideles, quia apud ipsos cum non sit Sacramentum, remanet in pura ratione humani contractus, & consequenter ipsius Principis sæcularis potestati subest. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 3. *numer.* 9. Trullenck *lib.* 7. *cap.* 9. *dub.* 1. *numer.* 5. *tom.* 3. Filiucc. *Quæst. mor. tom.* 1. *tr.* 10. *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 1. Pontius *de matr. l.* 6. *cap.* 1. *num.* 2. Aversa *de matr. d. qu.* 9. *sect.* 2. Fragosius *de Reg. Christ. Reip. part.* 1. *l.* 2. *disp.* 4. §. 2. *n.* 283.

Ob eandem rationem poterunt etiam Principes Fi- 24
deles suis Subditis infidelibus hujusmodi Impedimenta statuere ; Sanchez *lib.* 7. *disp.* 3. *num.* 5. Pontius *d. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 5. Laymanus *d. cap.* 1. *num.* 2. Immo spectata rei natura, & secluſa prohibitione, & reservatione Ecclesiæ, potuissent etiam ipsi Principes Fideles erga eorum Subditos Fideles matrimonii Impedimenta statuere. Filiuccius *d. cap. prim. numer.* 3. Laymanus *libr.* 5. *tract.* 10. *part.* 4. *capit.* 1. *num.* 1. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 3. *num.* 2. *& num.* 4. eo quia matrimonium (ut diximus) est quidam humanus contractus, & subjicitur dispositioni Principis. At Ecclesia hujusmodi Impedimentorum constitutio- 25
nem sibi reservavit, & omnem usum potestatis Principibus Christianis, circa hoc, interdixit ; quod facere potuit, cum in matrimonio sit ratio Sacramenti, quæ est supernaturalis ; Sanchez *libr.* 7. *disp.* 3. *num.* 3. 4. Filiucc. *num.* 4. Laymanus *num.* 2. Pontius 26
num. 7. 8. *ll. cc.* unde factum est, quod nullus Princeps Sæcularis, comprehenso etiam ipso Imperatore, possit suis Subditis fidelibus impedimenta Matrimonii statuere. Cævallos *quæst. comm. contra communes quæst.* 58. *num.* 10. Laymanus *l. c. num.* 2. Possunt quidem Principes Sæculares condere quasdam Leges 27
de quibusdam rebus mere temporalibus matrimonio annexis non tamen ipsius vim, & substantiam concernentibus, ut de Dote, Donationibus inter Virum, 28
& Uxorem, de Sponsalitia largitione, & similibus, prout etiam possunt Leges Ecclesiasticas coadjuvare, addendo v. gr. pœnas eorum transgressoribus. Aversa *l. c.* ac etiam possunt circa matrimonium statuere, si Ecclesia id eis concedat. Aversa *l. c.* Fragosius *numer.* 184. l. c.

At quia per constitutionem hujusmodi Impedimen- 29
torum restringitur libertas matrimonii, quod est Jure naturali, & Divino unicuique permissum ; San- 30
chez *lib.* 7. *disp. prim. num.* 4. ideo ad hoc, ut valide, & licite Impedimenta constituantur, necessaria est justa causa, qua deficiente, non possunt Subditi 31
valide astringi, nec eorum libertate privari. Sanchez *libr.* 7. *disp.* 1. *num.* 6. Pontius *libr.* 6. *cap.* 3. *numer.* 1. Aversa *d. quæst.* 9. *sect.* 4. *in princ.* Diana *part.* 8. *tract. prim. ref.* 61. Trullenck *d. Dubio prim. num.* 2. Matrimonium etenim est conjunctio Jure Naturali, ac Divino cuicunque concessa, excepto primo gradu 32

con-

consanguinitatis in linea recta, exceptisque aliis Im-
33 pedimentis, Jure ipso naturali dirimentibus, unde non videtur posse pro arbitratu interdici in ulterioribus Gradibus, nisi ex causa justa; & sicut Dispen-
34 satio in his, quæ sunt de Jure naturali, vel Divino, sine justa causa irrita est, ut probabimus *lib.* 3. *c.* 1. ita prohibitio in re eodem Jure concessa, si sine justa causa fiat, irrita erit, ut bene explicant, & docent Sanchez *lib.* 7. *disp.* 1. *num.* 6. Filiuccius *loc. c. numer.* 7.

Quod adeo verum est, ut ne hujusmodi Impedimenta arbitrio Prælatorum, & absque gravi causa imponantur, Ecclesia sibi Impedimenta prædicta reservaverit: itaut nonnisi ab ipsomet Summo Pontifice statui possint. Laymanus *l.* 5. *tr.* 10. *part.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. Filiuccius, & plures alii, quos infra *c.* 2. *n.* 1. citabimus.

35 Unde quamvis Episcopi in eorum Diœcesibus, pro recta earum gubernatione, ea omnia possint, quæ in universali Ecclesia potest Summus Pontifex, nisi fuerint ipsi Pontifici specialiter reservata; Barbosa *de Offic. & potestate Episcopi Allegat.* 33. *num.* 18. Sanchez *libr. prim. disp.* 61. *numer.* 3. *& lib.* 7. *disp. prim. numer.* 9. Pontius *libr.* 6. *cap.* 1. *numer.* 12. Trullenck *numer.* 4. Filiucc. *numer.* 10. Paulus *num.* 2. *ll. cc.* &
36 quamvis ipsi etiam plura Impedimenta antiquo tempore constituerint, ut testantur Pontius *loc. citat.* & Diana *part.* 8. *tract.* 1. *resol.* 76. nec ullo Jure Divi-
37 no, naturali, vel Canonico appareat fuisse eis hanc potestatem sublatam; nihilominus certum est, eis amplius id non licere, quia ex longæva, & univer-
38 sali consuetudine, & fortasse etiam ex aliqua Lege scripta, in Corpore Juris non inserta, factum est, ut ipsi soli Pontifici, qui est totius Ecclesiæ Catholicæ Caput, & soli Concilio Generali, quod Ecclesiam universalem repræsentat, hujusmodi potestas matrimonii Impedimenta statuendi, & inducendi, reservata sit, & ob id non possint Episcopi, nec alii, ulla Impedimenta, præter communia totius Eccle-
39 siæ, statuere, quamvis teneantur studiose invigilare, ut quæ ab Ecclesia statuta sunt, observentur, & custodiantur; ita Sanchez *libr.* 7. *disp.* 1. *numer.* 9. Filiuccius *loc. c. numer.* 10. *in fine*. Pontius *d. cap.* 1. *numer.* 12. Laymanus *libr.* 1. *tractat.* 10. *part.* 4. *numer.* 4. Aversa *de matrim. quæst.* 19. *sect.* 3. *vers. Ni-*
40 *hilominus*; & ideo solum poterunt Episcopi in aliquo particulari casu injungere, ut per aliquod tempus Matrimonium inter certas personas non contrahatur, si sic judicaverint expedire, vel ad aliquod scandalum vitandum, vel interim discutiendum, an inter contrahere volentes adsit aliquod Impedimentum. Sanchez *d. lib.* 7. *disp.* 6. *numer.* 6. Aversa *d. sect.* 3. *vers. Bene tamen*. Pontius *libr.* 6. *cap.* 7. *nu-*
41 *mer.* 2. Si tamen, dicto interdicto non obstante, matrimonium contrahatur, validum erit, si nullum aliud obstet Impedimentum. Aversa *loc. c* & nos in-
42 fra dicemus. Aliter tamen esset dicendum, si ipse Summus Pontifex juste interdiceret certum virum, & certam fœminam, ne simul contraherent, vel cum aliqua persona non contraherent, reddendo illos prorsus inhabiles ad Matrimonium contrahen-
43 dum; quia si tali interdicto, & prohibitioni adsit Decretum irritans, non poterunt sic Interdicti, & Impediti Matrimonium contrahere; & si contrahant, nullum, & irritum erit, quia sicut ex ju-
44 sta causa potest ipse Pontifex generali Lege statuere Impedimenta Matrimonii pro omnibus personis, ita poterit ex justa causa certis personis prohibere ne contrahant, ipsasque perpetuo reddere inhabiles ad contrahendum. Aversa *d. sect.* 3. *in fine*. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 2. *numer.* 12. Pontius *libr.* 6. *c.* 3. *numer.* 3. Tuschus *concl.* 136. *numer.* 2. *Litera M.* Laymanus *libr.* 5. *tract.* 10. *part.* 4. *c.* 1. *numer.* 4. Trullenck *l.*
45 *c. numer.* 3. & ita contra Bernabonem Vicecomitem Mediolani Ducem, & ejus filios Ecclesiæ rebelles, factum fuisse refert Alex. de Nevo *in c. Tuas, de sponsa duorum*.

46 Dixi, si prohibitioni Pontificis addatur Decretum irritans, quia simplex prohibitio non haberet vim irritandi Matrimonium. Filiuc. *d. c.* 2. *numer.* 11. Gutierez *de matrim. c.* 61. *num.* 56. Sanchez *libr.* 7. *disp.* 2. *num.* 10. Pontius *lib.* 6. *c.* 7. *num.* 5. Coninck *disp.* 30. *n.* 11.

Et non solum constitutionem Impedimentorum Matrimonii sibi Ecclesia reservavit, ut supra, verum etiam omnes Causas Matrimoniales ad Forum Ec- 47
clesiasticum spectare edixit, & sic ex dispositione Concilii Tridentini *sess.* 24. *can.* 12. sancitum fuit his verbis: *Si quis dixerit, Causas Matrimoniales non spectare ad Judices Ecclesiasticos, anathema sit*, & sic decrevit ob dignitatem Sacramenti, ad quarum Matrimonium fuit elevatum. Intellige tamen de Cau- 48
sis matrimonialibus inter Fideles vertentibus, quia inter Infideles, quamvis etiam subjecti sint Principibus Fidelibus, non pertinent ad Judices Ecclesiasticos, sed Laicos, cum sint contractus mere temporales. Sanchez *lib.* 7. *Disp.* 3. *num.* 9. Filiuccius *nu.* 4. *l. c.* Advertas tamen, hujusmodi Causas matrimoniales esse solis Episcopis reservatas, unde ad Præ- 49
latos inferiores non spectant, *capit. Multorum* 35. *quæst.* 6. *cap. Accedentibus, de excess. Prælat.* Fragosius *de Regim. Christ. Reip. part. prim. lib.* 3. *Disp.* 6. *num.* 126.

Cæterum non solum ab Ecclesia constitui possunt 50
impedimenta matrimonii, sed etiam ex consuetudine induci; constat *ex c.* 1. *& c. super eo* 3. *de Cognat. Spirituali.*

Id tamen verum puto si hujusmodi consuetudo 51
sit mista, scilicet Laicorum, & Clericorum; cum sola Laicorum consuetudo sufficiens non sit ad abrogandas Leges Ecclesiæ, ut bene Sanchez *libr.* 7. *Disp.* 4. *num.* 11. Filiuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. *circa finem*. Stephanus à S. Greg. *de Vinculis D. Pietri lib.* 3. *cap.* 102. *num.* 4. Trullenck *loc. cit. num.* 9. Sic è converso poterit ex huiusmodi consuetudine mista tolli aliquod impedimentum di- 52
rimens, alioquin Ecclesiastica Lege constitutum; ita expresse defendunt Sanchez *lib.* 7. *Disp.* 4. *numer.* 14. Gutierez *de Matrim. cap.* 101. *num.* 6. Coninck *de Sacramentis Disp.* 30. *Dub.* 1. *concluf.* 6. *numer.* 13. Pontius *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 6. Bonaccina *de Matrim. quæst.* 3. *puncto prim. num.* 7. 8. Molfesius *tom.* 1. *part.* 1. *quæst.* 5. *num.* 67. Filiucc. *d. tract.* 10. *cap.* 1. *numer.* 18. Stephanus à S. Gregor. *de Vinculis Div. Pet. lib.* 3. *cap.* 102. *num.* 4. Trullenck *l. c.* (quidquid plures alii Doctores disentiant) Ratio est, quia sicut ex 53
regula generali, & communiter recepta vim habet consuetudo novam Legem inducendi, ita & vim habet antiqua abrogandi; immo quamvis per ipsam Legem consuetudo reprobetur, potest adhuc ipsa- 54
met Lex per sequentem consuetudinem abrogari. Sanchez, Coninck, & Pontius *ll. cc.* non tamen po- 55
terit consuetudo, quamvis legitime introducta, vim habere dissolvendi matrimonium jam rite contra- 56
ctum, quamvis etiam dicta consuetudo adjuvaretur ratione scandali in illo intervenientis. Filiuccius *loc. cit. num.* 14. Trullenck *d. nu.* 9. Bonaccina *d. pun-* 57
cto 1. *num.* 8. quia non est recedendum à veritate Juris Divini ob scandalum. *Cap.* 2. *De novi operis nunciatione*.

Demum, ut ad particularia descendamus, Impe- 58
dimenta solum impedientia Matrimonium, sunt infrascripta, quæ sequenti carmine explicantur.

Interdico, Dies, Crimen, Sponsalia, Votum.

Ex his tamen Impedimentis nonnulla jam recesserunt usu, & ex generali consuetudine fuerunt penitus sublata, ut dicemus infra, & docent Sanchez *lib.* 7. *disp.* 17. *num.* 8. Coninck *Disp.* 30. *dub.* 3. *num.* 26. Aversa *de Matrim. quæst.* 16. *sect.* 3. *vers. At ergo in fine*. Barbosa *de Jure Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 11. §. 6. *num.* 185. Bonaccina *de Matrim. quæst.* 3. *punct.* 15. *num.* 3. & propterea cum super illis non requiratur Dispensatio, non est, quod in illorum explicatione diu moremur, sed sat erit illa quam brevissime explicare, & solum de dirimentibus seorsum, suis locis agere.

INTERDICTUM Ecclesiæ est, si Ordinarius cer- 59
tis personis ob justam causam interdicat, ne simul contrahant. *Cap. Cum inhibitio, de clandest. desponf. & cap. Tua fraternitas* 4. *de sponf.*

At